Στέφανος, ὁ, i. q. στέμμα et στέφος, ejusdemque originis, i. e. Corona, Sertum: στέφανον ὑφαίνειν, Nectere coronam, ut Horat., est in horto nectendis apium coronis, Est hederæ vis. Qua signif. Ovidius dicit Texere flores. Plut. Symp. 3, (1. p. 563.) Οἱ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἢ τῶν ἀνθῶν ὑφαίνοντες τοὺς στεφάνους: cui ὑφαίνειν στέφανον opp. λύειν στέφανον ap. Athen. (669.) ubi etiam vide quid significarit ἡ τοῦ στεφάνου λύσις. Item alicui διδόναι s. δωρεῖσθαι στέφανον ap. Athen. et Plut. Item ἀμφιτιθέναι alicui στέφανον, vel sibi, quod et στεφάνῳ στεφανοῦν dicitur: ut in Epigr. quodam ap. Plut. de Herodoto, (9, 455.) ὃν διὰ πᾶσα Ἑλλὰς ἐλευθερίης ἀμφέθετο στέφανον, Per quem factum est ut Græcia universa libertatis corona tempora sua cinxerit. Et Philostr. Μελεάγρῳ στέφανον περιέθηκεν. Et, Στεφάνοις γεραίρειν τοὺς νικῶντας, Xen. Ἑλλ. 1, (7, 10.) Item ἀναδεῖν στεφάνοις, in sequentibus. Et ap. Plut. Pericle, Στεφάνοις ἀνέδουν καὶ * ταινίαις ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον. Unde ὁ νικητήριος στέφανος ap. Eund. Aliquis autem donatum στέφανον ἔχει, φορεῖ, eoque χρῆται,

A ap. Plut. et Athen. aliosque: contra, iratus aut contemnens, ἀποῤῥίπτει, ap. Lucian. (1, 367.) et ap. Plut. Cons. ad Apoll. (p. 451.) Xen. nuntiata filii morte, περιείλετο τὸν στέφανον, ἐπιθέμενος πάλιν, cum fortiter dimicantem occubuisse cognovisset. Item ἀθλητικὸς στέφανος ap. Eund. in l. An Seni Capess. Resp. Idem Plut. Symp. 8, (4. init.) Στέφανόν τινα τῶν πλεκτῶν κομίζων: ut ap. Athen. 11. (p. 462.) πλεκτοὺς ἀμφιτιθεὶς στεφάνους: 10. Πλεκτὸν στέφανον ῥόδων ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Rursum Plut. Symp. 3, (1. p. 567.) Τοὺς περιδεραίους τῶν στεφάνων, Quibus collum solebat redimiri et circumdari. Idem et δασεῖς στεφάνους dicit, quorum mentio in sequentibus etiam fiet. Ceterum fiebant οἱ στέφανοι variis e rebus: interdum e floribus: ut Athen. 4. Στέφανοι ἐσηνέχθησαν πολλοὶ παντοδαπῶν ἀνθέων. Et ap. Plut. Symp. 3, (1.) quæritur, Εἰ χρηστέον ἀνθινοῖς στεφάνοις παρὰ πότον, Floreis sertis, Coronis textis e floribus: ubi etiam leguntur οἱ παλαιοὶ ἱερονῖκαι ἀνθινοῖς ἀναδούμενοι στεφάνοις. Sic et Hesiod. Θ. (576.) Ἀμφὶ
B δέ οἱ στεφάνους νεοθηλέος ἄνθεσι ποίης Ἱμερτοὺς παρέθηκε καρήατι Παλλὰς Ἀθήνη, Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκεν: ubi etiam nota, στέφανον et στεφάνην usurpata synonymως, materia tantum differre. Et Plut. Symp. 3, (1. p. 566.) Ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος: de Aud. (6, 167.) Ὥσπερ ἀθλητῇ κρίνων ἢ ῥόδων στέφανον, οὐ δάφνης οὐδὲ κοτίνου, περιτιθέντες: Symp. 3, (1. p. 557.) Ἀντὶ τοῦ δαφνίνου τοῖς ῥοδίνοις ἀναδησαμένους στεφάνοις. Athen. 14. Στέφανόν τε δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ ἐπιτίθενται. Sic Plato Symp. Ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττοῦ τινι στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴων. Itidem ap. Theocr. στέφανος κισσοῖο, et ap. Anacr. στέφανος σελίνου: ut ap. Horat. est in horto, Phylli, nectendis apium coronis, Est hederæ vis. Sed et ex arborum frondibus serta s. coronæ fiebant, Plut. Coriol. Ἐκεῖνον ἐστεφάνωσεν δρυὸς στεφάνῳ, quoniam sc. civem propugnando servarat: quemadmodum in Probl. Rom. (7, 151.) Idem quærit, Διὰ τί τῷ σώσαντι πολίτην ἐν τῷ πολέμῳ δρύϊνον διδόασι στέφανον. Idem de Deo Socr. Στεφάνους δα-
C σεῖς ἔχοντες, οἱ μὲν ἐλάτης, οἱ δὲ πεύκης: ut et Symp. 5. multa περὶ στεφάνου πευκίνου. Athen. 5. (p. 198.) Φέρουσα τῇ μιᾷ τῶν χειρῶν στέφανον περσαίας, Coronam e fronde Persicæ mali. Eod. l. Στεφάνους ἀμπελίνους. Aliquanto post, Στέφανον εἶχεν ἐλαίας: ut Æsch. (80.) Κελεύει στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ, Corona e fronde oleagina. Rursum Athen. 14. Στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυῤῥίνης, Coronam myrteam: 5. Στέφανον δάφνης χρυσῆς ἐστεμμένος. Sic eod. l. Ἐστεφανωμένα κισσίνοις στεφάνοις ἐκ χρυσοῦ, Redimita corollis hederaceis ex auro confectis: ibid. Στέφανον χρυσοῦν ἐξ ἀμπέλου καὶ χρυσοῦ εἰργασμένον: 12. simpliciter dicit, Στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, sicut Plut. Alcib. Στεφάνοις ἐστεφανοῦτο χρυσοῖς. Et Thuc. 4, (121.) p. 160. Χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν. Ubi etiam nota στέφανος χρυσοῦς, Corona aurea: cujus mentio fit ap. Dem. (256. 520.) Memorantur ab Athen. 12. etiam στέφανοι ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ, Serta e myrrha et thure. Heliogabalum ap. Herodian. 5, (3, 12.) Ἐκόσμει στέφανος λίθων πολυτελῶν χροιᾷ διην-
D θισμένος, Corona gemmarum pretiosarum florens coloribus, quibus erat distincta. Item στεφάνοις βάλλειν dicitur, sicut φυλλοβολεῖν τινα, cum in eum serta et flores conjiciuntur: quod victoribus solebat fieri et novis regibus, faustis additis acclamationibus. Sic ap. Herodian. 5, (6, 19.) Ὁ δὲ δῆμος ἑκατέρωθεν παρέθει μετὰ παντοδαπῆς δᾳδουχίας, στεφάνους καὶ ἄνθη ἐπιῤῥιπτοῦντες, Coronas floresque jacientes. Cui similem locum vide in Φυλλοβολέω. Per jocum autem Epigr. in Medicos, ὦ σοροπηγοὶ Ἆγιν καὶ μίτραις βάλλετε καὶ στεφάνοις, Conjicite in Agin mitras et corollas, i. e. Ad sepulcrum abripite, qui ægrum vix visum continuo occiderit. Apud Plut. Pericle legimus etiam, Ἐπιφέρων τῷ νεκρῷ στέφανον: ut ap. Virg. Æn. 6. sub finem, manibus date lilia plenis; Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis. || Quoniam vero victoribus corona præmii loco donari solebat, ideo pro Ipso præmio nonnunquam ponitur, s. pro Virtutis fortitudinisque præmio, Thuc. 2, (46.) Ὠφέλιμον στέφανον

τοῖσδε καὶ τοῖς λειπομένοις τῶν τοιῶνδε ἀγώνων προτι-
A θεῖσα. [" Item de Munere quolibet, etiam pecuniario, quod honoris aut officii causa alicui offertur. Vide Schw. Lex. Polyb. vv. Στέφανος et Στεφανοῦν, et Drakenb. ad Liv. 38, 14." Schw. Mss.] || Στέφανος dicitur etiam Sidus quoddam cœleste, a similitudine, ap. Procl. et alios Astronomos: Latini quoque Coronam appellant, Plinius, Hyginus, et alii. || Στέφανος, i. q. κύκλος, Circulus, quoniam corollæ orbiculari ut plurimum rotunditate fieri solent, Il. N. 736. Πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηε, i. e., πανταχόθεν γάρ σε περιεκυκλώσαντο οἱ πολέμιοι. Lucanus quoque Corona cingere dicit pro Circumdare s. Circumstare, ut Virg. Æn. 10. rara muros cinxere corona: de militibus. Sic usus et Cic. Item et Plin. Ingens utrimque advocatorum et numerosa subsellia præstantium corona. || Pro Ambitu s. Circuitu mœnium in orbem ducto, Orph. (Arg. 895.) ἑπτὰ περὶ στεφάνοισι κυκλούμενον: [762. στέφανος καὶ τεῖχος ἐρυμνόν.] || Podex, στέφανος dicitur, a rotunditate orbiculari, quamobrem et δακτύλιος nominatur,
B quod δακτύλιον, i. e. Anulum, rotunditate orbiculari imitetur. Quo referunt quod dixit ille in Phallicis, Verpus vult coronari. Sic Lucr. Os, quod et ipsum rotundatur, usurpasse creditur, cum dixit, Omnibus in populo missum pædonis ab ore. Sic στεφάνη. || Nomen proprium, ap. Plut. Athen. Suid. aliosque passim obvium.

[" Στέφανος, Fischer. Anacr. 22. Musgr. Or. 12. Suppl. 974. Iph. A. 1530. Ion. 1310. Herc. F. 7. El. 162. ad Lucian. 1, 284. 412. T. H. ad Dial. p. 111. Jacobs. ad Meleagr. p. 2. Anim. 192. 207. Anth. 6, 82. 225. 335. 7, 265. 8, 65. 9, 30. 10, 58. 12, 369. ad Charit. 235. 255. 257. (515.) ad Herod. 598. Gesner. Ind. Orph. Valck. Phœn. p. 364. 463. Wessel. de Jud. Arch. p. 17. Markl. Suppl. 974. Wakef. Herc. F. 840. 1283. Georg. p. 8. Alpheus 9. Boiss. Philostr. 458. Heyn. Hom. 6, 500. 650. 7, 565. Circulus, Corona, i. e. Cœtus, Musgr. ad Eur. p. 209. Eur. Phœn. 840. Murus, Wessel. Obss. 89. Præmium, ad Diod. S. 1, 553. Hemst. ad Plutum
C p. 265. Jacobs. Anth. 11, 374. 376. Epigr. adesp. 641. Στ. sacrificantium, Heind. ad Plat. Lys. p. 13.: potatorum, ad Eur. Cycl. 556.: sepulcrorum, ad Lucian. 1, 518. Metaphorice, Valck. Hipp. p. 170. Lennep. ad Phal. 133. ad Lucian. 1, 284. Quid στέφανος et στεφανόω ap. Hom., v. Casaub. ad Athen. 45. De quant., Jacobs. Anth. 11, 330. Ὑπὸ στεφάνοις, 12, 435." Schæf. Mss. " Laurus, Diosc. Notha 443." Boiss. Mss. Heyn. Ind. ad Pindar. "Ἱερὸς στ. ' Polybius scribit l. 1. de Pœnis et Romanis, dici illos in Sicilia decertasse, neque malis victos, ut Fabius ait, destitisse: sed tandem, inquit, ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί τινες ἄνδρες ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον. Credo moris fuisse, ut in victoria ambigua, et cum pares in meta, Deo corona sacraretur: ideoque Proverbium Ἱερὸν ποιεῖσθαι, nempe στέφανον.' Lips. ad Senec. Ep. 38." Seager. Mss.]

[* " Στεφανοειδής, Procop. 3 Reg. 7." Wakef. Mss. Contracte * Στεφανώδης, Eur. Iph. A. 1057.] Στεφανοπλόκος, Qui coronas nectit, flores texit, ut Horat.
D et Ovid. loquuntur, i. q. στεφηπλόκος, Coronamentorum texendorum artifex, Athen. 13. Ἄνδρας στεφανοπλόκους ἓξ καὶ τεσσαράκοντα. [Lobeck. Phryn. 650.] Στεφανοπλοκέω, Coronam necto, texo, στέφανον πλέκω, Plut. Polit. Præc. (9, 202.) dicit τὸν λόγον τοῦ πολιτικοῦ debere esse μὴ νεαρὸν, μήτε θεατρικὸν, ὥσπερ πανηγυρίζοντος καὶ στεφανοπλοκοῦντος [al. * στεφανηπλοκοῦντος] ἐξ ἁπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων. [* Στεφανοπλοκία, Schol. Aristoph. Θ. 450. * " Στεφανοπλόκιον, Jacobs. Anth. 7, 255. 10, 57. * Στεφανηπλόκιον, ibid. Στεφανοπλόκια, τὰ, Forum ubi corollæ venduntur, Toup. Append. in Theocr. p. 28." Schæf. Mss.] Στεφανοποιὸς, Qui coronas conficit, Coronarum conficiendarum artifex, i. q. στεφανοπλόκος. [Apollon. de Adverb. p. 602. * Στεφανόπους, Gl. Palmipes.] Στεφανοπώλης, Coronarum venditor, ὁ τοὺς στεφάνους πωλῶν, Suid. FEM. Στεφανόπωλις, Coronarum venditrix, Mulier quæ corollas et serta venditat, Plut. Symp. 3, 1. (p. 563.) Ταῖς στεφανοπώλισι, [Athen. 9, 8. * Στεφανοπωλέω, * Στεφανοπωλητὴρ, * Στεφανοπωλητήριος, e quo per contr. * Στεφανοπωλήτρια, J. Poll. 7, 199.] Στεφανοφόρος, Coronam gestans, Coronatus, [" Thom. M. 810." Schæf. Mss.] Στεφανοφορέω, Coronam gesto, Coronatus sum, [" Thom. M. 809." Schæf. Mss.] Στεφανοφορία, ἡ, Coronæ gestatio, Coronatum esse, J. Poll. [2, 152. Edd. vett. Pind. 'Ο. 8, 13. Lobeck. Phryn. 650. " Musgr. Herc. F. 781. Wakef. 783." Schæf. Mss.] Dicitur etiam Στεφανηφόρος, ut λαμπαδηφόρος: itidemque στεφανηφορέω, στεφανηφορία: item et στεφανηπλόκος. Sed hæc a στεφάνη etiam derivari possunt: quapropter post illam vocem eis locum dedi. [* Στεφανόφυλλος, perperam pro * στενόφυλλος, Theophr. H. Pl. 8, 4. * " Στεφανοῦχος, Coronam habens, Diog. L. 45." Wakef. Mss.]

Στεφάνη, i. q. στέφανος, ut cognoscere est e quodam Hesiodi l. in Στέφανος c., in quo utroque vocabulo utitur pro Corona s. Serto, tantum materiæ discrimen inter ea faciens. Sic Il. Σ. sub finem, de puellis innuptis et juvenibus choreas ducentibus, Καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας Εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων, Pulcras habebant coronas. Sic Athen. (201.) Τὸ δὲ τῆς Ἥρας ἄγαλμα στεφάνην εἶχε χρυσῆν, Aurea redimitum erat corona. Paulo ante de Baccho, στέφανον ἔχων χρυσοῦν. Et Herodian. 5, (5, 4.) Εἰς εἶδος δὲ τιάρας στεφάνην ἐπικείμενος χρυσῷ καὶ λίθοις ποικίλοις τιμίοις, Impositam habens coronam auro variisque gemmis pretiosis decoram. Aliquanto ante de eodem dixerat, Τήν τε κεφαλὴν ἐκόσμει στέφανος λίθων πολυτελῶν χροιᾷ διηνθισμένος. Lucian. (2, 442.) Στεφάνη κύκλῳ περιθεῖ λίθοις Ἰνδικοῖς διάστερος. || Στεφάνην a coronæ similitudine dici ajunt Orbiculum quem mulieres onera gestantes imponere capiti solent. Cesticillum vocat Festus: Ovid. Verticem, his versibus, Illo forte die castæ de more puellæ Vertice supposito, festas in Palladis arces Pura coronatis portabant sacra canistris. || Στεφάνη dicitur etiam Ille quasi orbis, quem imi capilli describunt circum caput, J. Poll. 2. Ἡ δὲ τελευταία τῶν τριχῶν περὶ τὴν κεφαλὴν περίοδος, στεφάνη καὶ περίδρομος ἐπικαλεῖται. Paulo ante, Τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἰνίου καὶ βρέγματος, στεφάνην καλοῦσι. Utriusque signif. meminit Gorr. quoque. Στεφάνη, inquit, Corona, Pars est capitis inter sinciput et occiput media, περὶ ἣν τοὺς στεφάνους τιθέασι: [Sutura coronalis, Aret. 5, 2.] Sic dicitur etiam extremus capillorum ambitus, qui alio nomine περίδρομος quoque appellatur. || Est etiam, inquit Idem, Locus in oculo, quo committuntur inter se tunicæ universæ; vel Circulus in oculo, inter album oculi et pupillam medius. Hic autem circulus ita se habet: crystallinus humor in vitreum humorem inseritur, et medius in ipso quasi in aqua vehitur, eodem prope modo quo sphæra globusve, cujus dimidium extra aquam promineat. Hæc humorum connexio in crystallini medio hemisphærio, in utroque humore circulum unum efficit, qui terminus est finisque omnibus oculorum tunicis. Desinunt enim omnes ad circulum eundem, ubi nigro oculi jungitur album: et propterea στεφάνην, vel etiam στέφανον, i. e. Coronam, vocarunt: alii vero ἶριν, ab arcus cœlestis similitudine. Hic enim locus, ut ait Gal., si omnia probe dissecueris, diligenterque omnia perspexeris, nihil confundens, circulos ostendet plures, nempe septem, sibi mutuo incumbentes et cohærentes, crassitudine coloreque varios, ut ne si velis quidem, locum hunc aliter quam irim appellare queas. De quibus vide plura ap. Eund. || Ruf. Ephes. στεφάνην appellari dicit etiam Ciliorum extrema per somnum se contingentia: alio autem nomine χηλήν. || Dicitur στεφάνη a quibusdam et ὁ δακτύλιος s. πρωκτὸς, Podex, propter orbicularem rotunditatem: qua de re in Στέφανος quoque mentionem feci. J. Poll. 2. Ὃν (δακτύλιον) οἱ μὲν σφιγκτῆρα, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι. Alii sic appellari scribunt Circulum illum in podice hiante, qui e musculo contexitur. || Στεφάνη dicitur etiam Ungulæ equinæ circuitus atque ambitus: Coronam itidem nonnulli interpr. Apsyrtus autem sic ait, Καὶ τῆς ὁπλῆς ἔκφυσις ἐν τοῖς ἵπποις στεφάνη καλεῖται. || Item Incerniculi s. Cribri ambitus στεφάνη dicitur; nisi malis pro Certa quadam

cribri specie accipere, ut Schol. tradit, ap. Aristoph. Ἐκκλ. (1034.) Ἡ μὴν ἔτ' ὠνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἐμοί: [Ἱππ. 968. Ælian. V. H. 1, 18.] || Στεφάνην tradunt esse etiam Circulum venatoriæ supellectilis, quo feræ inserto collo capiuntur. Vide Xen. K. (9, 12.) p. 578. et J. Poll. in Ποδοστράβης descriptione. || Στεφάνη ap. Architectos dicitur Murulus qui in circuitu tectorum fit. Lat. quoque Coronam appellant: Vitruv. Coronarum projecturæ. Hieron. c. Pelag. e Deut. 22, (8.) στεφάνην interpr. Loriculam. Est vero Loricula Vegetio 4. Munimentum quod urbium obsessores ultra jactum teli ædificant, fossa, vallis, sudibus et turriculis instructa, ut erumpentibus e civitate possint obsistere. In hac signif. στεφάνην Grammatici exp. τὸ περικύκλωμα τῶν πύργων καὶ τῶν τειχῶν. Denique Quicquid coronæ modo quidpiam ambit, coronaque veluti cingit, στεφάνη dicitur: unde Apoll. Rh. 2, (918.) Τύμβου δὲ στεφάνης ἐπιβὰς σκοπιάζετο νῆα, eo nomine putatur intellexisse Tumuli ambitum atque oram: Schol. στεφάνην ibi exp. ἄκραν. Fortassis pro ἐξοχὴ quoque accipi posset, de qua signif. paulo post. De mensæ Limbo atque ora, Jos. A. J. Τραπέζης τὴν στεφάνην παλαιστιαίαν εἰργάσατο, Coronam limbumque mensæ. In altaribus ὠλένη proprie vocatur. || Est etiam εἶδος περικεφαλαίας, teste J. Poll. 7. Hesychio est εἶδος περικεφαλαίας ἐξοχὰς ἐχούσης. Il. Λ. 96. οὐδὲ στεφάνη δόρυ οἱ σχέθε χαλκοβάρεια, Ænea galea. Sic K. 30. αὐτὰρ ἐπὶ στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας Θήκατο χαλκείην. Quo respexisse arbitror Plut. Symp. 8, 6. ubi ait, Τὸν δὲ στέφανον, κορώναν, (sc. appellant Latini) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς· ὡς Ὅμηρος τὸ κράνος εἴκασέ που στεφάνην, ut Hom. στεφάνην a similitudine vocavit Galeam. || Στεφάνη, ὄρους ἐξοχὴ, Hes. et Suid. Il. N. 138. Ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὤσῃ, Polyb. (1, 56, 4.) Ἡ περίμετρος τῆς ἄνω στεφάνης: q. l. Cam. citans, etiam ipse interpr. Cacumen. Verticem et Culmen Latini alio nomine dicunt. || Στεφάνη dicitur a quibusdam ὁ θύμος, ut habetur ap. Diosc. Eodem auctore στεφάνη dicta est aliquando ἡ δάφνη Ἀλεξάνδρεια, quod ex ea victores coronarentur. || Est denique et Urbis nomen Suidæ, Unde videtur dictum Στεφαναῖος, quod legitur ap. Eund., ut Θηβαῖος a Θήβῃ. [" Gesner. Ind. Orph. Musgr. ad Eurip. p. 211. Wessel. Obss. 90. Brunck. ad Eur. Hec. 108. 900. Græv. Lectt. Hes. 635. Jacobs. Anim. in Eur. p. 7. Anth. 8, 12. 346. 10, 58. Il. N. 138. Moschus 2, 55. ad Herod. 675. (8, 118.) Brunck. Aristoph. 3, 199. Kuster. 215. Heyn. Hom. 4, 528. 5, 312. 6, 14. 140. 396. 500. 7, 564. Wakef. Ion. 1104. Herc. F. 1283." Schæf. Mss. "Ungula equi, Opp. K. 1, 232. Tractus coloris, 3, 188. (Ταινίη—Χιονέης ἑκάτερθε περισχομένη στεφάνῃσι.) Στ. antri, Conon p. 276. Στεφάναι, Hesychio αἱ τῶν βωμῶν ὠλέναι." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Στ. τριχῶν, J. Poll. 5, 144. 145. Πλεκταὶ στ., Idem 5, 95. ex Il. Σ. 597.]

Quæ sequuntur, partim e στέφανος, partim e στεφάνη composita sunt.

Στεφανηπλόκος, ὁ, ἡ, i. q. στεφανοπλόκος, Qui nectit coronas, Texendarum coronarum artifex, Coronarius: ut Plin. Glyceræ coronariæ. Sic Idem 21, 11. Coronarii quidem et spinæ flore utuntur: usurpans eo loco Coronarii, quo Theophr. στεφανηπλόκοι, H. Pl. 6, 7. [Plut. 8, 558. Lobeck. Phryn. 650. * Στεφανηπλοκέω, Aristoph. Θ. 448. Strabo 6. p. 394. "Kuster. Aristoph. 219. Jacobs. Anth. 10, 58." Schæf. Mss. "Plut. 9, 202." Wakef. Mss.] Στεφανηφόρος, ὁ, Coronam gestans, Coronatus, i. q. στεφανοφόρος: ut Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος inter Fabulas Eur. Στεφανηφόρος est etiam Dignitatem quandam obtinentis nomen, ut discimus ex Athen. (215.) de Lysia quodam Epicureo, Ὑπὸ τῆς πατρίδος στεφανηφόρος αἱρεθεὶς, τουτέστιν ἱερεὺς Ἡρακλέους: quem paulo post inter alia ornamenta dicit solitum fuisse στέφανον δάφνης χρυσῆς ἐστέφθαι. Itidem Posis ap. Athen. (533.) tradit Themistoclem Magnesiæ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν ἀναλαβόντα θῦσαι Ἀθηνᾷ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι. Vide et Harpocr. ac Suid. [Cum Flamine Romanorum comparat Dionys.

A Antiq. 2, 74. "Eckhel. Doctr. Num. T. iv. Valck. Phœn. p. 295. Koppiers. Obss. 69. Brunck. ad Hippol. p. 348. Eurip. 3. p. 253. Lips., Thom. M. 809. ad Diod. S. 1, 445. Jacobs. Anth. 6, 300. 11, 279. 400." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 650.] Στεφανηφορία, ἡ, Coronæ gestatio, Dignitas eorum qui coronas gestabant, ut choragi et thesmothetæ, [Plut. 8, 210. Eur. El. 862. Pind. Ὀ. 8, 13. Gl. Supplicatio. * "Στεφανηφόρια, τὰ, Cyrill. Hier. 212." Elberling. Mss.] Στεφανηφορέω, Coronam gero, Coronatus sum, Plut. (6, 698.) Πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν σώζεσθαι, εὐαγγέλια τοῖς θεοῖς ἔθυσε, καὶ τὰς πόλεις τὰς ὑφ' ἑαυτὸν στεφανηφορεῖν ἐποίησε, Dem. (530.) Χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ κνισᾷν ἀγυιὰς, καὶ στεφανηφορεῖν. Pro eo quod in Oraculo erat, Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χορὸν ἄμμιγα πάντας, Καὶ κνισᾷν βωμοῖσι, κάρη στεφάνοις πυκάσαντας. Et mox, Ἱστάμεν χοροὺς καὶ στεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια, ubi nota, synonymως poni στεφάνοις πυκάσαι κάρη et στεφανηφορεῖν. Solebant ii etiam, qui ad deos accederent, στεφανηφορεῖν,
B ut annotat Schol. Aristoph. Πλ. non procul ab initio. [" Thom. M. 810. Wakef. Herc. F. 783. Musgr. ibid. * Συστεφανηφορέω, Jacobs. Anth. 6, 305." Schæf. Mss. Athen. 695.]

Ἀστέφανος, ὁ, ἡ, Coronam non habens, Qui corona redimitus non est. Qua signif. frequentius usurpatur ἀστεφάνωτος, [" Markl. Suppl. 974. Musgr. ibid. ad Charit. 242." Schæf. Mss.] Εὐστέφανος, Pulcre coronatus, Eleganti redimitus corona: Δημήτηρ, Hesiod. (Ἔργ. 1, 298.) Item εὐστέφανος Θήβη, (Ἀ. 80.) pro Thebæ bene muris cinctæ, Pulcris cinctæ muris. [" Wakef. Georg. p. 9. Callim. 1. p. 576. Ruhnk. Ep. Cr. 57. Græv. Lectt. Hes. 540. ad Charit. 242. Heyn. Hom. 7, 625. 8, 210." Schæf. Mss. Εὐστ. et ἰοστέφανος conf., Friedemann. de Med. Syll. Pentam. Gr. 359.] Καλλιστέφανος, Pulcra redimitus corona: ἐλαία, Oliva in coronario opere præstans; cujus fronde solebant coronari athletæ qui in certamine vicissent. De qua multa Aristoph. Schol. Πλ. ex Aristot. [" Const. Manass. Chron. 1. p. 117." Boiss.
C Mss. " Kuster. Aristoph. 11. Jacobs. Anth. 6, 300. T. H. ad Plutum p. 179. ad Corn. Nep. 199. Valck. Phœn. p. 295." Schæf. Mss.] " Λιποστεφάνων φύλλων, " ex Epigr." [" Paul. Sil. 41. * Πολυστέφανος, Wakef. S. Cr. 4, 221. ad Dionys. H. 1, 505." Schæf. Mss. Anthol. 1, 82. Schol. Eur. Hipp. 1137. Orph. Proœm. de Lapid. 81. * " Πρωτοστέφανος, Theod. Prodr. Ep. f. 154." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * Φιληστέφανος, Aristid. 1, 316.] Φιλοστέφανος, Coronarum amans s. cupidus, Qui coronari amat: Ἀπόλλων, Epigr. [" Jacobs. Anth. 6, 199. ad Dionys. H. 1, 505. Valck. Phœn. p. 295. Toup. Opusc. 2, 288." Schæf. Mss.] Φιλοστεφανέω, Coronarum amans sum, Coronam affecto, assequi contendo, ambio, ut athletæ, qui palmæ cupidi acriter studioseque certant, Polyb. 1, (16, 10.) de Hierone, Φιλοστεφανῶν καὶ φιλοδοξῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας, Ambiens coronas et celebrationem Græcorum. Dicitur de quocunque certamine contendentibus palmam reportare, Plut. (10, 161.) Οὕτως ὁ μέλλων ἐν λόγοις ὀρθῶς ἐπιστατή-
D σειν, οὐ δίκαιός ἐστιν αὐτὸς φιλοστεφανεῖν, οὔτε ἀνταγωνίζεσθαι. [* " Χαλκοστέφανος, Ære coronatus s. tectus, i. e. Firmiter munitus, Diod. S. 11. p. 250, 12. Per χαλκὸς enim et χάλκεα Poëtæ inprimis Ea quæ firma et valida sunt, designant: Schmid. ad Pind. N. p. 239." Munth. Spec. Def. Lexx. 558. " Jacobs. Anim. 75. Anth. 11, 370. ad Herod. 637. * Χρυσεοστέφανος, Wakef. Ion. 1104." Schæf. Mss.]

Στεφανικὸς, itidem Coronarius: τέλεσμα, Rhodii appellabant, quod, cum liberi essent, Romanis tamen honoris causa mittebant quotannis, ὡς οὐ φόρον ἡγεμόσι μᾶλλον ἢ στέφανον φίλοις διδόντες. Gallo-Græci στεφανικὸν vocant πᾶν τὸ ἐν χάριτος λόγῳ διδόμενον, Suid. [Vide Ern. Clav. Cic.]

[* " Στεφανίας, Valck. Præf. ad Hipp. p. xviii. xx. item p. 4." Schæf. Mss.]

Στεφανιαῖος, Coronarius, Coronalis; ῥαφὴ, Gorr. interpr. Coronalis sutura, quæ est sutura anterior cranii, ab uno temporum osse ad alterum transversim perveniens; sic dicta, quod e capitis parte est,

ubi coronæ gestari solent, vel quod in orbem frontem cingit. Et στεφανιαία φλὲψ, Coronalis vena, quæ est propago veniens a magno trunco venæ cavæ sursum ascendente, cingens cordis basin in modum coronæ. Magna e parte simplex est, interdum tamen gemina apparet: distribuitur autem in partem cordis externam. Est et alia venæ cavæ propago, quæ στεφανιαία στομαχική appellatur: proficiscitur autem a ramo splenico venæ cavæ, et ad stomachum effertur, ibique bipertita, ramo majore, ceu corona, stomachum totum cingit, ramulis sursum ad œsophagi finem, et deorsum in ventriculum demissis: minore autem ad pyloron descendit, ramulis obiter ante et post distributis. Quemadmodum autem a vena cava coronalis hæc vena proficiscitur, sic a magna arteria, statim ubi a corde orta est, arteriæ duæ στεφανιαῖαι, h. e. Coronariæ, prodeunt, major sub valvula dextra, minor sub postica, quæ in cordis superficiem, et ejus partem crassiorem, perinde ac venæ, distribuuntur. Hæc Gorr. [" Diod. S. 1, 171." Schæf. Mss.]

Στεφανίτης, ὁ, Coronarius: ἀγὼν, Certamen coronarium, i. e. in quo de corona certatur, Cui corona præmii loco proposita est. J. Poll. Τοὺς μὲν οὖν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν. Erat autem corona in Olympicis ludis ex oleastro, in Pythiis laurea, in Nemeis ex apio, in Isthmis e pinu. Aristot. Rhet. 1. de Dorieo, Στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν. Ibid. Στεφανίτης (ἀγὼν) τὰ Ὀλύμπια, 'Olympia sunt certamen coronarium. Sic Æschin. (79.) Οἴεσθέ ποτε ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν βαρυτέρων ἄθλων, εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ; Apud Athen. 13. Οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγών ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης, Non de corona dimicatur hoc certamine, sed de pecuniis. [cf. Jambl. V. P. 106.] || Στεφανίτης, Suidæ ὁ ἐστεφανωμένος, Coronatus. Bud. interpr. Victor certaminis, ap. Greg. Naz. de Cypr. Ὁ μέγας καὶ διώκτης καὶ στεφανίτης, p. 81. Et p. 146. Καὶ αὐτοὶ στεφανῖται γενόμενοι, καὶ τῆς αὐτῆς κληρονόμοι δόξης, de martyribus. [" Ad Xen. Mem. 3, 7, 1. ad Diod. S. 1, 260. Heyn. Hom. 8, 479. Στ. ἀγὼν, Thom. M. 809. Boiss. Philostr. 403." Schæf. Mss. Plut. Lycurgo 22.] FEM. Στεφανῖτις, ἡ, Coronaria: ῥαφαὶ, ap. J. Poll. 2. quæ ab aliis στεφανιαῖαι nominantur, ut supra e Gorr. docui. Ajunt στεφανίτιδα vocari etiam Uvam quæ frondes habet incursantes acinis miro naturæ lusu: Coronariam dici a Plinio. [" Heyn. Hom. 7, 229." Schæf. Mss.]

Στεφανίσκος, ὁ, Corolla, Anacr. (62, 1.) Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων Στεφανίσκους θέμενοι, νῦν Θάλειαν ἑορτὴν Ἀγάγωμεν Διονύσῳ: [cf. 5, 15. " Villoison. ad Long. 131." Schæf. Mss.] ITIDEM Στεφάνιον dimin. forma dicitur. Affertur enim plur. στεφάνια pro Corollæ. [Στεφάνιον, Gl. Corolla, Corona.] AT Στεφανίων, Hesychio εἶδος κολοιοῦ, Species Graculi. Forsan illud Cornicum genus sic dicitur, cujus στεφάνη s. Vertex non nigri coloris est ut reliquum corpus, sed in album vergit s. cinereum colorem.

Στεφανηδὸν, In modum coronæ, In orbem, Circumcirca, [" ad Charit. 759." Schæf. Mss. " Nonn. Jo. 1, 211. 6, 7. Manetho 4, 429." Wakef. Mss.]

Στεφανίζω, [* Στεφανίττω,] ἴξω, Corono, Corona cingo s. redimio. I. q. στέφω et στεφανόω. Unde ἐστεφάνιξα, Aristoph. Ἱππ. [1225.]

Στεφανόω, Corono, Corona redimio, Dem. pro Cor. Ἐὰν ἡ βουλὴ στεφανοῖ, Si senatus aliquem coronet, Æschin. c. Ctes. Ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν, Plut. (7, 117.) Τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ὄνους στεφανοῦσι; Consualium sc. die festo, Athen. (297.) Ἱερείων τρόπον στεφανοῦντας καὶ κατευχομένους, οὐλάς τε ἐπιβάλλοντας, θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς Βοιωτούς: (670.) Στεφανοῦσι δὲ τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας: sicut Plut. quoque in suo περὶ Ἀοργησίας libello dicit ἐρωτικὰς πράξεις esse, ἐπικωμάσαι, καὶ ᾆσαι, καὶ στεφανῶσαι θύραν. Aristoph. στεφανώσας τὸν νεκρὸν, de quo ritu vide quædam in Στέφανος. Interdum additur dat. instrumentalis, Dem. pro Cor. (243.) Στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα χρυσῷ στεφάνῳ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας: ubi etiam nota qua verborum formula solerent uti in offerenda corona: nota etiam causas ob quas corona offerretur. Apud Eundem Cherronesi incolæ qui habitant Sestum, Eleuntem, Madyton, Alopeconneson, Στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα. Nisi hic malis στεφανοῦν accipere pro Honorare, τιμᾷν, de quo paulo infra. Magis proprie Athen. 12. Ἐστεφάνωσε τὰς Ἀττικὰς τριήρεις θαλλῷ καὶ μίτραις καὶ * ταινίαις: ut ap. Plut. de Sol. Anim. Στεφανοῦνται μὲν αὐτοὶ, στεφανοῦσι δὲ τὰς ἁλιάδας, Et ipsi sibi coronis tempora cingunt, et naves etiam suas piscatorias coronant. Sic Aristoph. N. (911.) Κρίνεσι στεφανοῖς, Liliis coronas. Ubi etiam dicit (1006.) Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ, Albo calamo coronatus: quod Dioscurorum erat proprium. Sic Plato Symp. Ἐστεφανωμένον κιττοῦ τινὶ στεφάνῳ. Athen. 12. Στεφανουμένων τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι. Ubi etiam nota pass. στεφανοῦμαι: quod aliquando accipitur pro Corono me, Corona mihi tempora cingo, redimio: ut λούομαι, Lavo me. Plut. Lyc. Στεφανοῦσθαι παρήγγειλε πᾶσι. Sic Thuc. 4, (80.) p. 148. Ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον. || Aliquando accipitur pro Honoro, quoniam corona honoris causa offerri solebat. Sic Harpocr. ap. Dem. Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας exp. τιμῶν: afferens et e Lycurgo, Ἀλλὰ μὴν καὶ Καλλισθένην ἑκατὸν μναῖς ἐστεφανώσατε. Cui l. similem habes in Σακτός. Theopompum quoque et Menandrum, necnon et alios, eod. sensu hoc verbum usurpasse Idem annotat ibid. Pro Honoro, Decoro, Orno, accipi potest et ap. Pind. Ὀ. 1, (162.) στεφανῶσαι μολπᾷ, Carmine decorare et exornare. [" Etiam de Munere pecuniario usurpatur, quod alicui honoris aut officii causa offertur, Polyb. ap. Suid. v. Σακτή: Ἐστεφάνωσαν τὸν Ἀντίοχον πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις. Cf. Στέφανος. Sic ap. Athen. 203. Ἡ τῶν στεφανούντων προθυμία, Studium et Promtitudo civitatum quæ pecuniam regi ad celebrandam pompæ festivitatem contulerunt." Schw. Mss.] Itidem intelligi potest ap. Aristoph. Ἱππ. (647.) Εἶτ' ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια, Honorarunt me muneribus, quibus decorari solent et ornari ii, qui lætos afferunt nuntios. Ubi etiam nota accus. Qua constr. Philostr. Her. Στεφανοῦμαι τὰ ἀριστεῖα, Honoror ornorque iis præmiis quæ merentur οἱ ἀριστεύσαντες. Alii, Præmia accipio. Affertur e Gal. pro Victorem declaro, Palmam tribuo. Dem. vero in Or. pro Cor. distinctim dicit, Ἐστεφανοῦτο καὶ νικῶν ἀνηγορεύετο. || Signif. etiam Cingo, Circumdo, etiam Circumfusus sum. Quæ enim ambiunt, ea et circumfusa esse dici possunt interdum. Frequens ea in signif. est præt. pass. ut Od. K. (195.) Νῆσον τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, Quæ mari cincta est ut caput corona, Quam undique cingit et ambit mare, Cui mare circumfusum est. Sic Hesiod. Ἀ. (204.) περὶ δ' ὄλβος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο: Θ. (382.) Ἄστρα τε λαμπετόωντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, Quibus cœlum cinctum est, Quæ cœlo circumfusa sunt. Nisi malis, Quibus cœlum insignitum est et decoratum. Cui loco similis hic Oppiani, K. 3, (346.) de tigride, Νόσφι μόνον ῥινοῖο, τὸν αἰόλον ἐστεφάνωται, Δαίδαλα πορφύροντα καὶ ἄνθεσι μαρμαίροντα, Præter solam pellem, quæ variis undique maculis distincta est et decorata. Unde et Variæ tigres, Virgatæ tigres, Senecæ; Maculosa tigris, Ovid.; Plin. 8, 18. Albis maculis rutilum colorem distinguentibus. Quæ verba optime exprimunt, quod Opp. dicit eam ῥινὸν αἰόλον ἐστεφανῶσθαι Δαίδαλα πορφύροντα. [" Brunck. Anal. 2, 300. Pierson. Veris. 119. ad Xen. Eph. 154. Zeun. ad Xen. K. Π. 304. Casaub. Athen. 1. p. 58. Eur. Hec. 124. Thom. M. 50. ad Charit. 235=515. ubi de locutione στεφανοῦσθαι παῖδων, Wolf. Proleg. 243. Wakef. Herc. F. 1283. Jacobs. Anth. 6, 244. 11, 394. Philippus 23. 54. Herodes 13. Villoison. ad Long. 239. Heyn. Hom. 5, 134. 6, 124. Boiss. Philostr. 467. 534. ad Dionys. H. 3, 1787. Honoro, Suid. v. Σακτή, ad Diod. S. 1, 424. 553. 684. 2, 466. 588. T. H. ad

Plutum p. 265. Porson. Hec. p. 23. Ed. 2. Στεφανόω τινά τινι, Alicui quid donare coronæ nomine, Schweigh. Emendd. in Suid. p. 22. Εὐαγγέλια στεφανοῦν, Kuster. Aristoph. 13. De act. et med., Kuster. V. M. Præf. v. viii. 7. Στεφανοῦσθαι, Lennep. ad Phal. 133. ad Herod. 562. Cum gen., Musgr. Iph. A. 1072. Villoison. ad Long. 130(=369.) Boiss. Philostr. 567.: τραγῳδίαις, ad Lucian. 1, 427. Στεφανοῦμαί τι, Salmas. ad Achill. Tat. 547. Bergler. ad Alciphr. 239.: Ὀλύμπια, Simonid. 64." Schæf. Mss. " Signo, Distinguo, Opp. K. 1, 175. (Εἴδεσιν ὃς τοίοισιν ὅλον δέμας ἐστεφάνωται:) 3, 379. (Λάχνη πορφυρόεσσα δ' ἐπὶ χροὸς ἐστεφάνωται.) Cum gen., Dio Chrys. 291." Wakef. Mss. Plut. Timol. 16. Ἐστεφάνωσαν οἱ Κορίνθιοι δέκα μναῖς, Dionys. P. 555. ὠκεανοῖο παρὰ ῥόον ἐστεφάνωνται, Apoll. Rh. 3, 121. πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο δράκοντες, Quint. Sm. 5, 99. Πάντα δ' ἄρ' ἐστεφάνωτο βαθὺς ῥόος ὠκεανοῖο. " Στεφανώσασθαι sæpe quidem signif. Semet coronare, sed et Semet præbere coronandum, ut ap. Pind. Ὀ. 7, 29. Ælian. V. H. 3, 1." Valck. Schol. in N. T. 2, 256.]

Στεφάνωμα, τὸ, Coronamentum, Athen. (672.) Ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον· ὁ γὰρ τῆς λύγου στέφανος ἄτοπος: Coronamentum agrestium esse, Agrestes homines solere coronari s. tempora cingere vitice s. viminea corona. Et Soph. ap. Plut. Symp. 3. narcissum vocat ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, Antiquum coronamentum deorum inferorum: indicans antiquitus deos inferos solitos fuisse coronari narcisso. Ubi etiam obiter NOTA Μεγάλοι θεοὶ pro χθόνιοι θεοὶ, ut ipse Plut. ibi exp. Probl. 1. Utitur et Theophr. H. Pl. 6, (6, 1.) sic appellans rem e qua fit corona, s. coronariam herbam. Plin. 21, 1. In hortis seri et coronamenta jussit Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate. Locus is Catonis est c. 8. [Pind. Ἰ. 2, 22. 4, 76. Π. 9, 5. " Bibl. Crit. 1, 2. p. 30. Jacobs. Anim. in Eur. p. 7. 71. Anth. 6, 103. Mitsch. H. in Cer. 110. ad Diod. S. 1, 339. ad Paus. 308. 356. Wakef. Herc. F. 354. 426." Schæf. Mss.] Στεφανωματικὸς, Coronarius, Qui in coronas additur, Coronis texendis s. nectendis aptus, Diosc. 2. [" 3, 46." Boiss. Mss.] Itidem ap. Theophr. στεφανωματικὰ, Herbæ ad corollas contexendas: quæ Lat. vocant Coronamenta: Græci et στεφανωτικά. [" Jacobs. ad Meleagr. p. 4. 14. Anth. 8, 233. 286." Schæf. Mss.] Στεφάνωσις, ἡ, Coronatio, Athen. 5. Τὰ γὰρ εἰς μίαν εὑρεθῆναι στεφάνωσιν οὐκ ἂν δυνηθέντα ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾳδίως, ταῦτα καὶ τῷ πλήθει τῶν κατακειμένων ἐχορηγεῖτο εἰς τοὺς στεφάνους ἀφθόνως. Suid. στεφάνωσιν dici scribit ἐπὶ οἰκοδομῆς οἴκου, forsan de fastigiatione ædificiorum, cum ædificio imponitur ἡ στεφάνη s. Fastigium. [* " Στεφανωτής, Herodian. Epim. 211." Boiss. Mss. ad Greg. Cor. 565. " Cyrill. Hieros. 198." Kall. Mss.] Στεφανωτικὸς, i. q. στεφανωματικὸς, Coronarius, Aptus texendis s. nectendis coronis, ut ap. Cic. et alios Aurum coronarium, ap. Plin. Herbæ coronariæ. Athen. 3. (p. 73.) Γίνεται δὲ οὕτως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικόν. Vide et Theophr. H. Pl. 6, (1, 1.) et Plin. 21, 2. 3. 4. et alibi. Rursum Athen. (670.) de Platone, Πρόβλημά τι προβάλλει στεφανωτικόν. Verba Plat. ibid. subjiciuntur hæc, Μήλων δέ τινων διανομαὶ καὶ στεφάνων, πλείοσιν ἅμα καὶ ἐλάττοσιν ἁρμοττόντων τῶν ἀριθμῶν τῶν αὐτῶν. [Theophr. H. Pl. 1, 13, 3. C. Pl. 1, 4, 2. bis.] Apud eund. Athen. (406.) LEGITUR Στεφαννστικὸς, ubi ἡ ῥοδουντία s. ῥοδωνία λοπὰς describitur, Ἵνα καὶ ἥδυσμα στεφαννστικὸν μὴ μόνον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαβὼν σχῇς, ἀλλὰ καὶ ἔνδον σεαυτοῦ καὶ πανδαισίᾳ τὸ σωμάτιον πᾶν ἑστιάσῃς. Sed videtur scr. vel στεφανωτικὸν, vel στεφανιστικὸν, a στεφανίζω.

Στεφανωτίδες μυῤῥίναι e Theophr. H. Pl. 5, (8, 3.) pro Myrti provenientes modo coronarii operis: [" ap. J. Poll. 1, 27. erat * στεφανωτρὶς, Cod. optimus στεφανῶτις habet; sed Athen. 296. στεφανωτρίδας, et 15. p. 463. Schw. βίβλον στεφανωτρίδος habet." Schneid. Ind. Theophr. " Στεφανωτρίδες vocantur eædem μυῤῥίναι ap. Athen. 75., et τὴν στεφανωτρίδα βίβλον, non στεφανωτίδα, Coronariam papyrum, memorat Theopompus ap. Eund. 676. Plut. Agesilao

A (36.) T. 1. p. 617. Ed. Francof., quasi fem. a masc. * Στεφανωτὴρ, (Στεφανωτής.)" Schw. Mss. Lobeck. Phryn. 255.] [* Στεφανωτὸς, unde] Ἀστεφάνωτος, ὁ, ἡ, Qui coronatus non est, Cujus tempora non sunt cincta s. redimita corona, Xen. A. (13, 8.) Μηδένα Λακεδαιμονίων ἀστεφάνωτον εἶναι, Æschin. (86.) Ὑμεῖς μὲν ἀστεφάνωτοι καὶ ἀκήρυκτοι γίνεσθε. Aliquanto ante, Τὸν ἀστεφάνωτον ἐκ τῶν νόμων, κελεύεις ἡμᾶς στεφανοῦν, Eum quem coronari leges vetant, Dem. (331.) Ἀστεφάνωτος οὐκ ἀπῄει ἐκ τῆς Ὀλυμπίας, E ludis Olympiis nunquam rediit sine corona, s. palma, Lucian. (1, 528.) Τὸν νεῶν τέως ἀστεφάνωτον ὄντα ἐστεφάνωσα, Nullis hactenus ornatum coronis. [" Abresch. Æsch. 2, 35." Schæf. Mss.]

[* Ἀμφιστεφανόω, Hymn. in Ven. 120. * Ἀναστεφανόω, Anal. 2, 391. " Rufin. 3. sed v. Jacobs." Schæf. Mss. * " Συναναστεφανόω, Andr. Cr. 195." Kall. Mss. * " Ἀντιστεφανόω, Eumath. 344." Boiss. Mss.] Ἀποστεφανόω, Coronam depono, demo, Co-
B rona privo s. spolio, quasi diceres Decorono, i. q. ἀποστέφω. Philostr. Ep. quadam dicit, Μὴ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος. Pass. Ἀποστεφανοῦμαι, Corona privor s. spolior: ἀπεστεφανωμένος, Corona privatus s. spoliatus, Lucian. (2, 653.) Τὸν Ἀπόλλω ὄψει ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἀπεστεφανωμένον, καὶ τοὺς κόλλοπας τῆς λύρας περισεσυλημένον. [" Ad Charit. 235." Schæf. Mss. * " Ἀποστεφάνωσις, Eumath. 425." Boiss. Mss. * Ἐπιστεφανόω, Athen. 13. 203. Pind. Ὀ. 9, 167. " Heyn. Hom. 6, 124. Epigr. adesp. 750." Schæf. Mss. * Ἐπιστεφάνωμα, Gl. Coronarium, Corollarium. * Καταστεφανόω, Diod. S. 12. p. 294, 39. " Andr. Cr. 181." Kall. Mss. " Eumath. 393. * Μεταστεφανόω, 73." Boiss. Mss.] Περιστεφανόω, Undique redimio s. cingo corona. Pro Cingo, Circumdo, usurpavit Aristoph. Πλ. (787.) ἐμὲ ποῖος οὐκ ὄχλος Περιεστεφάνωσε; Non me cinxit s. circumdedit? Pass. voce Aristot. de Mundo, Κύκλῳ περιεστεφάνωνται τὴν οἰκουμένην, Quasi corona cingunt orbem terrarum, s. Ambiunt orbem terrarum. Possunt huc referri duo
C loci in Στεφανόω citati, unus Homeri, alter Hesiodi, si tmesin in iis admittamus. [LXX. 1 Reg. 23, 26. " Ad Herod. 547. 562. Heyn. Hom. 6, 125. Wakef. Georg. p. 9. Hemst. ad Plut. p. 265. Dionys. H. 1, 501. 3, 1663." Schæf. Mss. * Προστεφανόω, Athen. 128. * " Συστεφανόω, Jacobs. Anth. 10, 155." Schæf. Mss. Demosth. 280. " Eumath. p. 441. Rufin. Anth. Pal. Ep. 36, 10." Boiss. Mss. " Andr. Cr. 195." Kall. Mss.]

ΣΤΗΘΟΣ, τὸ, Pectus. Dicitur ab Hippocr., ut Gal. annotavit, non Omne id quod est a priori parte thoracis, sed Medium os, in quod se inserunt costæ: quod juniores Medici στέρνον appellant. Philon. vero στῆθος et στέρνον usurpare synonymws docui in Στοῖχος, et in Στέρνον. Il. Δ. (480.) et item O. (577.) Od. X. (82.) βάλε στῆθος παρὰ μαζὸν, Il. Λ. (108.) Τὸν μὲν ὑπὲρ μαζοῖο κατὰ στῆθος βάλε δουρὶ, Od. I. (301.) Οὐτάμεναι πρὸς στῆθος, Il. Σ. (31.) χερσὶ δὲ πᾶσαι Στήθεα πεπλήγοντο, Plangebant pectora pal-
D mis. Quod una voce composita dicitur στερνοτυπεῖσθαι, et κόπτεσθαι, ut Lat. Plangere, pro Plangere pectus s. Tundere et ferire pectus, ut in mœrore fit. Opposita huic pars est μετάφρενον, ut ex eod. Hom. discimus, Il. E. (40.) μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν Ὤμων μεσσηγὺς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσεν, " poëtice pro " στηθέων s. στήθεσι." Eod. l. (19.) στῆθος μεταμάζιον dicit, ut Aristot. στῆθος διφυὲς μαστοῖς, Pectus distinctum mammis. Idem στῆθος facit sedem cordis et perturbationum: ut Il. K. (95.) καρδίη ἔξω Στηθέων ἐκθρώσκει, cor extra Pectus abit saliens. Od. Δ. (549.) αὐτὰρ ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ Αὖθις ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀχνυμένῳ περ ἰάνθη, Il. Ξ. (38.) ἄχνυτο δέ σφιν Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι, P. (139.) Εἱστήκει μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων, Od. K. (329.) Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστί. Cui l. similis quidam Il. Γ. 63. Et Od. N. (330.) Αἰεί τοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι νόημα. Prosæ etiam Scriptt. utuntur hoc vocab., ut Xen. K. (4, 1.) et Philo V. M. Item et Lucian. (1, 59.) Τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν.

|| Στῆθος Hippocr. dixit etiam in pede Imam ejus plantam, quam Anatomici πεδίον nuncupant, ut Gal. annotavit: quanquam sunt qui eam pedis partem, quæ post ejus cavum juxta digitos attollitur, στῆθος ποδὸς appellent, et similiter in manu στῆθος χειρὸς, eam partem quæ huic proportione respondet. Gorr. Illud carnosulum sub pollice, inquit Cam., στῆθος ἀντίχειρος, Montem Latine quidam appellarunt pollicis, illud vero alterum depressius paulo, στῆθος χειρός. Inter hæc μεταστήθιον, quasi Interstitium horum monticulorum. Vide et J. Poll., e quo Cam. ista desumsit. Hesychio vero στῆθος est non solum τὸ ὑπὸ τοὺς ποδῶν δακτύλους στηθήνιον, sed etiam τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ πρόσχωμα: [Lat. Dorsum, Polyb. 4, 41. Strabo 1. p. 141. " Ruhnk. Ep. Cr. 224. Thom. M. 811. ad Charit. 694. Plur., ad Herod. 475. Ἐκ στήθεος, Heyn. Hom. 4, 499. Ἐκ στήθους γράφειν, Müller. ad Lycophr. p. 420. Στήθευς, Heyn. Hom. 5, 437. Στήθεσφιν, 4, 315. 5, 10. 92. 345. 463. 586. 639. 657. 6, 184. 199. 300. 344. 346. 413." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 672. Ἡ ἐπὶ στήθους μαγὰς, ad Greg. Cor. 562.]

Στηθόδεσμον, τὸ, Fascia pectoralis, J. Poll. 7, (14, 69.) annotat, id, quod suo tempore mulieres vocabant στηθόδεσμον, ab Aristoph. Thesm. nominari ἀποδέσμους, cum ait, Τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου, Καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τὰ τιτθία. Ita Polluci στηθόδεσμον i. fuerit q. οἱ ἀπόδεσμοι, ἐν οἷς ἔνεστι τὰ τιτθία: quale est mamillare, in quod hoc extat Epigramma Martialis, Taurino poteras pectus constringere tergo; Nam pellis mammas non capit ista tuas. [" Aristoph. Fr. 249. ad Il. Ω. 270. * Στηθόδεσμος, ibid. Heyn. Hom. 8, 643." Schæf. Mss. Στηθόδεσμοι, Gl. Fasciæ pectoralis. * Στηθοδέσμη, * Στηθοδέσμιον, Etym. M. 749, 40. 44. Schæf. ad Greg. Cor. 562. " Ad Mœr. 361." Schæf. Mss.] Στηθοδεσμὶς, ίδος, ἡ, Fascia pectoralis, Jerem. 2, [32. Esai. 3, 24. " Ad Mœr. 361. Wakef. S. Cr. 3, 58. Salmas. ad Achill. Tat. 543. Heyn. Hom. 8, 643." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Στηθοειδὴς, ap. Hippocr. (476.) γαστρώδης: ap. quem στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ Gal. exp. σμιλίῳ, i. e. Specillo lato: siquidem acutum appellat ὀξυβελές. [* Στηθολαβέω, Schæf. ad Greg. Cor. 562. * Στηθομελὴς, Greg. Naz. Carm. 2, 86. τέττιγες στηθομελεῖς, corrigente Valck. ad Theocr. x. Id. p. 121. olim * Στηλομελής. Cf. Schæf. ad Greg. Cor. l. c.]

Εὐρυστήθης, Qui lato s. amplo est pectore, Pectorosus, i. q. εὐρύστερνος. Et plur. τὰ εὐρυστήθη, Quæ habent latum pectus. [Aristot. H. A. 9. p. 957.]

[* Εὔστηθος, Fasti Alex. ap. Alemann. in Procop. p. 28. " Is. Porphyrog. in Allat. Exc. p. 303. 314." Boiss. Mss. Tzetz. Posth. 470.]

Ἀκροστήθιον, τὸ, Summa pars pectoris, Aristot. [Physiogn.] Μεταστήθιον, τὸ, Interstitium inter τὰ στήθη. Vide Στῆθος. At Μεταστήθιος adj., significabit Interjectus s. Situs inter τὰ στήθη.

[* Ἐνστήθιος, Fragm. Nicetæ ap. Heyn. Comm. Goëtting. 12. p. 307. * " Ἐπιστήθιος. Vocem hanc elegantissimam omittunt Lexx. Quoniam Joannes Evangelista Jo. 13, 23. dicitur recubuisse ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, et v. 25. incubuisse ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, propterea a Vett. satis frequenter appellatur ἐπιστήθιος, In pectore recumbens. Ephræmius, Theopolit. Patriarcha, in Bibl. Photii Cod. 229. p. 797. eum vocat ἐπιστήθιον τῶν μαθητῶν, Interpres, Decus discipulorum: imo, Pectori incumbentem. In Typico Sabæ, cap. 23. p. 50. vocatur φίλος ἐπιστήθιος: in Menologio, mense Septembri, die 26. φίλος ἐπιστήθιος, παρθένος ἠγαπημένος: a Pachymer. in c. 2. Dionysii Areop. de Eccl. Hier. p. 233. ὁ ἐπιστήθιος καὶ ἠγαπημένος, Dilectus ille, qui in pectore recubuit. (In Schn. Lex. Suppl. exhibetur * Ἐπιστήθειος, eodem Dionysii loco prolato.) Etiam de aliis usurpatur, Nilus Doxapatrius: Διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν ἀπόστολον Βαρνάβαν, ἔχοντα ἐπιστήθιον τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον εὐαγγέλιον, Quod in ea, (insula Cypro) repertus sit Barnabas Apostolus, in pectore habens Evangelium secundum Marcum. Quod hic est ἐπιστήθιον, id Notitia Episcopatuum exprimit,

A ἔχοντα ἐπὶ στήθους: et Cedrenus ad annum 4. Imperii Zenonis, ἔχων ἐπὶ τοῦ στήθους, Habens in pectore." Suicer. Thes. Eccl. "Tzetz. ad Lyc. 838. Routh. Reliqq. SS. T. 1. p. 15. cum nota p. 37." Boiss. Mss.] Περιστήθιος, Qui pectus ambit s. cingit aut circumdat, Pectori circumfusus. Subst. τὸ περιστήθιον, Fascia pectoralis, pectus circumdans, Pectorale. Legitur Exod. 28, (4.) Περιστήθιον καὶ ἐπωμίς: ubi vulg. Versio habet, Rationale et superhumerale. Alibi tamen Rationale habet eadem versio pro λόγιον. Est autem Genus ornamenti s. vestimenti sacerdotis Judaici, quemadmodum et Hes. testatur esse ἱερατικὸν ἔνδυμα. Si mulieri tribueretur, i. foret q. Polluci τὸ στηθόδεσμον, i. e. ζῶσμα τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων, Fascia pectoralis, qua pectus et mamillæ constringuntur. Mamillare Lat. appellant. [* " Προστήθειος, ad Il. Ψ. 761. Heyn. Hom. 8, 512." Schæf. Mss.]

[* " Περιστηθὶς, Strophium, Fascia pectoralis, Chrys. in Ep. 1. ad Timoth. Serm. 8. T. 4. p. 281,
B 8. Τί ἄν τις εἴποι—περὶ τῆς δέσεως, τῇ νῦν μὲν κρυπτομένης ἐν τῇ δέσει τῆς περιστηθίδος; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γυμνοῦσι πολλάκις ὥστε τοῦ ζώσματος τὴν ἀκρίβειαν φαίνεσθαι." Seager. Mss.] Προστηθὶς, Anterior pars τοῦ στήθους. Infra pedem totum, inquit Cam., τύλωμα, i. e. Callus. In hoc, quod eminet juxta digitos, στῆθος ποδὸς, i. e. quasi pectus, a quibusdam προστηθὶς nominatum. J. Poll. 2, (198.) de partibus pedis, Τὸ δὲ κάτωθεν, τὸ μὲν ὅλον, τύλωμα· τούτου δὲ τὸ μὲν προῦχον, ὑπὸ τοὺς δακτύλους, στῆθος ποδὸς, ἢ προστηθίς· τὸ δὲ μετὰ τὸ στῆθος, κοῖλον ποδός. Προστηθίδιος, i. q. προστερνίδιος, Appositus s. Applicatus pectori. Apud J. Poll. 2. Ἵππων προστηθίδια ὅπλα, quæ Xen. appellat προστερνίδια, Arma quibus pectora equorum muniuntur belli tempore contra telorum injuriam. Apud Suid. hæc leguntur, Ἐξελθόντες μεγάλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων, ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως: ubi προστηθιδίων exp. εἰκόνων μέχρι στήθους. Fuerint itaque προστηθίδια, Simulacra pectore tenus ficta s. picta, Ima-
C gines non perfectæ, sed ad pectus tantum deductæ. [Polyb. 22, 20, 6. Προστηθίδιον, Gl. Antilena. " Add. ad Diod. S. 2, 537." Schæf. Mss.] Eadem forma qua προστηθίδιος, DICITUR ET Ἐντοστηθίδιος, Qui intra pectus est. Unde τὰ ἐντοστηθίδια, Interanea, s. Interiores partes pectoris, Penetralia pectoris. J. Poll. 2, (162.) Τὸ δὲ ὑπὸ τὰς κλεῖδας, στῆθος· τούτου τὰ ἐντὸς, ἐντοστηθίδια. [Hippocr. 682. Schol. Ven. Il. A. 464. Schn. Lex. Cf. Ἐντόσθια. Item * Ἐνστηθίδια, Philostr. Icon. p. 880. Ἐμπεφυκότων τοῖς ἐνστηθιδίοις τῶν λεόντων, quod suspectum habet Schn.]

[* " Στήθειος, * Στήθιος, Heyn. Hom. 7, 693 * Στηθιαῖος, (Gl. Pectorosus,) Thom. M. 595. Lobeck. Aj. p. 356." Schæf. Mss. Schol. Aristoph. Ἱππ. 765.]

" Στηθικὸς τόπος, Pectoris locus, q. d. Pectoralis " locus, VV. LL."

[* Στηθίζω, unde * Στηθιστὴρ, Gl. Antellina.] Ἀποστηθίζω, Expectoro, i. e. E pectore depromo. Suid. in nomine Σαλούστιος, secundo loco posito, Οὐ γάρ
D ἐστι ταυτὸν ἐς πλῆθος ἀποστηθίζειν καὶ γράφειν ἐς κάλλος. Ubi ἀποστηθίζειν videtur esse Depromere e pectore. Bud. simpliciter interpr. Expromere, Eloqui. In hoc certe loco Ennii, quem citat Cic. Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat, capitur Expectorat pro E pectore ejicit s. expellit. Eust. ἐκστηθίζειν, (quod itidem e στῆθος compositum est, et præp. ἐκ,) facit contrarium ei quod Lat. dicunt Recitare; scribit enim, Ἐζωγράφησε φέροντα ἐπὶ στήθους τὴν τραγῳδίαν, αἰνιττόμενος τὸ ἐπὶ στόματος ἐκεῖνον φέρειν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐκστηθίζειν τὰ τραγικά· ὃ δὴ καὶ ἀπὸ στήθους λέγειν φαμὲν, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἀπὸ μεμβράνας, ἢ ἀπὸ βιβλίου. Est autem notandum hic ἀπὸ στήθους λέγειν dici eod. modo quo dicunt nostrates, Dire par cœur. Est alioquin frequentius ap. Græcos ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, (unde ἀποστοματίζειν,) quam ἀπὸ στήθους εἰπεῖν. [Suicer. Thes. Eccl. " Epiph. Hær. 67, 1. * Ἀποστηθισμὸς, Idem Expos. Fid. Cathol. 23. (1. p. 1106.)" Routh. Mss.] Ἐκστηθίζω, vide Ἀποστηθίζω, [Georg. Alex. in Vita Chrys.

72. Ἐν νῷ φέρων καὶ ἐκστηθίζων τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν διαθήκην, Suicer. Thes. Eccl. * Ἐνστηθίζω, Athan. 2, 42. * Ἐπιστηθίζομαι, Pectori alicujus incumbo, Cantic. 8, 5.]

“ Στηθήνιον, τὸ, Medium pectoris, q. d. Pectusculum, VV. LL. ex J. Poll. (2, 162.) Sed in iisdem EST Στηθίδιον pro Pectusculo.” “ Σθητήνιον, Medium pectoris, VV. LL. Sed perperam hoc scriptum est in VV. LL. pro στηθήνιον.” [“ Στηθήνιον, * Στηθίνιον, * Στηθύνιον, Στηθίδιον, Phryn. Ecl. 168. 169. Thom. M. 811. ad Lucian. 2, 324. Casaub. ad Athen. 135.” Schæf. Mss. “ Στηθήνιον, Const. Apost. 2, 25.” Kall. Mss. “ Στηθύνιον, Athen. 65. (370.) παχέων ἀρνίων στηθύνια, Pinguium agnorum pectora.” Schw. Mss. “ Herodian. Epimer. 129.” Boiss. Mss. LXX. Exod. 29, 26. 27. Levit. 7, 20. 21. “ Ut a χεῖλος χελύνιον, quod et ipsum damnat Phryn. App. 72., vide Schneider. ad Ælian. H. A. 16, 12., sic a στῆθος στηθύνιον derivatum videri potest; quo præter Ephippum a Sturzio (de Dial. Maced. p. 194.) citatum, Schol. Lucian. Lex. 3. T. 5. p. 180. utitur. Στηθήνιον Philo Legg. Alleg. 2, 85. 86. 88. quam formam a Stœbero probatam ad Thom. M. 811. cum altera στηθίνιον recte rejiciunt Casaub. ad Athen. p. 65. et Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 33. terminationem υνιον diminutivorum formis annumerans, vulgari, ut credere par est, dialecto propriam.” Lobeck. Phryn. 384. Vide Barker. Ep. Cr. ad Boiss. 264-5.]

[* Στηθίας, Hesychio ὄρνις ποιός.]

“ ΣΤΗΝΙΑ, (τὰ,) Festum erat Athenis, in quo se mutuo scommatis et convitiis perstringebant. Unde Στηνιῶσαι, Convitiis incessere. Vide Hes.” [et Phot. “ Ad Charit. 449. Brunck. Aristoph. 1, 127. Kuster. 222. (Θ. 834.)” Schæf. Mss. Cleomedes 2. p. 91. Locus quidam Athenis, Alciphr. 2, 3.]

ΣΤΙΖΩ, ξω, Pungo, Compungo notis, i. e. Stigmata inuro, Notis inustis signo, ut Cic. de Off. 2. dicit barbarum compunctum notis Threiciis, quem paulo post Stigmatiam appellat vocabulo Græco. Solebant enim servi notis inustis insigniri: ut ex Artemid. quoque discimus, qui l. 1 Onirocr. ait, Στίζονται παρὰ Θρᾳξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες, καὶ παρὰ Γέταις δοῦλοι. Captivi etiam, necnon et sceleris alicujus deprehensi, solebant notis inustis insigniri. Plut. Pericle (26.) de Samiis, Τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων ἀνθυβρίζοντες, ἔστιζον εἰς τὰ μέτωπα γλαῦκας, Noctuas eis in frontes inurebant. Sic Diphilus ap. Athen. (225.) de quodam qui comam alebat, dicens deo se eam consecrasse, οὐ διὰ τοῦτό γ', ἀλλ' ἐστιγμένος, Πρὸ τοῦ μετώπου παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει, Non ideo, sed ut obvelet notam quæ ejus fronti inusta est. Hermog. Ἔξεστι στίζειν τοὺς μοιχούς· στίζων τις ἀπέκτεινε; καὶ φόνον φεύγει. Apud Herod. 7, (233.) Thebanorum, qui a Græcis ad Xerxem desciscebant, majorem partem regis jussu barbari ἔστιζον στίγματα βασιλήϊα, Compungebant notis regiis, Inurebant notas regias, Notis regiis inustis signabant. Q. l. taxat Plut. περὶ Ἡροδότου Κακοηθείας p. 1043. meæ Edit. (=9, 440.) Idem Plut. de S. N. V. (8, 206.) Thraces reprehendit, quod στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας. Herodiano teste, 3, (14, 13.) olim Britanni τὰ σώματα ἐστίζοντο γραφαῖς ποικίλαις, καὶ ζώων παντοδαπῶν εἰκόσι, Corpora sua notabant pictura varia, et formis animalium omne genus. Cui loco similem vide in Προσαναστίζω. Ager etiam aliquis στίζεσθαι dicitur: de quo in Ἄστικτος. || Exp. etiam Mordeo et Incesso: qua signif. Pungo quoque et Uro ap. Lat. usurpantur. At στίζειν pro Taxare, Infamare, citat Bud. e Chrys. Comm. in 1 ad Cor. 15. p. 233. et e Basil. 582. || Hes. στίξας exp. non solum σημεῖον ποιήσας, sed etiam μαστιγώσας: itidemque στιζόμενος a Suida et Schol. Aristoph. exp. τυπτόμενος, Σφ. (1296.) Ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρίᾳ, Cæsus scipione, Percussus s. Verberatus baculo. [“ Alberti Peric. Cr. 89. Wakef. S. Cr. 3, 91. ad Diod. S. 2, 596. Jacobs. Anth. 12, 141. Heyn. Hom. 8, 135. Herod. 614. Interpungo,

A Notis distinguo, Fabric. Bibl. Gr. 1. p. 369. ad Il. Γ. 42. Schol. Aristoph. Πλ. p. 21. Hemst., Jacobs. Anth. 10, 186. Στ. εἰς, Heyn. Hom. 5, 711. Heind. ad Plat. Gorg. 82. Στίζω, στίξω, olim * στίγω vel * στίχω, Thom. M. 371.” Schæf. Mss. Στίξαι, Photio τὸ ἐγκαῦσαι ἵππον. Vide Στικτέον. Hinc Stigo, Stingo, Instigo, Instinctus, Distingo, Distinguo.]

Στίγμα, τὸ, Nota qua aliquis compunctus est, quæ alicui inusta est, Signum quod alicui impressum est ferro candenti. Lat. quoque Stigma appellant: ut Martial. Frons hæc stigmate non meo notanda est. Herod. 7, (233.) Ἔστιζον στίγματα βασιλήϊα τοὺς πλεῦνας τῶν Θηβαίων. Plut. περὶ Ἀοργ., Τὰ δὲ τῶν πικρῶν (δεσποτῶν) ἐκκαλύμματα καὶ δυσκόλων ἐν τοῖς προσώποις τῶν οἰκετῶν ὄψει, καὶ τοῖς στίγμασι καὶ ταῖς πέδαις. Paul. ad Gal. 6, (17.) Τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto, i. e. inustas notas, quales inuri servis solebant. Sed cum servis ea essent probrosa, (unde et Stigmatiæ dice-
Ἀποστοματίζω, Memoriter recitare jubeo, ἀπὸ στόματος εἰπεῖν κελεύω: si quidem verum est, quod J. Poll. 2, (108.) scribit, Plat. alicubi ἀποστοματίζεσθαι τοὺς παῖδας, dixisse pro ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν, Pueros interrogari a magistris et juberi recitare quæ didicerint. Ita et Suid. annotat τὸν διδάσκαλον dici ἀποστοματίζειν, ὅταν κελεύει τὸν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος. Locum Plat., cujus mentionem facit J. Poll., hunc esse existimo, in Euthyd. (p. 14.) Ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; ut sensus sit, Cum memoriter aliqua vos recitare jubebat grammaticus, utri pueri didicerant quæ ab ipso interrogabantur et memoriter recitari jubebantur? Aliam tamen interpr. afferam paulo post e Cam. Affinem signif. habet ἀποστοματίζω ap. Luc. 11, (53.) Ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, Cœperunt scribæ et Pharisæi vehementer ipsi imminere, et eum allicere ad loquendum de multis: Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ, Insidiantes ei, et cupide venantes aliquid ex ipsius ore, ut eum accusarent. Ubi vett. quidam Codd., duo tantum, habebant ἀποστομίζειν: plures, ἀποστοματίζειν, quod et Laur. Valla agnoscit. Male vetus Interpres vertit Os opprimere, (qua signif. ἐπιστομίζειν dicitur): nam qui e cujuspiam ore aliquid aucupatur, quo eum irretiat aut periculum ei creet, potius eum conatur ad loquendum provocare quam os ipsi occludere. Theophyl. (401.) aliam præterea exp. affert, quasi ἀποστοματίζειν declaret ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν: quæ minus consentanea videtur, cum Luc. tantum dicat eos conatos fuisse ipsum illaqueare in sermone. Itaque ἀποστοματίζειν αὐτὸν dicemus potius i. esse q. in sequenti versiculo, Ζητεῖν θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, Venari quidpiam ex ipsius ore, quo sc. eum irretirent. [" Imminendo urgebant Jesum, et superbe postulabant improbi, ut loca V. T. memoriter recitaret; id enim signif. ἀποστοματίζειν, proprie positum de magistro imperioso, qui ferula imminens superbe postulat, ut pueri memoriter loca recitent." Valck. Schol. in N. T. 1, 206.] Sed nota, Camerarium aliter interpretari ἀποστοματίζειν in l. illo Platonico, nimirum, Memoriter recitare: itidemque ἀποστοματιζόμενα, Quæ memoriter recitantur. Sic enim reddidit ea verba, Cum memorabantur a grammatico quæpiam, utri illa discebant pueri quæ memorabantur? Cujus τοῦ ἀποστοματίζειν signif. J. Poll. etiam meminit, i. esse dicens q. ἀπὸ στόματος εἰπεῖν. Similiter et Suid. ἀποστοματίζειν exp. ἀπὸ μνήμης λέγειν καὶ ἀπὸ στόματος, ἄνευ γραμμάτων: nulla tamen afferens illius signif. exempla, nisi locos quosdam in quibus pro ἀποστοματίζειν est ἀπὸ στόματος φράζειν, ἀπὸ στόματας ἐρεῖν, ἀπὸ γλώττης φράζειν,

A ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν. Idem ἀπεστομάτισαν exp. ἀπεφθέγξαντο. Sed utitur eo verbo Athen. (359.) Ἔφη Ῥοδιακὴν εἶναι λεγομένην ἱστορίαν, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποστοματίζειν οὐ δύνασθαι, τῷ πάνυ πρὸ πολλοῦ ἐντετυχηκέναι τῷ ταῦτα περιέχοντι βιβλίῳ, Ajebat esse fabulam quæ Rhodiaca diceretur, sed quam in præsentia non posset memoriter referre, quod jampridem legisset eum librum in quo illa continerentur. Plut. quoque in Theseo (24.) itidem usurpavit pro eo quod Lat. dicunt Recitare et Ore suo pronuntiare, sed quadam cum energia, ut furentes vates suos versus cum impetu repente profundere feruntur; loquitur enim de quadam Sibyllæ prædictione: Τοῦτο δὲ καὶ Σιβύλλαν ὕστερον ἀποστοματίσαι πρὸς τὴν πόλιν ἱστοροῦσιν, ἀναφθεγξαμένην, Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί. Platonico autem loco, ubi agitur de grammaticis qui pueris ore suo verba præfantur, ut subsequantur illi aut dictata accipiant, similis quidam est ap. Aristot. Elench. 3. Quo refer quod Horat. dixit, Occidit miseros crambe repetita
B magistros: loquens sc. περὶ τῶν ἀποστοματιζομένων, i. e. de iis quæ præceptor viva voce solet discentibus inculcare. [" Voss. Arist. 1. p. 4. Boiss. Philostr. 448. Heind. ad Plat. Phædr. 237. Toup. Opusc. 1, 51. Timæi Lex. 43. et n., Wessel. Ep. ad Ven. p. 23. Schrader. Ind. ad Xen. Mem. v. Στόμα." Schæf. Mss. " Themist. 33. Steph. B. 205." Wakef. Mss. Suicer. Thes. Eccl. * Ἀποστομάτισμα, Theoph. 3, 665.]

[* Στομίζομαι, Schleusn. Lex. V. T. * " Ἀντιστομίζω, Refuto, cum accus., Athan. 2, 364. fors. ἀποστομίζω, vel idem erit." Kall. Mss.]

Ἀποστομίζω, i. q. ἀποστοματίζω, atque adeo duo Codd., ut dixi, in l. illo Lucæ quem citavi in Ἀποστοματίζω, pro illo ἀποστοματίζειν, quod in pluribus legebatur, habebant ἀποστομίζειν. Theophyl. autem agnoscit præcedens ἀποστοματίζειν, exponens παγιδεύειν καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν: quoniam sc., ὅταν τις κρατηθῇ ἀφ' ὧν λέγει, ἀποστοματίζεσθαι δοκεῖ, i. e. ἀπὸ τοῦ στόματος ἕλκεσθαι καὶ κατακρίνεσθαι.
C Sed affert et aliam exp., accipiens sc. ἀποστοματίζειν pro πυκνῶς ἐρωτᾶν καὶ ἀπορεῖν: nam ἀποστοματίζεσθαι aliquem dici ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἕνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέσεων· τότε γὰρ μὴ δυνάμενος πᾶσιν ἀποκρίνεσθαι, ἔμφασιν δίδωσι τοῖς ἀνοήτοις τοῦ ἐξαπορηθῆναι: ita ut ἀποστοματίζειν sit, de aliis atque aliis interrogatum, εἰς ἀπορίαν ἄγειν. Cyrillus certe vult, eos multis quæstionibus interpellasse dominum, ut, si non responderet, videretur indoctus; sin male responderet, coargueretur; aut si bene quoque responderet, tamen e multis præberetur ansa reprehendendi. Ad aliam autem verbi ἀποστοματίζειν signif. pertinet ἀποστομίζειν, quod Hes. exp. ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν. Sed Idem ἀποστομίζων exp. etiam φιμονῶν, Os obstruens: qua signif. ἀποστομόω [et ἐπιστομίζω] quoque accipitur. Sic Bud. ἀπεστομισμένος exp. e quodam, quem non nominat, Ἀπερραμμένος τὸ στόμα, et de muto vel parum loquente dici ait. VV. LL. e Philostr. pro ἀποστομόω, Aciem retundo et hebeto: (Icon. 2, 17.) Ὁ δὲ θήγει πέλε-
D κυν λαβὼν ἀπεστομισμένον ὑπὸ τοῦ πλήττειν, Bipennem exacuit crebris ictibus retusam. [" Wessel. Ep. ad Ven. 23. Toup. Opusc. 2, 176. ad Lucian. 1, 353. ad Timæi Lex. 43." Schæf. Mss.]

" Ἐνστόμισμα, τὸ, Frænum, utpote quod ori injiciatur ad coërcendum et regendum jumentum. " Exemplum ex Josepho (Antiq. 18, 12.) hoc affertur, Ἔπρασσε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, χρῄζων ἐνστόμισμα τῇ ἀρετῇ τῶν ἀδελφῶν εἰς φιλίαν κτήσασθαι τῶν ἐκείνου σατραπειῶν. Quæ verba ap. " Suid. quoque leguntur, ap. quem tamen Ms. etiam " Cod. habet ἐνστομισμάτων, et φιλίας pro φιλίαν. In " eodemque Cod. est et partic. ἐνστομισθέντων, sine " expositione: quod sonat Frænatorum, Eorum quibus frænum injectum est."

Ἐπιστομίζω, i. q. ἀποστομίζω, i. e. Obturo os, et loquentem reprimo: sicut et J. Poll. ἐπιστομίσαι exp. ἐπισχεῖν λέγοντα. Paulus in Epist. ad Tit. 1, (11.) Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, Quibus os obturandum est; seu, ut Hieron. vertit, Quibus silentium indici

oportet. Athen. 8. Πάντας γὰρ ἐπιστομίζειν πειρώμενος, οὐδενὸς μὲν ἀμαθίαν κατέγνως, σαυτὸν δὲ ἀποφαίνεις κενώτερον λεβηρίδος, Dum omnibus studes occludere os. Sic Lucian. (2, 683.) Ἰχθὺν σε ἀποφανεῖ ἐπιστομίζων. Chrys. quoque eod. modo ἐπιστομίζω σε dixit pro καταστγάζω σε. Hes. ἐπιστομίζων exp. φιμονῶν, ἐλέγχων. Suid. Ἐπιστομιεῖν, ἐμποδίσαι κατασχεῖν: est autem hoc ἐπιστομιεῖν fut. infin. a fut. indic. ἐπιστομιῶ, Att. ut νομιῶ, et similia. [Demosth. 85. Aristoph. Ἱππ. 845. "Thom. M. 911. T. H. ad Plutum p. 193. Plato Gorg. 120. Valck. ad Chrys. p. 13. ad Herod. 564. ad Charit. 326. ad Diod. S. 1, 228. * Ἐπιστομέω, T. H. l. c." Schæf. Mss. Cf. Plut. Cat. Min. 38. Ἐπιστομίζω, Philostr. Icon. 2, 18. Plut. Solert. p. 158. H. Q. S. 7, 8. Athen. 180. "Liban. Ep. 12. fin. Plut. 10, 30.: in var. lect. * Ἐπιστοματίζω. * Ἐπιστομιστέον, Clem. Alex. 196." Wakef. Mss.] Ἐπιστόμισμα, τὸ, Obturamentum, Obex et præpedimentum quo os alicui homini aut rei obstruitur. Metaphorice Joseph. A. J. Ἐπιστόμισμα ἦν αὐτῶν μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους, pro Obstaculum quo retundebatur odium eorum adversus Judæos, Quod infrænabat, aut refrænabat. Qua signif. DICITUR ET Ἐπιστόμιον. Nam ἐπιστόμιον vocatur Quod ori opponitur s. obditur, Quo os obstruitur, Oris obturaculum. Epistomion, inquit Bud. in Pand., Æramentum est quo ora salientium obturantur et laxantur, cum opus est, dum manu ducitur vertibulum illud pertusum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc aut illo modo versatur. Vitr. 10, 13. de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manibus cum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. Idem, Motione vero vectium vehementiore spiritus vehemens compressus epistomiorum aperturis influit, et replet anima canales. Ubi epistomion accepit pro Eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet et laxat, ut opus est. Ubique tamen ap. eum Epithomion corrupte legitur. Varro R. R. 3. Epistomiis versis in unumquemque actum, sic ut influat in convivium. Dicitur autem ἐπιστόμιον, quia ori vasis pertusi opponitur, ut fluentem liquorem cohibeat, et rursus transmittat cum opus est. ["Ad Mœr. 194." Schæf. Mss. * Ἐπιστομὶς, Gl. Postomis, Hes. v. Ἐπίχαλκον· τὸ στόμα τῶν αὐλῶν, διὰ τὴν φορβειὰν, οἱονεὶ ἐπιστομίδα. Cf. Καταστομίς.]

Καταστομίζω exp. etiam ipsum, Tacere facio, ut ἐπιστομίζω. Bud. interpr. Ad infantiam redigo, ap. Plut. Aristide (4.) Τοὺς μὲν βοῶντας κατεστόμισε. [Schneidero suspectum est.] AT Καταστομὶς, Hesychio Pars quædam Tibiæ, sc. τὸ * ἐνόλβιον.

[* Συστομίζω, Jo. Damasc. in Dom. 14. "Acrost. in Pentec. 23." Kall. Mss.]

ΣΤΟΜΑΧΟΣ, Stomachus. Dicitur autem interdum eo nomine tam ap. Latinos quam Græcos, illa quasi Canalicula s. Fistula quæ, faucibus ad linguæ radices subjacens, esculenta poculentaque transmittit in ventrem, quocum committitur atque conjungitur: ut Erasistratus ap. Gell. 17, 11. dicit duas esse quasi canaliculas vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia et poculenta, ex eoque ferri in ventriculum, qui Græce appellatur ἡ κάτω κοιλία. Rursum cum de hac sive fistula s. canalicula agitur, aliquando dicitur de superiore ejus parte, quam Lat. Gulam vocant, Græci alio nomine λαιμὸν et οἰσοφάγον: cujus aditus in ipsis oris faucibus, φάρυγξ dicitur s. λαυκανία: ut Il. Γ. (292.) Ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλεϊ χαλκῷ. Sic T. (266.) Ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρον τάμε νηλεϊ χαλκῷ, P. (47.) κατὰ στομάχοιο θέμεθλα Νύξ', i. e. κατ' ἀρχὴν τοῦ στομάχου, s. βρόχθου, Schol. Itidem Cels. 4, 5. Faucibus subest stomachus, h. e. gula. Et initio illius libri, Deinde duo itinera incipiunt; alterum Asperam arteriam nominant, alterum, Stomachum: arteria, exterior, ad pulmonem: stomachus, interior, ad ventriculum fertur. Qui locus simillimus est illi Erasistrati ap. Gell. 17, 11. cujus paulo ante mentionem feci. Sic et Cic. usurpavit,

A 2 de Nat. Deor. Linguam autem, ad radices ejus hærens stomachus excipit, quo primum illabuntur ea quæ accepta sunt: oris utraque e parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. De ima στομάχου parte accipiunt ap. Cels. 4, 1. aliquanto post locum ante citatum, Stomachus vero, qui intestinorum principium est, nervosus, a septima spinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Adde Plin. 11, 37. Summum gulæ, Fauces vocantur, postremum, Stomachus. Atque hoc modo στόμαχος interdum signif. Os s. Orificium gulæ, aut Gulam cum suo orificio, interdum Os s. Orificium ventriculi, interdum Ipsum ventriculum cum suo orificio. Atque adeo Gal. tum alibi sæpe, tum l. 8. τῶν κατὰ Τόπους, expresse docet veteres Os ventriculi duobus nominibus appellasse, στόμαχον καὶ καρδίαν, etiamsi frequentius ipsum καρδίαν dixerint. Itidem Suid. et Schol. Thuc. Οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν· ἔνθεν καὶ καρδιωγμοί. Gorr. itaque, Στόμαχος, inquit, Stomachus, Os

B ventriculi: est meatus superior ventriculi, per quem cibi in ipsum intromittuntur. Habet enim ventriculus ora duo, unum inferius, πυλωρὸν dictum: alterum, hoc ipsum superius, inferno longe amplius, quod ita expediat, ut cibos, duriores et nondum intritos devorare possit. Est autem maximo sensu præditum, et longe acutiore quam reliquæ ullæ partes, propter duorum nervorum magnitudinem, qui a sexta cerebri conjugatione in ipsum inferuntur: per eos et alimenti penuriam et rosionem sentit, ventriculique affectus cerebro, et contra ventriculo cerebri communicantur. Ad ipsum proprie pertinet appetentia, quam, ut bene habens, secundum naturam excitat: sic male affectus inappetentiam et vitiosum appetitum inducit. Est et illi consensus cum corde maximus, adeo ut syncopas invehat, quas propterea στομαχικὰς appellant, et id Vett. communi nomine καρδίαν nuncuparint, et morbum ejus, καρδιωγμὸν et καρδιαλγίαν. In qua signif. Gal. accipit Meth. l. 13. (T. 2. p. 21. Ald.) cum ait, Ἐνίοτε γὰρ

C στόμαχον καλοῦσι καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὥσπερ ὅταν εἴπωσι συγκόπτεσθαι τινὰς στομαχικῶς, Os s. Orificium ventriculi. Dixerat autem ibi se στόμαχον accipere in propria signif., pro Gula sc., ut et Cassius accipit in suis Probl. Med., Quæst. 80. Ἐπειδὴ τὸ πάθος περί τε κοιλίαν ὑφίσταται καὶ τοῦ στομάχου τὸ πέρας, ὃ συνάπτει τῷ στόματι τῆς κοιλίας. Ubi στόμα γαστρὸς Gal., et στόμα κοιλίας Cassius, vocant Os s. Orificium ventriculi, quod et ipsum appellari στόμαχον jam satis clare docui. Itidem Plut. Symp. 7, (1.) Τὸν στόμαχον εἰς τὴν κάτω κοιλίαν ἐκδιδόντα μαλακὸν καὶ διάβροχον τὸ σιτίον, Os ventriculi demittere in ipsum ventriculum cibum: 6, 1. Αἱ τῶν ἐφάλμων βρωμάτων εὐστομίαι καὶ δριμύτητες ἐπιστρέφουσαι καὶ πυκνοῦσαι τὸν στόμαχον, ἢ πάλιν ἀνοίγουσαι καὶ χαλῶσαι. Athen. 2. dicit alicui οὐκ οἰκείως διατίθεσθαι τὸν στόμαχον, ut ap. Cic. Esse languenti stomacho; et ap. Horat. Esse ægro stomacho. Quanquam hæc Lat. plus aliquid significant. Rursum idem Athen. 3. (p. 79.) Σῦκα οὐκ ἀστείως διατί-

D θησι τὸν στόμαχον, κανσώδη καὶ ἀτονώτερον αὐτὸν ποιοῦντα. Eod. l. Τοῖς ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἔχουσι. Contra Plut. Τὰ ῥωμαλέα τοῖς στομάχοις, Quæ sunt robusto et firmo stomacho, ut Lat. Imbecillus, Infirmus, Resolutus, Horat. Lassus stomachus. Sed sunt qui hisce in ll. στόμαχον accipiant pro Ipso ventriculo cibos conficiente et concoquente, ut et ap. Juven. Sat. 5. Si stomachus fervet vinoque ciboque. Morbi autem sunt, ἀῤῥωστία καὶ ἀτονία στομάχου, Infirmitas s. Debilitas stomachi, item Solutio et dissolutio stomachi, ut Cels. ac Plin. loquuntur: quam Græci ἔκλυσιν etiam appellant: item ἀνατροπὴ στομάχου, ἄση, σιελισμὸς, ἀνορεξία, ναυτία. || Hippocr. στόμαχον appellavit etiam Os s. Orificium vulvæ, τὸ στόμα τῆς μήτρας: ut in suo περὶ Ἐπικυήσεως libro, Ἐπικυΐσκονται δὲ τῶν γυναικῶν, ὧν ἂν ὁ στόμαχος μετὰ τὸ πρῶτον κύημα ξυμμεμύκῃ: alibi, Παιδίου τῆς κεφαλῆς προφανείσης ἐκ τοῦ στομάχου. Sic στόμαχος signif. modo Os gulæ, modo Os ventriculi, modo Os vulvæ. Idem Hippocr. (de Aëre et Locis §. 53.) di-

cit et στόμαχος κύστεως, Os s. Orificium vesicæ, Erot. [" Schol. ad Il. 22. p. 38. Valck., ad Il. X. 325. Heringa Obss. 61. Heyn. Hom. 4, 514. 7, 298. 665. 8, 308." Schæf. Mss.]

Εὐστόμαχος, ὁ, ἡ, Bonum habens stomachum, Cujus stomachus bene habet s. bene affectus est. Cibaria etiam dicuntur εὐστόμαχα, Quæ stomacho conveniunt, i. e. vel utilia sunt, vel grata, ac eum corroborant: ut εὔστομα dicuntur Quæ ori sunt vel grata vel utilia: qualia sunt, inter alia, quæ astrictoriam vim habent. Diosc. 2, 128. de faba Ægyptia, "Εχων δύναμιν στυπτικὴν καὶ εὐστόμαχον. Diphilus ap. Athen. (73.) radicem ejus dicit esse εὐστόμαχον καὶ τρόφιμον. Rursum Diosc. 1. de Celti, sive loto, Καρπὸν φέρει γλυκὺν, βρώσιμον, εὐστόμαχον: de quo Theophr. H. Pl. 4, 4. Ἐσθιόμενος δὲ ἐν τοῖς λωτοφάγοις καλουμένοις, (sc. ὁ τοῦ λωτοῦ καρπὸς,) γλυκὺς, ἡδὺς, καὶ ἀσινὴς, καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθός. Unde Plin. 13, 17. Ferunt ventris non sentire morbos, qui eum mandant. Ita Dioscoridi εὐστόμαχος i. fuerit q. Theophrasto ὁ πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθὸς, Bonus et utilis ventri: ITIDEMQUE Στόμαχος i. fuerit q. ἡ κοιλία, Ventriculus s. Venter, ciborum sc. receptaculum, et concoctorium, ut ita dicam. [" Casaub. ad Athen. 104. Plut. Mor. 1, 536. Athen. 1, 43. * Εὐστομάχως, Parmenio 15. Huschk. Anal. 169." Schæf. Mss. " Cic. ad Att. 9, 5." Kall. Mss.] Εὐστομαχία, ἡ, Bonus ventriculus, s. Ventriculi affectio bona, Ventriculus bene se habens, s. bene affectus, ἡ ἀγαθὴ τοῦ στομάχου διάθεσις. Item, Sapor stomacho gratus, Gratia saporis stomacho jucundi. Diosc. 2, 18. de carnibus viperinis, Ἀποτίθενται, ἐνίοτε μιγνυμένου πρὸς εὐστομαχίαν αὐτοῖς ναρδοστάχυος ἢ φύλλου. Sic enim reposuere quidam eo loco, quoniam Plin. 29, 6. de carne viperina itidem loquens, ait, Exuritur in olla cum sale, quem lingendo claritatem oculorum consequuntur, et stomachi totiusque corporis festivitates. Marcellus contra retinendum dicit εὐστομίαν, quod in antiquis legitur Codd.; agere enim Diosc. περὶ ἁλῶν τῶν ἡδυσμένων καὶ πρὸς ἡδονὴν ἐσκευασμένων. Sicut Gal. 11 Simpl. c. 1. dicit viperinam carnem ἀναμίγνυσθαι τοῖς ἐσκευασμένοις εἰς ἡδονὴν ἁλσίν. Eod. vocab. εὐστομαχία utitur et Hicesius ap. Athen. (298.) dicens ὡς αἱ ἐγχέλεις εὐχυλώτεραι πάντων εἰσὶν ἰχθύων, καὶ ὅτι εὐστομαχίᾳ διαφέρουσι τῶν πλείστων, Stomacho sunt gratiores quam plurimi alii. Sin εὐστομία legeretur, significaret, Saporis gratia gustusque suavitate plurimis præstare. [" Athen. 1, 52. (32.)" Schæf. Mss.]

Κακοστόμαχος, Cujus stomachus male affectus est, male habere solet, utpote qui imbecillior sit. [" Et metaph. Fastidiosus, Epictet. Diss. 1, 25." Schw. Mss.] Opp. præcedenti εὐστόμαχος. Cic. in Epist. quadam ad Tyronem, Jus enim dandum non fuit, cum κακοστόμαχος esses. Præterea ut εὐστόμαχα dicuntur Quæ stomacho grata sunt ac salutaria, s. Quæ ruentem languentemque stomachum fulciunt ac corroborant, ita vicissim κακοστόμαχα dicuntur Quæ obsunt stomacho, s. Quæ ingrata sunt ventriculo, eumque lædunt, imbecillum eum facientes ac solventes. Athen. (120.) Οἴονται δέ τινες ταῦτ' εἶναι καὶ κακοστόμαχα· λέγω δὴ λαχάνων καὶ ταρίχων γένη, δηκτικόν τι κεκτημένα, εὐθετεῖν δὲ τὰ κολλώδη καὶ ἐπιστύφοντα βρώματα· ἀγνοοῦντες ὅτι πολλὰ τῶν τὰς ἐκκρίσεις ποιούντων εὐστόμαχα καθέστηκεν. [" Casaub. ad Athen. p. 102. Jacobs. Anth. 9, 442." Schæf. Mss. " Geop. (12, 29, 8.) * Κακοστομαχέω, Malo stomacho laboro, Scriptt. Rei Accip. 109." Wakef. Mss. Sext. Emp. p. 196. 729.]

Στομαχικὸς, Stomachicus: διάθεσις, Stomachica affectio, i. e. Cum stomachus male affectus est; nam ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας (qui stomachus est) πάσχοντος, οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τε καὶ ἰδιωτῶν ὀνομάζουσι στομαχικὴν διάθεσιν ἐπὶ πολλοῖς συμπτώμασιν, οὐ κατὰ μίαν ἅπασι γιγνομένοις διάθεσιν, ἀλλὰ κατὰ πολλὰς, μιᾷ μέν τινι γενικῇ κοινότητι λαμβανομένας. Unde patet στομαχικὴν διάθεσιν ap. Medicos interdum generaliter accipi, interdum specialiter. Itidem στομαχικοὶ, Stomachici, Qui stomachi vitio laborant, generaliter interdum dicuntur, Diosc. 4, 37. de rubo, Ἐπὶ στομαχικῶν δὲ καὶ καρδιακῶν λεῖα ἐπιτιθέμενα ἁρμόζει. Unde Plin. 24, 13. Cardiacis vel sic per se imponuntur a mamma sinistra, item stomachi doloribus. Nonnunquam speciali modo dicuntur στομαχικοὶ, ut cum Paul. Ægin. 3, 37. ait, Πρὸς τοὺς μὴ κατέχοντας τὴν τροφὴν, οὓς ἰδίως οἱ παλαιοὶ στομαχικοὺς ὀνομάζουσι. Itidem cum Gal. l. 8 τῶν κατὰ Τόπους scribit a quibusdam et τοὺς εὐθέως ἐμοῦντας, ad vomitum proclives, appellari στομαχικοὺς, eisque ὑπτιοῦσθαι τὸν στόμαχον dici. Στομαχικοὶ, inquit Gorr., Qui stomachi vitio laborant. De hujus nominis significatione Gal. scripsit hunc in modum, 8 τῶν κατὰ Τόπους, disputans contra Andromachum, qui stomachicas confectiones sine discrimine scripserat prodesse stomachicis. Plerique, inquit, vulgo homines eos, qui appetentiam perdiderunt, ita vocant, et quibus post acceptum cibum ventris os gravatur atque opprimitur, et quandam ægre tolerabilem anxietatem habet. Appellant eod. modo illos etiam, quibus nausea contingit, et maxime si ad vomitum impellat, et adhuc magis si cibi corrumpantur, quandoque acidi, quandoque nidorosi facti, quandoque aliam etiam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus ejusmodi cum molestia quadam et anxietate ac subversione contingunt, sæpe cum nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur, gravantes et vix descendentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum, quem vocant, habentes, ut et plurima edant, et maxime gravati paulo post revomant, similiter nominant. Alios rursus qui fortiter exolvuntur, ubi diutius inediam pertulerint, et, si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Hæc Gal. Paulus autem Ægineta scripsit στομαχικοὺς proprie dictos fuisse a vett., qui cibum non continerent, eosdemque esse cum iis qui κοιλιακοὶ vocantur. Non est dubium stomachicos a stomacho appellatos esse, qui aliquo affectu oborto eo in loco laborent, velut etiam hepaticos ab hepate, et colicos a colo, et nephriticos a renibus, et splenicos a splene affectos. Στομαχικῶς, ut στ. συγκόπτεσθαι, ap. Gal., de quo supra in Στόμαχος, tum ex ipso Gal., tum e Gorr.

" Ἀστομαχικὸς, Is cujus spiritus requiescere nequit, VV. LL. afferentia id ex Hieron. Comm. in Jobi c. 9., sed perperam. Scr. enim ἀσθματικὸς, ut quædam habent Edd., et recte. Exponens enim hæc verba, Non concedit requiescere spiritum meum, Asthmaticon, inquit, se dicebat effectum; infirmitas enim est quæ in pulmonibus generatur. Obstruuntur aditus quidam pulmonum, et ita constringuntur atque concluduntur in pulmonibus, ut reddere s. recipere spiritum pulmones coangustati non sufficiant: nimio etiam dolore cum festinato suspirio repetitur, et concisus flatus emittitur."

[* Στομαχέω, * Στομαχητὸς, unde * Ἀστομάχητος, Sine stomacho, Alciphr. 2, 2. " Bergler. p. 211. ad Phalar. 333." Schæf. Mss.]

Sequentia etiam e Στόμα derivata sunt,
sed magis remota.

Στόμος, Convitium, Garrulitas: στόμους, inquit Cam., etiam Convitia interpr. Hes. certe στομωμάτων exponens λοιδοριῶν, subjungit, Στόμος καὶ ἡ λοιδορία. [Sed VV. DD. leg. censent Στόβος. Cf. Lycophr. 395. Sic * Ἐπιστομέω perperam legitur pro ἐπιστοβέω ap. Apoll. Rh. 3, 663. 4, 1725. Affertur etiam * Ἐπιστομία pro ἐπιστοβία s. ἐπεσβολία, e Zenodoto in Cod. Harl. Od. Δ. 159. Vide Classical Journal 18. p. 496.]

[* Στομαλὸς, unde * Στομαλίζω, et comp. * Διαστομαλίζομαι, Hes. διεστομαλίζετο· ἐλοιδόρησε, κακῶς εἶπεν, nisi leg. * διεστωμυλίζετο.]

Στομύλος, Garrulus, Loquax, Linguax, i. q. στομοδόκος et στόμαργος. Hes. exp. * πολυλάλος, φλύαρος. ET Στομύλλω s. Στομύλλομαι, Blatero, Loquaci ore sum, καταγλωττίζομαι. UNDE Στομύλματα, Nugæ, Garrulæ ampullæ, Verba loquacia. Sed nota, hanc scripturam στομύλος, στομύλλομαι, στομύλματα, ap. nullum Lexicographum reperiri per ο. Apud Hes.

quidem post Στομοδόκον, ante Στομφάσαι, legitur id vocab., attamen per ω scriptum, ut et alibi ap. eum similes occurrunt trajectiones. Similiter et ap. J. Poll. 2. στωμύλος et στωμυλία scribuntur per ω, et nihilominus a στόμα dicuntur παρῆχθαι. Et ap. Hes. rursus suo loco, i. e. post Στῶμιξ: ubi tamen legitur ETIAM Στωμοδόκον, στωμύλον, itidem per ω, idque fortassis metri causa, ut producatur prima syllaba nominis στόμα, quæ sua natura brevis est. J. Poll. non per ω, sed per ο id στομοδόκος scribit, 2. ubi recenset quædam a στόμα derivata, Στομοδόκον δὲ, τὸ στωμύλον καὶ λάλον, Φερεκράτης. ITAQUE Στωμύλος significat Garrulus, Loquax, Locutuleius, Linguax, λάλος, φλύαρος, Hes. Idem in bonam quoque partem accipi docet, cum exp. εὐτράπελος τῷ λόγῳ: ut et in Lex. meo vet. exp. non solum λάλος, sed etiam * πολύκομψος, εὐτράπελος. In eodem meo Lex. exp. et * πιθανολόγος, quæ exp. et ab Hesychio affertur, ἔφεδρος τοῖς λόγοις, ἀπατεὼν, κόλαξ, πέρπερος: quibus verbis significatur Is qui verbis veri similibus aliquem circumvenit, qui loquacitate sua alicui imponit. Ubi rursus in malam partem accipitur. [" Ad Charit. 225. 343. Alciphr. 438. ad Herodian. Philet. 442. Jacobs. Anth. 6, 99. 358. ad Lucian. 1, 863. Στωμύλη, Hermann. ad Viger. p. 800. Ed. 1." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 340." Wakef. Mss. Aristoph. 'Α. 429. " Στωμύλον, Lepidum, Festivum, ap. Demetr. Eloc. §. 151. quod antea ubique τὸ χαρίεν, ἱλαρὸν, ἀστεῖον appellarat." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet.] Apud Hes. legitur etiam Στωμύλια, κομψὰ, a NOM. SING. Στωμύλιος, i. significante q. κομψὸς et στωμύλος, Lepidus ac facetus, etiam Loquax, [" Toup. Opusc. 1, 406. Valck. Diatr. 258. Thom. M. 841." Schæf. Mss. Aristoph. B. 1069.] UNDE Στωμυλιοσυλλεκτάδης derivari potest, quod Aristoph. usurpavit: ap. quem Æschylus ad Euripidem B. (841.) Σὺ δή με ταῦτ', ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη, Καὶ πτωχοποιὲ, καὶ ῥακιοσυῤῥαπτάδη· 'Αλλ' οὔ τι χαίρων, ταῦτ' ἐρεῖς: Tu loquacium nugarum consarcinator, Tu garrule nugator. Suid. exp. ὁ στωμύλα ῥήματα συνάγων, Schol. Aristoph. πολυλογίας συνάγων. Nisi malis hoc vocab. derivare a NOMINE Στωμυλία, ἡ, Loquacitas, Garrula loquacitas, aut etiam Versuta et fallax loquacitas: ut στωμύλος dicitur Qui sua loquacitate aliquem circumvenit. Aristoph. B. (1069.) Εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ στωμυλίαν ἐδίδαξας, Schol. σκώμματα, κολακείαν, πανουργίαν: ut significet Dicacitatem s. Mordacitatem in salsis dicteriis, item Certam quandam adulandi artem et assentandi verbis blandis, atque adeo Versutiam circumveniendi aliquem verbis vafris. Est et VERBUM Στωμυλέω, Loquax sum, Loquaci ore garrio. Hes. vero στωμυλῶν simpliciter exp. λαλῶν. [Aristoph. 'Ιππ. 1376.] UNDE Στωμυλῆθραι δαιταλεῖς, Garruli loquacesque convivæ, " Blaterones:" ap. Athen. (381.) Εἴρηται γὰρ καὶ ἡ ἀφαίρεσις, ὦ στωμυλῆθραι δαιταλεῖς: verba coqui, ad dipnosophistas verba facientis περὶ ἡμιέφθου χοίρου. [" * Στωμυλήθρα, ἡ, Numenius Euseb. 14, 7. 'Εκ τῆς λακικῆς λαλεῖν στωμυλήθρας κατεγλωττισμένοι. * Στωμύληθρος, Aristæn. Ep. 1, 1. γλῶσσα." Schn. Lex. " Bast. Lettre 218. * Στωμυλλῶ, * Στωμυλλήθρα, 175." Schæf. Mss. Cf. 'Ρωποστωμυλήθρα. * " Στωμυλεύομαι, Loquax sum, Clem. Alex. 297(= 253.)" Wakef. Mss. " Bergler. ad Alciphr. 212. (2, 2. 3, 60. 70.) ad Phalar. 333." Schæf. Mss. Schol. Æsch. S. c. Th. 264.] Sed frequentiori in usu est VERB. Στωμύλλω quam Στωμυλέω, itidem significans Loquaci ore garrio. Cujus pass. et media vox sunt usitatiores: unde ap. Hes. στωμύλλεσθαι, quod exp. τρανῶς λαλῆσαι. Legitur idem στωμύλλεσθαι et in Lex. meo vet. itidemque exp. * περιτράνως λέγειν. Utitur autem Aristoph. B. (1071.) paulo post locum in Στωμυλία citatum; τὰς πυγὰς ἐνέτριψε Τῶν μειρακίων στωμυλλομένων, sc. ἡ στωμυλία, quam ἐδίδαξας ἐπιτηδεῦσαι. Et 'Α. (579.) ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε Εἰ πτωχὸς ὢν εἶπόν τι κἀστωμυλλάμην, Schol. ἐφλυάρησα, περισσόν τι τοῦ δέοντος ἐλάλησα, πανούργως ἐφθεγξάμην. Utitur Idem et activa voce N. (1003.) Οὐ στωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ', οἷά περ οἱ νῦν, Non deblaterans et ore loquaci garriens. [" Ad

A Timæi Lex. 252. Toup. Opusc. 1, 480. ad Phalar. 333. Musgr. Iph. A. init. Brunck. Aristoph. 1, 138. Kuster. 122." Schæf. Mss. Aristoph. B. 1310. Θ. 1073. 'Ιππ. 1374. Εἰρ. 994. " Στωμύλλομαι, act. sensu, Clem. Alex. 328." Wakef. Mss. * Στωμυλλάομαι est falsa lectio ap. Aristoph. Θ. l. c.] Στώμυλμα, τὸ, Nugamentum, Nugæ, Aristoph. B. (92.) 'Επιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα, Χελιδόνων μουσεῖα, Nugæ sunt, Nugatoria blateramenta, Futilis loquacitas, Verba garrula et nugatoria. Hes. στωμύλματα, * περιλαλήματα, quæ exp. habetur et in Lex. meo vet. et ap. Etym. [" Στωμύλματα, Nugæ, Deblaterationes. Ita, auctore Dionys. Art. Rhet. 10, 18. (5. p. 393.) nonnulli Rhetores rationem et formam perorationis, vel epilogi describere solebant." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * " 'Επιστωμύλλομαι, Garrio, Synes. 62." Wakef. Mss.] COMPOS. Καταστωμύλλω, Deblatero. Unde κατεστωμυλμένος, Deblateratus. Pro Deblateratore posuit Aristoph. B. (1160.) ὦ κατεστωμυλμένε ἌΑνθρωπε. Bud.

B Στόμβος, Qui ore dilatato gravem vocem clamoremque edit. Itidem Gal. ap. Hippocr. exp. * βαρύηχον, βαρύφθογγον, Gravistrepum, Gravisonum. [" Wakef. Eum. 937." Schæf. Mss. " I. q. στόβος, Minæ, Contumeliæ, Lycophr. 395." Kall. Mss.] UNDE Στομβάζω, Ore dilatato gravem vocem edo, Ore dilatato loquor, late diducto verba profero, πλατυστομέω. Sed frequentius SCRIBITUR Στόμφος, quod Longin. (32, 7.) substantive accipit, cum dicit Platonem a quibusdam διασύρεσθαι, ὥσπερ ὑπὸ βακχείας τινὸς τῶν λόγων εἰς ἀκράτους καὶ ἀπηνεῖς μεταφορὰς καὶ εἰς ἀλληγορικὸν στόμφον ἐκφερόμενον, ubi videtur esse Granditas quædam verborum, ut sunt ap. Horat. Sesquipedalia verba: [3, 1. Hesychio ἀλαζονεία. * Στομφολόγος, unde] Στομφολογέω, Hes. v. Στομφάσαι, Utor verbis grandibus et quæ totam impleant buccam. [* " Στομφώδης, Schol. Hermog. ap. Weisk. ad Longin. p. lxxxx." Boiss. Mss.] Inde et illud VERB. Στομφάζω, i. signif. q. στομφολογέω, sicut Hes. Στομφάσαι exp. στομφολογῆσαι, κομ-

C πάσαι, ἀλαζονεύεσθαι, Aristoph. Σφ. (721.) Ὧν οὕνεκ' ἐγώ σε ἀπέκλειον ἀεὶ, Βόσκειν ἐθέλων, καὶ μὴ τούτους Ἐγχάσκειν σοι στομφάζοντας, Schol. ἐπ' ἔργῳ γελῶντας: addens et ipse στομφάσαι dici τὸ ἀλαζονεύεσθαι. Sed puto ego στομφάζοντας ibi esse Ampla promittentes, Magnifice pollicentes, (quod ap. Cæs. mihi legisse videor,) Aureos montes ampullis verborum pollicentes. Id enim colligitur e præcedentibus. Vel etiam, Magnifice et splendide loquentes. Proprie enim στομφάσαι est Ore patentiore pronuntiare, Grandius loqui. [" Στομφάζειν, Lato et vasto ore loqui, propter ea maxime verba, in quibus frequentes literæ α et ω occurrunt. Hermog. περὶ 'Ιδ. 1. p. 66., ubi Schol. 391. Στομφάζειν ἐστὶ τὸ διὰ τοῦ στόματος βάζειν, τουτέστι τῷ πλατεῖ καὶ ὄγκον ἔχοντι στόματι λέγειν. Idem Hermogenes antea dixerat διογκοῦν τὸ στόμα κατὰ τὴν προφοράν: cf. Spanh. ad Aristoph. N. 1370." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * Στομφασμὸς, Nicet. Annal. 9, 15. Barker. ad Etym. M. 835. " Eust. Il. 854, 7." Wakef. Mss. " Moschop. π. Σχ. p. 89.

D * Στομφαστὴς, Timario in Notit. Mss. 9, 229." Boiss. Mss.] Στομφαστικὸς, Grandiloquus, Patulo ore proferens verba sesquipedalia et ampullas. [* " 'Αποστομφάζω, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 83." Elberling. Mss.] Στόμφαξ, i. q. στομαστικός: ut cum quidam Æschylum dicit esse poëtam Ψόφον πλέον, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιὸν, ap. Aristoph. N. (1367.) ubi Schol. exp. σκληρὸν, τραχὺν, derivans hoc vocab. e στόμα et ὄμφαξ, nimis procul quæsita origine. Esse autem Æschylum grandiloquum, et fingere verba quæ os in pronuntiando distendant, e præcedentibus quoque apparet, cum eum vocat ψόφον πλέον: et e B. (839.) ubi appellat κομποφακελοῤῥήμονα.

ΣΤΟΡΕΩ, ῶ, έσω, Sterno, Dejectum expando humi aut alio in loco plano, Epigr. ἐστόρεσαν δαπέδῳ, Humi straverunt, Solo æquarunt: non aliter ac si humi sternatur pannus aliquis et expandatur. Itidem στορέσαι λέχος dicitur, i. e. Lectum suis lintea-

minibus et operculis superstratis tegere: ut Od. H. (340.) Αὐτὰρ ἐπεὶ στόρεσαν πυκινὸν λέχος ἐγκονέουσαι. Lat. itidem dicunt Lectum, Torum, Triclinia sternere. Il. Ω. (648.) Αἶψα δ' ἄρ' ἐστόρεσαν δοιὼ λέχε'. Itidem aër serenus ac tranquillus dicitur πόντον στορέσαι, Sternere, i. e. Ita tranquillum reddere sedatumque, ac si pannus aliquis superstratus esset. Et revera pontus ac stagna tranquilla, itidemque et lacus, tam æqualia sunt ac solum planitiesque aliqua pannis strata. Unde Od. (Γ. 158.) ἐστόρεσεν μεγακήτεα πόντον: itidemque Virg. placidi straverunt æquora venti: sicut ap. Eund. Æquor stratum silet, στορεσθὲν, ut et Basil. Οὐ διεδόθη πρὸς τὸ ἔξω τὸ πάθος, ἀλλ' οἷόν τι κῦμα εἴσω τῶν αἰγιαλῶν κατακλασθὲν, ἐστορέσθη: metaph. sumta a mari et fluctibus marinis, quos aër placidus sternere dicitur. Rursum Hom. dicit ἀνθρακιὰν στορέσαι, pro Carbones humi passim sternere: quod fit, cum aliquid torrere volumus: ut Il. I. 212. Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη, καὶ φλὸξ ἐμαράνθη, Ἀνθρακιὴν στορέσας, ὀβέλους ἐφύπερθε τάνυσσε: sumta metaph. ἀπὸ τῶν στρωμάτων: nam carbones ita solent humi dispandi, cum torrendum quid est, ut linteamina, cum lectus sternendus. Item Prosterno, Humi dejicio ita ut sese expandat: ut Ovid. arreptam prensis a fronte capillis Stravit humi pronam. Metaph. Thuc. 6, (18.) p. 204. Ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων στορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν, ὑπεριδόντες καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν, καὶ ἐπὶ Σικελίαν πλεῦσαι, Ut Peloponnesiorum animos prosternamus. Affertur et med. aor. στορέσαντο pro Straverunt, ex Apoll. Rh. [1, 375. "Bergler. ad Alciphr. p. 2. Pierson. Veris. 144. Valck. Orat. 273. Koen. ad Greg. Cor. 297 (=623.) Wakef. S. Cr. 2, 60. ad Herod. 503. 595. Fischer. Anacr. 20. Thom. M. 845. Gronov. Obss. 635. Villoison. ad Long. 302. Heyn. Hom. 4, 540. Στορέσαι λέκτρον, Wessel. Obss. 204." Schæf. Mss. "Perf. pass. ἐστόρεσμαι, Philostr. 238." Wakef. Mss. Theod. Prodr. 254. Τῶν πνευμάτων ἐστορεσμένων, Achill. Tat. p. 45. Bip. Τὸ ἄγριον τοῦ κύματος ἐστοροῦτο, Codd. ἐστόρεστο.]

[* "Ἀστορὴς, Nonn. D. 3, 51. 4, 325. 16, 93." Kall. Mss.]

Στορεὺς, έως, ὁ, Strator, Qui sternit s. sternere solet. Hes. exp. * γαληνοποιός. Dicitur sc. de ipso deo aut aëre silente, qui æquora sternit et tranquilla reddit. Eidem Hes. στορεὺς est τὸ ἀντὶ τοῦ σιδήρου τρύπανον ἐμβαλλόμενον ξύλον ῥάμνου ἢ δάφνης. Quibus verbis lucem aliquam afferre videtur Schol. Apoll. Rh. 1, (1182.) Πυρήϊα γὰρ ταὐτά φησι τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ * ἐγγεννᾶν· ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται στορεύς· θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν: ita ut στορεὺς sit Fomes qui substerni solet ad concipiendam flammam, s. scintillam, quæ e silice excuditur. Annotat autem hæc Schol. in ista Poëtæ verba, Ἔνθα δ' ἔπειθ' οἱ μὲν ξύλα κάγκανα, τοὶ δὲ λεχαίην Φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες Στόρνυσθαι· τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήϊα δινεύεσκον: ubi Idem ἀμφιδινεύεσκον exp. ἔστρεφον: addens eos fuisse solitos παρατρίβειν τὰ ξύλα: sicuti in Πυρεῖον docui quædam ligna antiquitus lignis trita fuisse ad excutiendum ignem. Vide Πυρεῖον, Πυρίον, Πυρόν. Et simul observa quæ fuerit ratio τῶν πυρείων. NOTA ET Πυρήϊον PRO Πυρεῖον. [" Gronov. Obss. 635. Bast Lettre 103. ad Diod. S. 1, 384." Schæf. Mss.]

[* " Διαστορέω, Basil. Sel. Vit. Thecl. 244." Boiss. Mss. * "Ἐπιστορέω, Nonn. D. 1, 51. * Ἐπιστορητέον, Clem. Alex. Str. 4, 1. p. 564." Kall. Mss.]

Καταστορέω, Sterno humi, Prosterno, Dejicio et sterno. Sic Herod. (9, 69. 76.) καταστορέσαι dicit pro Prosternere humi, s. Sternere, ut Horat. Primosque et extremos metendo stravit humi. Et Ovid. Hostiliter omnes sternit. Et Seneca, Ictu aliquem sternere, sicut Virgil. et Liv. Cæde ingenti sternere. Herod. Ἐπεὶ δέ σφιν πάντες κατεστόρηντο, Postquam omnes strati ac cæsi fuerunt. Item Consterno, Complano, Plut. (1, 304.) Κατεστόρεσε τὴν ἀνωμαλίαν, Inæqualitatem amovit, cum omnia solo essent æquata, i. e. Complanavit, dejectis iis quæ erant altiora.

A Philo V. M. 3. Ἃ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους κατεστόρεσαν, Summum æquor passim sternebant: de corporibus mari obrutis. Pro Sterno ædificia et habitacula extruo, affertur e Thuc. Præterea sicut placidi venti et aër sedatus dicuntur æquor στορέσαι et sternere, ita et καταστορέσαι, Basil. 333. Καὶ μέντοι καὶ ἀγριαίνουσαν καὶ βρασσομένην θάλασσαν βαθεῖα γαλήνη κατεστόρεσε. Metaphorice autem Plut. Καταστορέσαι τὴν φιλοτιμίαν pro Sedare, Componere, Demulcere: alibi de seditione et tumultu idem verbum usurpans, Bud. Itidem Eust. imitatione Homeri dici posse ait θυμὸν alicui καταστορεσθῆναι. [" Jacobs. Anth. 9, 234. Emendd. 48. Herod. 723." Schæf. Mss. Geop. 4, 1, 7. 4, 3, 2. Καταστορέσας ἄμπελον. * Καταστόρεσις, 3, 3, 8. τῶν ἀμπέλων. * " Καταστορεύω, Anna C. 433." Elberling. Mss.]

Παραστορέω, Juxta sterno. Pro Sterno, Extendo, affertur ex Aristoph. [Ἱππ. 481. "Kuster. Aristoph. 109." Schæf. Mss. * Περιστορέω, Orph. Arg. 1332. " Nonn. D. 2, 560." Wakef. Mss. * Συστορέω, Di- B philus Pollucis 10, 38. Τὸν ἀμφιτάπητα συστορέσας.]

Ὑποστορέω, Substerno, Subjicio. Unde pass. ὑπεστόρεσται, Substratum subjectumque est, Epist. quadam Basilii ad Greg. Τούτου τοῦ ὄρους ὑπωρείαις πεδίον ὕπτιον ὑπεστόρεσται. [" Cattier. Gazoph. 70. Villoison. ad Long. 137. 302. Leontius 14." Schæf. Mss. Eubulus Athenæi 563.]

Στορεννύω, SIVE Στορέννυμι, i. q. στορέω, ex eoque derivata, ut κορεννύω ac κορέννυμι e κορέω, i. e. Sterno. [" Ad Herod. 536." Schæf. Mss. "Schol. Theocr. 7, 59." Wakef. Mss.] E Στορέννυμι autem per sync. FIT Στόρνυμι. Unde partic. στορνὺς, cujus fem. στορνῦσα. [" Ad Herod. l. c. Zeun. Ind. ad Xen. K. Π. 817. Gronov. Obss. 635. Boiss. Philostr. 550. Brunck. Aristoph. 1, 54." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 12, 44. 14, 28. Hesych. Στορνύμενος· ἐστρωμένος. * Στορνυτέα· * καταστρωτέα, * περιοικοδομητέα. * " Διαστόρνυμι, Euseb. H. E. 334." Kall. Mss. * Ἐπιστόρνυμι, Schol. Aristoph. A. 920.] Καταστορεννύω SIVE Καταστορέννυμι, Prosterno, Dejicio C et sterno, Consterno, i. q. καταστορέω. Exp. et Complano. ET Καταστόρνυμι pro καταστορέννυμι, per sync. Majore adhuc facta syncope DICITUR Καστόρνυμι pro καταστόρνυμι. Unde partic. καστορνὺς, fem. καστορνῦσα, quo utitur Hom. Od. P. 32. Κώεα καστορνοῦσα θρόνοις ἔνι δαιδαλέοισι, Sellas consternens pellibus tomentitiis. Solebant enim sellas consternere pellibus ovinis, plerumque fartis tomento aliquo, ut nunc quoque pulvinaria substerni solent in conviviis præsertim. [Ad Greg. Cor. 188. Schæf. * Παραστόρνυμι, Hes. Παραστόρνυται· καὶ τὸ λεῖον ποιῆσαι ξίφος, καὶ τὸ * παράστρωτον. * " Συνστορνύω, Complano, Jambl. Protr. 155." Wakef. Mss.] Ὑποστορεννύω SIVE Ὑποστορέννυμι, i. q. ὑποστορέω, Substerno, Subtus sterno, Stratum subjicio. Per sync. pro ὑποστορέννυμι DICITUR Ὑποστόρνυμι. Unde partic. ὑποστορνύς. Apud Eust. 748. e quodam, quem non nominat, Πιόντας δὲ αὐτοὺς ἐδεξιοῦτο ἡ γῆ ἐν εὐναῖς, ἃς αὐτὴ ὑπεστόρνυ, Quos lectos ipsa eis substrarat: Cato, Herbam substernito ovibus bu- D busque. [" Pierson. Veris. 145." Schæf. Mss. " Ælian. H. A. 509." Wakef. Mss.]

Στρωννύω ET Στρώννυμι i. significant q. στορεννύω et στορέννυμι, ejusdemque sunt originis, derivata sc. e στορέω syncopato: et quemadmodum syncope differunt hæc duo a præcedentibus στορεννύω et στορέννυμι, ita et conjugatione diversa flectuntur; cum enim στορέννυμι ac στορεννύω futurum mutuentur a primitivo στορέω, et στορέσω faciant, στρώννυμι ac στρωννύω suum futurum mutuantur a VERBO Στρῶ, [" Valck. Phœn. p. 286." Schæf. Mss.] ac faciunt στρώσω, ut ζώννυμι facit ζώσω. Xen. K. Π. 8, (2, 5.) Ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ, Cic. Triclinium, Ovid. Torum sternere. Sic Athen. (581.) Καὶ στρῶσον ἡμῖν ἔνδον, Sterne nobis torum intus. Partic. στρώσας, item στρωννὺς, quo utitur Plut. Artax. (22.) p. 1869. meæ Ed. Κλίνην καὶ στρώματα, καὶ τοὺς στρωννύντας ἔπεμψε, ὡς οὐ μεμαθηκότων Ἑλλήνων ὑποστρωννύναι, Cum lectis et stratis misit etiam qui lectos ipsos sternerent, perinde ac

si Græci substernere non didicissent. Idem Artaxerxes ap. Athen. (48.) cum Entimo Cretensi κλίνην ἀργυρόποδα donasset, "Επεμψε καὶ στρώματα πολυτελῆ, καὶ τὸν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν. Hoc autem hominum genus ab insternendis lectis στρώτας appellabant: Lat. Stratores, ab insternendis equis, ut in Στρώτης docebo. Verum illi superiori στρωννύντας quidam falsum finxere NOMINATIVUM Στρωννύτης: addentes legi in quibusdam exempl. στρωννύτας, quorum tamen nullum vidi; nam et Ald. et Flor. et Basil. habent στρωννύντας, ideoque id στρωννύτας confictum esse existimo ad locupletanda Lexica vocabulo novo, ut multa alia. Στρωννύω, Substerno, Geop. de canibus educandis, Στρωννύουσι δὲ αὐτοῖς ἄχυρα, ὥστε κοίτην μαλακὴν ἔχειν, pro his Varronis, Substernitur eis acus, quod molliore cubili facilius educantur. [" Valck. Phœn. p. 176. Oratt. 272. Pierson. Veris. 144. ad Herod. 503. 595. Wakef. Herc. F. 365. Ἐστρωμαι, ad Charit. 386. Ἐστρωμένος, cum gen., Diod. S. 1, 409." Schæf. Mss. Conf. c. σταυρόω, ad Greg. Cor. 61. " Metaphorice etiam usurpatur h. v., sicut synonymum στορέω, de Mari placide strato, compositis fluctibus, Herod. 7, 193. Ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἔστρωτο." Schw. Mss.]

Στρῶμα, τὸ, Stratum, Stramentum, Stragulum, Vestis stragula. Peculiariter id στρῶμα dicitur Quo lectus s. torus solet insterni, s. Quod dormituro solet substerni: ut sunt interdum gramina, s. herbæ, ac frondes, quæ peculiariter στιβάδες nominantur: interdum tomenta, sæpius plumeæ culcitræ, quas πτιλωτὰ στρώματα vocare possumus. Xen. K. Π. 5, (2, 7.) Στρώματα δὲ νομίζετε οὐχ ὁπόσα πρόβατα φύει ἔρια, ἀλλ' ὁπόσα φρύγανα ὄρη τε καὶ πεδία ἀνίησι: 6, (2, 11.) Στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες, μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσοντες. Plut. Alex. "Οπως μαλακώτερον ἐγκαθεύδοι, κειρίαις, ἀλλὰ μὴ σανίσι, τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων. Similis ratio est in spondis, per quarum foramina funes ducuntur, qui ipsa strata s. stramenta superinjecta sustineant. Rursum Xen. K. Π. 8, (8, 9.) dicit Persas suo tempore solitos fuisse στρώματα πλείω ἔχειν ἐπὶ τῶν ἵππων ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν; sc. τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμελουμένους. Paulo ante eorum θρύψιν declarans, dixerat eis non satis esse τὰς εὐνὰς μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, sed etiam τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέναι, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον. Sic Athen. 1. (p. 29.) Στρώμασιν ἐν μαλακοῖς, sc. κατακλίνεσθαι, In mollibus stratis decumbere: Il. Κλισίας ἐλατίνας χαμᾶζε ποικίλοις στρώμασι κεκοσμημένας: Ovid. Picta strata, Lucr. Mollia strata lecti. Rursum Athen. l. 4. Κατὰ τὴν ἀγορὰν ὑπεστρῶσθαι στρώματα ἁλουργά. Apud Eund. 2. (p. 48.) Plato Comicus, ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι Καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις, Aristoph. ibid. ἐν ἡδυόσμοις στρώμασι παννυχίζων, ut ibid. ὅπου ῥοδόπνοα στρώματ' ἐστί. Ibid. annotat Athen. Homerum τῶν στρωμάτων τὰ μὲν κατώτερα dicere esse λιτὰ, ἤτοι λευκὰ, καὶ μὴ βεβαμμένα ἢ πεποικιλμένα· τὰ δὲ περιστρώματα, ῥήγεα. Apud Eund. 1. (p. 27.) Antiphanes monet petenda esse ἐκ Κορίνθου στρώματα. Ita et Μιλήσια στρώματα erant famosa διὰ τὸ μαλακὸν καὶ τὴν ποικίλην ἐργασίαν, ut Aristoph. B. innuit, et Theocr. in l. quodam, quem Schol. ibi citat. Notandum porro, cum mentio fit στρωμάτων τῶν ἐκ φύλλων, ἢ πόας, ἢ καλάμων, ἢ κλάδων, (quæ proprie sunt στιβάδες,) utendum esse potius Lat. vocab. Stramentum, aut etiam Stratum; cum vero molliorum et delicatiorum, utendum vel voce Stratum, ut supra docui, vel Stragulum: ut cum Tibullus dicit, Nam neque tunc plumæ nec stragula picta soporem, Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ. Quod vocab. latius etiam extendit Varro, cum in suo libro de L. L. dicit, Quicquid insternebant, a sternendo Stragulum appellabant. Cic. Stragulam vestem dicit, ut cum ait Verri datam fuisse pretiosam vestem stragulam, i. e. πολυτελῆ στρώματα. Sic et Stragulum Idem accipit, ut in Tusc. Quæst. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcerrimo textili stragulo, magnificis operibus picto. [" Lennep. ad Phal. 52. Thom. M. 811. Στρώματα, τὰ, Liber varii

A et mixti argumenti, Wyttenb. ad Plut. Mor. p. xliii." Schæf. Mss. Cf. Στρωματεύς. Theognis 1193. Ἀσπάλαθοι τάπησιν ὁμοῖον στρῶμα θανόντι, Polyæn. 8, 23, 9. Στρώματα γεφύρας πεπηγότα, Sublicæ.]

Στρωματόδεσμον, τὸ, Ligamen, Vinculum, quo vestis stragula constringitur, Fascia qua stragula convoluta solent colligari: ut στηθόδεσμον, Fascia pectoralis. Signif. etiam Fasciculum vestis stragulæ, Vestem stragulam vinculo aut fascia aliqua colligatam, Stragula convoluta et colligata, Plut. Apophth. 331. meæ Ed. (6, 716.) de Pisistrato, qui cum vidisset amicos quosdam suos a se descivisse, et τὴν Φυλὴν καταλαβεῖν, ἦλθε πρὸς αὐτοὺς στρωματόδεσμον αὐτὸς κομίζων, sc. ut, si eis persuadere non posset ut domum redirent, μένῃ μετ' αὐτῶν: eam enim ob rem se venisse συνεσκευασμένον ajebat. Plato, "Οταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα, στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι. Rursum Plut. Cæs. p. (49.) p. 1341. meæ Ed., de Cleopatra, Εἰς στρωματόδεσμον ἐνδῦσα, προτείνει μακρὰν ἑαυτήν· ὁ δὲ
B Ἀπολλόδωρος ἱμάντι συνδήσας τὸν στρωματόδεσμον, εἰσκομίζει διὰ θυρῶν πρὸς τὸν Καίσαρα. Aristot. de Mundo (17, 7.) itidem dicit, Στρωματόδεσμον δῆσαι, ut ibi Plut. Ἱμάντι τὸν στρωματόδεσμον συνδήσας, Cum loreo fune colligasset fasciculum illum vestis stragulæ, s. straguli. Ubi etiam nota masc. genere DICI Στρωματόδεσμος. Neutro certe utitur Æschin. (41.) "Ανθρωποι δύο στρωματόδεσμα φέροντες. In præcedentibus autem ll. ejusd. Plut. et Plat. ac Aristot. ambiguum est utro genere usurparint, masculinone an fem. Vide et Στρωματεύς. [Aristoph. Athenæi 57. Bekk. Anecd. 113. Xen. K. Ἀ. 5, 4, 6. Mosynœci habebant χιτωνίσκους — ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς λινοῦ στρωματοδέσμου. " Casaub. ad Athen. 15. Mœr. 358. et n., Phryn. Ecl. 178(=401. Lob.) Thom. M. 811. Heind. ad Plat. Theæt. 399." Schæf. Mss. * Στρωματοθήκη, Nicet. Annal. 10, 6. * Στρωματοφθορέω, var. lect. Æsch. Ag. 957=921.] Στρωματοφύλαξ, ὁ, Custos vestis stragulæ, Cui stratorum custodia demandata est, Qui stragulis custodiendis præfectus
C est, Plut. Alex. (57.) p. 1278. meæ Ed. Ὁ ἐπὶ τῶν στρωματοφυλάκων τεταγμένος ἀνήρ. [* Χορτόστρωμα, Gl. Stramentum.]

A Στρῶμα derivatur ETIAM [* " Στρωμάτιον, M. Anton. 5, 1." Kall. Mss. ET] Στρωματίτης. Hes. scribit fuisse dictum στρωματίτην, ἔρανόν τινα, ἐν ᾧ ἑαυτοῖς παρεῖχον τὰ στρώματα: [Phot. ἐν ᾧ ἑαυτοῖς στρώματα παρεῖχον· οὕτως Κρατῖνος.] ET Στρωματίζω, Sterno, Insterno: " ea signif. qua Jumentum in" sternere dicimus." Hes. στρωματίζειν dicit vocari τὸ ἐπισάττειν ὄνῳ. ITEM

Στρωματεὺς, έως, ὁ, i. q. τὸ στρωματόδεσμον. Nam J. Poll. 7, (79.) c. 19. ubi enumerat quædam ἀγγεῖα, εἰς ἃ κατετίθεντο τὰς ἐσθῆτας, sic scribit, "Α δὲ οἱ παλαιοὶ ἱμάτια στρωματόδεσμα, ταῦθ' οἱ νεώτεροι στρωματεῖς ἔλεγον, ἐν οἷς, ὡς μὲν τὸ ὄνομα δηλοῖ, τὰ στρώματα ἀπετίθεντο. Ubi videtur στρωματέα et στρωματόδεσμον dicere Vestem aliquam sutilem, in qua stragula solebant deponi ac colligari: quales erant etiam οἱ τῶν ἐσθήτων φάσκωλοι καὶ θύλακοι, quos ibid. memo-
D rat; s. Sacci quidam e pannis lineis aut laneis consuti, in quibus stragula s. vestes stragulæ solebant reponi ac funiculis obligari, in modum fasciculorum ac sarcinarum. Theophr. H. Pl. 4, 2. de arbore quadam κουκιοφόρῳ, dicit ejus fructum habere πυρῆνα μέγαν καὶ σφόδρα σκληρὸν, ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς, τοὺς διαποικίλους, E quo annuli tornantur, quorum usus est in colligandis stringendisque stragulorum pictorum fascibus. Plin. Theophrasti hæc verba sic interpr. 13, 9. Lignum intus grande, firmæque duritiæ, e qua velares detornant annulos. Ubi Velares annulos videtur dicere Eos qui velis annectuntur, ut funibus per eos trajectis possint expandi. Quo modo ap. Theophr. intelligi possent annuli in veste stragula picta, quibus expanditur. Similis locus ap. Athen. (548.) ubi e Carystio refert Polydorum Teium Medicum Ἀντιπάτρῳ συσσιτεῖν, ψιλοτάπιδα ἔχοντα κρικωτὴν καθάπερ τοὺς στρωματεῖς. Quibus in ll. στρωματεῖς videntur non multum differre a stromatis ipsis. Quoniam vero

στρωματεῖς erant διαποικίλοι, ideo ad alia quoque transfertur vocabulum illud. Piscis enim quidam στρωματεὺς dicitur, quia ejus tergum virgis aurei coloris variatum est. Athen. (322.) Ὅμοιος ἰχθὺς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ ὁ προσαγορευόμενος στρωματεὺς, ῥάβδους ἔχων δι' ὅλου τοῦ σώματος τεταμένας χρυσιζούσας. Itidem et Clemens Alex. quosdam suos libros inscripsit Στρωματεῖς ob varietatem argumenti, ut ipse etiam indicat initio l. 4. Ἔστω δὲ ὑμῖν τὰ ὑπομνήματα ποικίλα, ὡς αὐτό που τοὔνομά φησι, διεστρωμένα, ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο συνεχὲς μετιόντα, καὶ ἕτερον μέντοι κατὰ τὸν εἱρμὸν τῶν λόγων μηνύοντα, ἐνδεικνύμενα δὲ ἄλλο τι. Paulo post dicit hos suos τῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς τὴν ἐπιγραφὴν καιρίαν ἔχειν, sc. διὰ τὴν πολυμιγίαν, καὶ τῶν θησαυρῶν τὴν παγκαρπίαν: id enim innuit locis illis Sophoclis et Timoclis quos affert. Eosd. libros vocat τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὑπομνημάτων στρωματεῖς, in fine libri primi. Itidemque secundum librum claudit his verbis, Περιγεγράφθω καὶ ὁ δεύτερος ἡμῖν ἐνθάδε στρωματεὺς, διὰ τὸ μῆκός τε καὶ πλῆθος τῶν κεφαλαίων. Hieron. hos libros vocat non solum Στρωματεῖς, sed etiam Στρώματα, sc. in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, Meminit autem in stromatibus suis voluminis Tatiani adv. Gentes. Ubi et Sophronius, opusculi illius Gr. Interpres, Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις Στρώμασι τοῦ τεύχους Τατιανοῦ τοῦ κατὰ τῶν Ἐθνῶν. Plutarchi etiam Στρωματεῖς citat Euseb. Pr. E. 1. p. 15. Τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἐγώ σοι τὰς περὶ ἀρχῶν δόξας, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαστάσεις καὶ διαφωνίας, ἐκ στοχασμῶν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ καταλήψεως, ὁρμηθείσας, ἀπὸ τῶν Πλουτάρχου Στρωματέων, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκθήσομαι. Ubi locus quem citat, similis est cuidam Plutarchi 1, 3. περὶ τῶν Ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις. [" Casaub. ad Athen. p. 15. Mœr. 358. et n., Phryn. Ecl. 178(=401. Lob.) Thom. M. 811. Liber varii argumenti, Gell. N. A. 1. p. 4. Bip." Schæf. Mss.]

Στρωμνὴ, ἡ, i. q. στρῶμα, Stratum, Stragulum, Vestis stragula, Xen. (Ἀπ. 2, 1, 30.) Οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις, cui similis est quidam locus citatus in Στρῶμα, de luxu Persarum: K. Π. 4, (5, 15.) Σκηνὴν ἔχουσαν ἱκανὴν στρωμνὴν καὶ ἐσθῆτα, Quæ stragulis et cetera veste satis instructa sit. Ubi nota copulari στρωμνὴν et ἐσθῆτα, sicut ap. Athen. (550.) ubi dicit Ephoros Spartanos quotidie inspexisse τὰ περὶ τὴν ἔνδυσιν καὶ τὴν στρωμνὴν τῶν νέων: et ap. Plut. Themist. (29.) p. 230., ubi dixit regem Persarum Themistocli dedisse urbes εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην, Quæ ei suppeditarent vestem stragulam quæque ad cultum corporis essent necessaria. Idem Plut. περὶ Ἀοργησ., Οὐδὲ κοιμηθεὶς ἐπὶ στρωμνῆς μὴ οἰδούσης, Super stragulo non tumente. Athen. (512.) Μαλακαὶ στρωμναὶ, Mollia strata, ubi disputatur cur τὰς μαλακὰς στρωμνὰς vocent κοίτας Ἡρακλέους: Athen. 4. Ἀνθιναὶ στρωμναί. Et Herodian. 4, (2, 3.) Χρυσοϋφεῖς στρωμνὰς ὑποστρωννύντες, Longin. (43, 2.) Πολυτελεῖς στρωμναὶ καὶ χλαμύδες, τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταὶ, τὰ δὲ λευκαί. Itidem Lat. dicunt Vestem stragulam pretiosam, et, in plur., Picta stragula, Stragula purpurea. Synes. Ep. 61. Δαπίδα μεγάλην τῶν Αἰγυπτίων, οὐχ οἵαν ὑποβεβλῆσθαι στρωμνῇ, ἀλλ' οἵαν αὐτὴν εἶναι καὶ μόνην, στρωμνὴν, Non quæ subjiceretur stragulo, sed quæ ipsa per se sola straguli vice esset. Hes. στρωμνὴ exp. κοίτη, Suid. κλίνη. Vide et Πλέκω. [" Valck. Phœn. p. 156. ad Anton. Lib. p. 10. Verh., Musgr. Suppl. 1110. ad Charit. 656. Heyn. Hom. 4, 398." Schæf. Mss. * Ἐστρωμνημένος, Photio ὁ ἐν τῇ στρωμνῇ μένων, nisi leg. ἐστρωμνισμένος a * στρωμνίζω. * Ὑποστρωμνίους, Eid. τοὺς ἐν τῇ στρωμνῇ κειμένους.]

ΣΥΡΩ, ρῶ, Traho, Herodian. 1, (13, 11.) Σύροντες τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες· τέλος λελωβημένους εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἔῤῥιψαν. Itidem 5, (8, 17.) cadavera Antonini et Soæmidis παρέδοσαν σύρειν καὶ ἐνυβρίζειν τοῖς βουλομένοις, Trahenda per contumeliam dederunt cuivis. Et 7, (7, 6.) Maximini scelerum et crudelitatis ministri συρέντες ὑπὸ τοῦ ὄχλου, εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἐῤῥίπτοντο. Itidem ap. Æl. Lamprid. populus continuis acclamationibus jubet Commodi cadaver unco trahi et in cloacas conjici. || Item σύρειν dicitur, qui progreditur et contendit aliquo, quia sc. pedes trahit in progressu ejusmodi, Pisides, Σύρει πρὸς ἡμᾶς ὁ στρατὸς μετὰ δρόμου. Q. l. Suid. citans, σύρει exp. τρέχει. Item serpentes corpus suum σύρειν dicuntur, quoniam tractu progrediuntur. || Σύρειν dicuntur etiam Qui rastris stipulas aut fœna aut simile quid in unum acervum contrahunt, item Qui scopis sordes e parietibus detrahunt aut in pavimento converrunt: unde σύρματα. || Extraho, ut cum aliquis gladium σύρειν dicitur, quod alio synonymo verbo σπάσαι s. σπάσασθαι dicitur, Lat. Educere, Stringere, Evaginare. || Apud Hes. σύρειν dicitur esse etiam συρίττειν s. συρίζειν, Sibilare, Fistulare, s. Fistula canere. [" Segaar. in Daniel. 69. Plut. Mor. 1, 18. Phryn. Ecl. 80. Lobeck. Aj. p. 384. De vestibus, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 38." Schæf. Mss. " Dilacero, Villoison. Anecd. Gr. 1, 10. Ἐσύρην, Philo J. 1, 123. Dio Chrys. 1, 348. Σύρομαι, med., Repo, Schol. Od. Λ. 270." Wakef. Mss. Vide Συρτός. Σεσυρμένος πλοῦς, Jambl. V. P. 44. " Act. Apost. 14, 20. ἔσυρον, Trahebant: ἕλκειν est Quomodocunque trahere, σύρειν vero βιαίως ἕλκειν: est enim v. auctum a Σύω." Valck. Schol. in N. T. 1, 517. " Huc et illud trahendo lacero, Eudocia p. 10. Τὸν Ἀκταίωνα ὑπὸ κυνῶν συρῆναι: de contractione et contortione singulorum membrorum." Schleusn. Mss. * Συρομένως, Justin. Mart. 154. Ed. Par.]

Σύρμα, τὸ, Quod trahitur, attrahitur. Unde dicitur de veste quadam longa, quam veluti trahunt inter incedendum, qui induti ea sunt: quod vel maxime usuvenit in eo vestis genere, quo nobilissimas quasque matronas uti, in Gallia præsertim, videmus: vulgo Robe à queue: q. d. Vestis caudata. Si autem hæc vera est nominis hujus signif., huc pertinebit Homericum epith. ἑλκεσίπεπλος. Lat. quoque Syrma vocant: ut Martial. Aptasti longum tu quoque syrma tibi. Apud Eund. legitur, Musa nec insano syrmate nostra tumet. Sicut J. Poll. dicit σύρμα esse τραγικὸν φόρημα ἐπισυρόμενον. || Σύρματα καμίνων dicuntur Sordes s. Purgamenta quæ scopis radulisve e fornacibus detracta sunt, Diosc. 5, 85. de pompholyge, Βαρυτέρα ἐστὶ κατὰ τὸ πλεῖστον, ἔμπλεως καρφῶν καὶ τριχῶν καὶ γῆς, ὡσὰν ἀπόψηγμά τι καὶ σύρμα τῶν ἐν τοῖς χαλκουργείοις ἐδαφῶν καὶ καμίνων οὖσα: Plin. 34, 13. Spodon nigriorem ponderosioremque esse, derasam parietibus fornacum. Ubi tamen σύρμα non expressit, sed tantum ἀπόψημα. Ruell. sic Purgamentum quoddam quod ab ærariarum officinarum pavimentis et fornacibus everritur. Ubi nota etiam ἐδαφῶν σύρματα dici, i. e. Sordes et purgamenta quæ rastris aut scopis in pavimento converruntur. Item σύρματα vocantur Stipulæ, Stramina aut Paleæ, quæ rastro corraduntur s. coacervantur. Quo pertinet, quod Heraclitus ap. Aristot. Eth. 10, (5.) dicit, Ὄνους σύρματα ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν: quemadmodum Æsopicus quoque gallinaceus margaritam in fimeto effossam posthabebat grano hordei, quod τῇ σκαλεύσει eruerat. [" Toup. Opusc. 2, 249. Valck. Anim. ad Ammon. 104. Wakef. S. Cr. 3, 57. Thom. M. 301. Philodem. 18. Dionysius 2. Jacobs. Anth. 10, 79." Schæf. Mss. Ptolem. Harmon. 2, 12. Σ. δρακόντων, Phot. v. Ὁλκός." Schleusn. Lex. V. T.] UNDE Συρματὶς, Quæ rastro purgamenta aut stipulas aut sarmenta vel simile quid in unum acervum contrahit et colligit: ut Hesychio συρματὶς στρατιὰ est ἡ τὰ * συμψήματα καὶ φρύγανα σύρουσα καὶ συλλέγουσα. [" Toup. Emendd. 2, 217." Schæf. Mss. * Συρματίτης, unde fem.] Συρματῖτις, ιδος, ἡ, ut κόπρος, Fimus ὁ ἐκ συρμάτων, Fimus e purgamentis, stipulis, aut stramentis, paleisve, quæ scopis aut rastro coacervata fuere. Gaza interpr. Stipularius fimus. Legitur ap. Theophr. H. Pl. 2, 8. fin., ubi agit de κόπρου generibus. Et 7, 5. Κόπρον δὲ μάλιστα ἐπαινοῦσι τὴν συρματῖτιν. [* " Συρματικὸς, Stephani Schol. in Aristot. Rhet. Cod. Par. 1869." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

[* " Συρμὰς, Tractus, Pisid. 197. Suid. 3, 398." Wakef. Mss. " Schol. Jo. Diac. Hesiod. Ἀ. 39. (143.) Const. Manass. Chron. p. 48. 78." Boiss. Mss.]

Συρμὸς, Tractus. Dicitur de Tractu serpentis, qui et ὁλκὸς vocatur, ab ἕλκω synonymo huic σύρω: ap. Plut. Anton. (87.) de aspide. Philo de Mundo συρμὸν dixit de Tractu undæ fluctuantis, teste Bud., afferente h. ex eo l. Ὑπὸ συρμοῦ δίνης βιαιοτάτης ἁρπασθεῖσαι κατεπόθησαν: ubi tamen potius est Tractus aquæ qui turbineo vortice circumagitur rotaturque: quemadmodum et συρμὸς dici potest Cum aquæ ferventes vorticoso quodam tractu gyrantur: quo

refer hoc Nicandri 'A. 256. στόμαχον λοιγεῖ συρμῷ Ῥιζόθεν ἑλκωθέντα, Schol. τῇ ζέσει καὶ τῇ ὀλεθρίᾳ καύσει ἑλκωθέντα. In Epigr. legitur et συρμὸς χαλαζήεις, Cum grando quasi tractu quodam decidit. Sic in iisd. Epigr. συρμὸς νιφετῶν: item et συρμὸς ἀνέμων. [" Antip. Sid. 106. Jacobs. Anth. 9, 93. 299. 10, 79. Diod. S. 1, 663. Heind. ad Plat. Theæt. 315. Ruhnk. Ep. Cr. 302." Schæf. Mss. Æschin. Dial. 3, 17. Aristot. Mirab. c. 142. Τοῖς συρμοῖς τοῖς γινομένοις ἐν τοῖς ἀνυπερβλήτοις χειμῶσι.]

" Συρμεύεσθαι, Hes. Atticis esse ait ἀδιακρίτως λα-" λεῖν, et καυχᾶσθαι." [" An pro συρμεύεσθαι, a συρμὸς, th. σύρω? unde et Syrma, vestis. Suid. Συρμός· τοῦ νιφετοῦ ἡ φορά. Quod ad sermonem turbulentum et incompositum facile transfertur, quando quis ἀδιακρίτως λαλεῖ, ἢ καυχᾶται. Cf. Bud. Comm. 375. de vocibus ἐπισύρειν, et ἐπισεσυρμένον." Alberti.]

" Συρμιστὴρ, Lignorum venditor, * ξυλοπώλης, " Hes." [" Proprie sic dici videtur Qui ligna in sylvis hinc inde corrasa et collecta vendit." Scapula.]

Σύρσις, ἡ, Tractio, i. q. ἕλξις s. ἕλκυσις, [Gl. Tractus, Tractio.]

Σύρτης, Tractor. Hesychio χαλινὸς, i. e. Frænum, Habena. Puto σύρτην dici, ut ῥυτῆρα, Habenam s. Lorum quo equus trahitur retrahiturque, s. modo in hoc, modo in illud latus flectitur. [" Ad Charit. 778." Schæf. Mss. Mathem. Vett. 47.] AT VERO Σύρτις in mari dicitur Ubi limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt. Sic enim Sallust. B. J., Duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura: quarum proxima terræ, præalta sunt, cetera, uti sors tulit, alias alta sunt, alias in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse et sævire cœpit ventis, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominatæ. Duæ autem esse feruntur, altera major, altera minor: de quibus Strabo 363. 364. ubi inter alia dicit, Ἡ χαλεπότης καὶ ταύτης τῆς σύρτεως καὶ τῆς μικρᾶς, ὅτι πολλαχοῦ * τεναγώδης ἐστὶν ὁ βυθὸς κατὰ τὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας· καὶ συμβαίνει τισὶν ἐμπίπτειν εἰς τὰ βράχη καὶ καθίζειν· σπάνιον δ' εἶναι τὸ σωζόμενον σκάφος. Similiter Pomp. Mela, Syrti sinum esse importuosum atque atrocem, et ob vadorum frequentium brevia, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis et refluentis, infestum. Et Solin. Syrtes inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit. Hinc Silius dixit Infidæ litora syrtis, item Naufraga syrtis: et Val. Flacc. Sævæ syrtes; Horat. Æstuosæ syrtes. Ad etymum allusit Rufus Avienus, cum dixit, late trahit æquora syrtis, Infidumque rati pelagus furit. Lucan. 9. scribit naturam, cum primam mundo figuram daret, syrtes in dubio terræ pelagique reliquisse. Nam neque, inquit, subsedit penitus, quo stagna profundi Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus; Ambigua sed lege loci jacet invia sedes; Æquora fracta vadis, abruptaque terra profundo, Et post multa sonant projecti litora fluctus. Sunt vero et terrestres syrtes in locis arenosis, cum sc. arenarum cumuli vento agitati faciem terræ mutant, ita ut nunc aggere sublimia sint quæ prius valle residebant, nunc alio in loco profunda vallibus quæ prius excelsa erant: arenæque agitantur veluti procellæ, syrtim hanc terrestrem facientes, paris cum illa æquorea periculi; nec enim multum interest undisne an arena quis obruatur. In terris autem hujusmodi periculum flatus faciunt sævientium ventorum, in mari autem solæ terræ; nam si residerent quæ illic vadosa sunt, nullæ essent syrtes, et e medio pelago adnavigantes, citra offensam appellerent. Certe Pomp. Mela I. 1. tradit in Cyrenaica provincia esse rupem quandam Austro sacram: quæ cum hominum manu attingitur, illum (fontem) immodicum exurgere, arenasque quasi maria agentem, sic sævire ut æquor fluctibus. Cujus Plin. quoque meminit 2, 47. Quin et Sallustius auctor est, in his locis vento exorto et arenam humo excitante, haud secus atque in mari tempestate homines retineri solere. [" Ad Lucian. 1, 498." Schæf. Mss. Hesychio φθορὰ, καὶ λύμη.

A * " Συρτίτης, ad Diod. S. 1, 217." Schæf. Mss.]

Συρτὸς, Tractus, (q. d. Tractilis,) Qui trahitur, Strabo 3. p. 64(=390.) Τὴν δὲ συρτὴν βῶλον τὴν ἀργυρῖτιν φησι κόπτεσθαι: pag. præced. dicit, Ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται, Non solum e metallicis fodinis eruitur, sed etiam trahitur. I. e. aquæ s. fluvii trahunt arenam auream; subjicit enim, Καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ οἱ χείμαρροι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον πολλαχοῦ: quemadmodum Pactolus quoque aureas volvit arenas: [15. p. 115. χαλκὸς σύρεται.] Et ap. Eust. Συρτοὶ χιτῶνες, οἱ συρόμενοι: ut sunt σύρματα. [Θεῖον συρτὸν, Strabo 5. p. 377. " Phryn. Ecl. 102. ad Dionys. H. 3, 1498." Schæf. Mss. *Παλίσυρτος, Euseb. V. C. 511.] " Πάνσυρτος, af-" fertur pro πάντα σύρων, Omnia trahens: e Soph. " El. (851.) p. 119., ubi Schol. quoque πανσύρτῳ " πολλῶν δεινῶν τ' ἀχέων, exp. τῷ πάντα σύροντι τὰ " κακὰ, et τῷ μετὰ πάσης ὁρμῆς τῶν κακῶν ὡρμημένῳ." * Χαμαίσυρτος, Greg. Naz. 2. p. 281.]

Σύρδην, Tractim. Exp. etiam Impetuose, Fundi-
B tus; atque ita usurpasse dicitur Eur. Rheso [58.]

" Ἀσυρὲς, Hesychio ἀκάθαρτον, βδελυρὸν, προπετὲς, " βλοσυρὸν, θρασὺ, Impurum, Execrabile, Temera-" rium, Tetrum, Audax. Quomodo accipi potest " ap. Polyb. 4. p. 65. Ἦν δέ τις κατ' ἐκείνους τοὺς " καιροὺς ἄνθρωπος ἀσυρὴς ἐν τῇ Μεσσήνῃ τῶν ἐξηρμέ-" νων τὸν ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Ubi tamen " quidam accipi putarunt pro Abjectus, Infimæ " sortis. Sed pro Scelesto aut Temerario positum " esse patet ex eo quod addit, τῶν ἐξηρμένων τὸν " ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον: quo significatur, insigni " eum fuisse improbitate s. audacia, ita ut omnes ho-" mines ea superaret." [" Toup. Emendd. 2, 523." Schæf. Mss. LXX. Sirach. 23, 14. Cf. Athen. 221.]

" Πανσυρὶ," [s. Πασσυρεὶ,] " ap. J. Poll. (9, 143.) " synonymum τῷ πανδημεὶ et πανσυδεί: sed dicit " esse * ὑπομίαρον." [Vide Lobeck. Phryn. 515.] " Πασσύριον, Hes. scribit Æoles dicere pro πασσυ-" δίην: subjungens hoc exemplum, Τὸ πασσύριον " ἡμῶν ἁπάντων γένος. Affert Idem ET Πασσύρως,
C " pro ἄρδην, πανοικὶ, Funditus, Cum tota domo s. " familia. Videntur ea derivata παρὰ τὸ πᾶν καὶ σύ-" ρεσθαι, ut sit Omnino et penitus trahendo extir-" pandoque."

[* Σύρη, Hesychio πλῆθος.]

Ἀνασύρω, Sursum traho, retraho: ut mulier ἀνασύρειν vestem dicitur, cum ea sursum retracta, pudenda sua revelat: itemque aliquis mulieri eod. modo vestem ἀνασύρειν, cum ea sublata obscœnas illas partes detegit: ut ap. Diog. L. p. 90. meæ Edit. Theod. scommate utens ait, Πότερον δὲ τοῦτ' ᾔδει Στίλπων, τὴν Ἀθηνᾶν μὴ εἶναι θεὸν, ἀλλὰ θεάν; ἢ ἀνασύρας, αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; quo loco quidam Cod. pro κῆπον scriptum habent κόλπον. Qui accus. videri posset cum part. ἀνασύρας jungi, alioqui habente subaud. accus. Hinc ἀνασεσυρμένη dicitur mulier Quæ pudenda retegit veste sursum retracta, Plut. Ἀνασεσυρμένη καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς τὴν κοιλίαν. Item media voce aliquis ἀνασύρασθαι vestem dicitur pro ἀνασῦραι: ut ap. Diog. L. Diogenes
D Cynicus adolescenti cuidam splendide ornato, et quærenti aliquid, non se prius responsurum dixit, Εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξειε πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ. Et ap. Plut. (7, 18.) Ἀνασυράμεναι τοὺς χιτωνίσκους, Vestibus sublatis pudendisque retectis. Metaph. Ἀνασύρω signif. Detego quod intus est aut quod latere et tectum esse decet, ap. Athen. (548.) e Clearcho, de Anaxarchi vita voluptaria, Γυμνὴ μὲν ᾠνοχόει παιδίσκη πρόσηβος, ἡ προκριθεῖσα διαφέρειν ὥρᾳ τῶν ἄλλων, ἀνασύρουσα πρὸς ἀλήθειαν τὴν τῶν οὕτως αὐτῇ χρωμένων ἀκρασίαν: ac si diceret, Quæ revelandis suis pudendis eorum incontinentiam indicabat, qui ipsam tali ministerio destinarant. Et Synes. Κωμῳδίαν ἀνασεσυρμένην καὶ πλημμελῆ dixit Propudiosam, nec a verbis prætextatis et nuptis abstinentem, obscœnam et impudentem: præterea vitiosam et inconditam. Ita VV. LL. Vide et Bud. 724. " Ἀνασειρά-" μεναι τοὺς χιτωνίσκους, VV. LL. e Plut. de Virt. " Mul. pro Ab inferiore parte tollentes tunicas, i. e. " Nudantes pudenda. Sed mendosa est ea scriptura,

“ et reponendum ἀνασυράμεναι: ab ἀνασύρω, unde A
“ et particip. ἀνασεσυρμένος.” [“H. Steph. ad Dionys. Legat. p. 26. ad Lucian. 2, 322. Toup. Opusc. 1, 35. Add. in Theocr. 391. 398. Bibl. Crit. 2, 2. p. 103. Ἀνασύρομαι, Wessel. Diss. Herod. 57. Toup. Opusc. 2, 68. Emendd. 2, 502. Wakef. S. Cr. 3, 114. ad Diod. S. 1, 78. 96.” Schæf. Mss. Theophr. Char. 6, 1. Ælian. 12, 14.] Ἀνάσυρμα, τὸ, Quod sursum retractum est: aut, Sursum retrahendo retectum. At Eubulus Comicus per jocum vocavit Furtivum conceptum. J. Poll. enim (3, 21.) scribit eum ἀνάσυρμα παρθένου nominasse καταγελάστως τὸ λαθρίδιον γέννημα. [“Musgr. Ion. 507.” Schæf. Mss. * Ἀνάσυρτος, Alcæus Diogenis 1, 81. ubi perperam vulgo ἀγάσυρτος. * Ἀνασυρτόπολις, male pro * ἀνασυρτόπεπλος, Suid. v. Μυσάχνη, Eust. Od. X. p. 778. “Toup. Add. in Theocr. 391. Opusc. 2, 68.” Schæf. Mss. * “Προσανασύρω, Sursum traho, Philostorg. Hist. Eccl. 7, 10.” Mendham. Mss.]

[* “Ἀντισύρω, Theod. Prodr. 174.” Elberling. Mss.] B

Ἀποσύρω, Detraho, Diosc. Ἀπόσυρον πτερῷ, Penna detrahito, Detergito. Bud. quoque ap. Eund. interpr. Detraho, Abrado. Unde ἀποσυρεὶς pass. Detractus, Abrasus. Idem Bud. ἀποσύρω pro Retraho capi ap. Paul. Ægin. testatur. [“Segaar. in Daniel. p. 70. Theocr. 22, 105. Alciphr. 442. Brunck. Soph. 3, 501. Kuster. Aristoph. 114. Diod. S. 2, 442.” Schæf. Mss.] Ἀπόσυρμα, τὸ, Id quod detractum s. abrasum est. Bud. scribit ἀπόσυρμα ap. Aristot. περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. poni pro Pars elisa, Frustum alicunde abrasum, excussum, evulsum. Exp. etiam Locus desquamatus: ap. Gal. Τάχιστα δὲ ἐπουλωθέντος αὐτοῦ τὸ συνεχὲς εὐθὺς ἐπιπολὺ ἀνεδάρη δέρμα, καθάπερ ἐξ ἀποσύρματος. Et ap. Diosc. 1, 36. Πρὸς ἀποσύρματα καὶ πρὸς ἕλκη πρεσβυτικὰ, Ad desquamata et ad ulcera vetusta. Idem alibi itidem, Ἁρμόζον πρὸς θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα. [“Aristoph. Fr. 219. Schneid. ad Xen. Pol. 391.” Schæf. Mss.] C

Διασύρω, Distraho, Ægre traho. In Hippiatr. Ὅταν τροχάζων ὀλισθήσῃ, καὶ πεσὼν διασυρῇ, Cum membris distractis agitatur ut ranæ innatantes: sequitur enim, Καὶ ὃ λέγουσι βατραχίσῃ. Bud. 726. Frequentius διασύρω accipitur pro Lacero, ea signif. qua Liv. dicit, Lacerare famam alicujus, Lacerare probris, Cic. Lacerare optimum virum incesto ore, Tac. Crebro rumore vulgi lacerari; i. e. Obtrecto, Probris et convitiis incesso, Calumnior, vel Elevo. Dem. pro Cor. (p. 288.) Ὃν ἂν συ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσαις Βάταλον. Idem in ead. Or., aliquanto post, συκοφαντεῖν et διασύρειν synonymως ponit: cum enim dixisset, Æschinis πολιτείαν et προαίρεσιν similem esse ταῖς τῶν τοὺς ἐπαινουμένους τότε ἄνδρας συκοφαντούντων: subjungit, Δῆλον γὰρ ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους ἦσάν τινες τοὺς χρόνους, οἳ διέσυρον τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δὲ πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν. In ead. Or. dicit, Καὶ λόγους τινὰς διασύρει. Item, Τὰ χωρία ταῦθ', ἃ νῦν οὗτος διέσυρε. [“Ammon. 37. Maii Obss. 2, 77. ad Diod. S. 1, 724. 2, 429. Lucian. 2, 112.” Schæf. Mss. Perf. διασεσύρηκα, Athen. 247. Dissipo, Polyb. 5, 42, 4. τὴν σύνοδον. “Reprehendo, vel Cum sono reprehensionibus apto aliquid eloqui, et quidem extenuandæ rei causa. Unde ei oppositum est τὸ αὐξάνειν. Dionys. de Dem. 54. p. 1121. Vide Διασυρμός. Ita Dem. pro Cor. 9. Æschinem dicit διασύρειν τὰ χωρία, cum is in Ctes. 286. de oppidis contemtim dixerat: Ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα εἴδωμεν.” Ernesti Lex. Rhet. * “Διασύρνω, Anna C. 155. ubi f. l. διασύρω.” Elberling. Mss.] Διασυρμὸς, Distractio. Peculiari autem signif. Figura esse dicitur orationis, qua dictio aliqua ad duo diversa significata trahitur: ut, Strepit anser inter olores: pro eo, quod est Ineptus poëta inter doctos. Aquilæ Romano (15.) Διασυρμὸς est Elevatio vel Irrisio: ea figura, qua ludentes quæ dicuntur ab adversariis, dissolvimus: qualis est ille locus pro Murena in Sulpitium. Itidem Jul. Rufin. διασυρμὸν fieri scribit, Cum rem aliquam aut personam elevamus: ut ap. Tull. Sed repente e vestigio ex homine, tanquam ex aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Meminit hujus figuræ Longinus (34, 2. 38, 5.) dicens eam esse aliquo modo ταπεινότητος αὔξησιν. Διασυρμὸς dicitur etiam Obtrectatio. [“Valck. Anim. ad Ammon. 210. Thom. M. 801. ad Diod. S. 1, 724.” Schæf. Mss. Vide Διασυρισμός. “Genus scommatis, quo res verbis justo plus extenuantur. Alexander περὶ Σχημ. ita definit: οἷαν λέγωμεν ἀξιοπίστως διασύροντες. Rectius Phœbammon Schol. περὶ Σχημ. 592. Ald. Διασυρμός ἐστιν * εὐτελισμὸς πραγμάτων ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς ὄγκον ἐπαρθέντων. Lat. Elevatio s. Irrisio.” Ernesti Lex. Rhet. * Διάσυρσις, Clem. Alex. Pæd. 1, 9. Δ. ἐστὶ ψόγος διασυρτικός. * “Διασυρτέον, Aristot. Rhet. ad Alex. 36. p. 214.” Kall. Mss. * Διασύρτης, Gl. Cavillator, Obtractor, ubi leg. Obtrectator.] Διασυρτικὸς, Aptus ad obtrectandum, Factus ad lacerandam alicujus famam probris: ἐπίγραμμα, Obtrectatorium epigramma, Epigramma quo famam alicujus laceramus, probris eum incessentes. Vel etiam, Quo elevamus irridemusque aliquem: ut διασυρμὸς dicitur Elevatio et irrisio. Epigr. [Vide Διάσυρσις. * “Διασυρτικῶς, Schol. Eur. Hec. 906.” Boiss. Mss. * Ἐπιδιασύρω, Schol. Aristoph. Εἰρ. 201.] “Προδιασύρω, Prior traducò et carpo, “Aristot. Rhet. 3. Ὕστερον δὲ πρὸς τἀναντία ἀπαντᾷν “λύοντα καὶ προδιασύροντα. Hes. vero προδιασύρας “exp. παραβὰς τὰς συνθήκας, Transgressus pacta.” [“Schol. Aristoph. Πλ. 39.” Boiss. Mss.] “Προσ-“διασύρω, Insuper traduco et carpo, Aristoph.” [“Extenuare argumenta, ap. Aristot. Rhet. 3, 17, 22.” Ernesti Lex. Rhet.]

[* Ἐκσύρω, Anal. 2, 231. Athen. 213. Theod. Jud. 5, 21. “Extraho, Sim. Metaphr. Athan. 2, 563.” Kall. Mss.]

Ἐπισύρω, Attraho, Post me traho. Cujus signif. exemplum habes in Σύρμα ex J. Poll. Itidem Basil. utitur in media voce, sed metaph. dicens, Οὖς καὶ προϊὼν καὶ πάλιν ἐπανιὼν ἐπισύρεται, de quodam, qui sibi in comitatum asciverat ἑσμὸν τῶν ἐφεπομένων μυρίον. Ubi sicut aliquis dicitur ἐπισύρεσθαι, quos in comitatu post se trahit, ita vicissim illi ἐπισυρόμενοι dicuntur ἐφέπεσθαι, Sequi illum, s. Eum præeuntem a tergo sequi. In incessu aut cursu ἐπισύρεσθαι dicitur Qui pedes velut ægre trahit post se. Xen. K. (5, 13.) de lepusculis, Ὑγρομελῆ ὄντα ἐπισύρεται ὅλα ἐπὶ τῆς γῆς: quæ verba Bud. 726. sic interpr. Ingrediendo toto corpore terram stringunt, et luculentiora vestigia imprimunt, Quasi tractim sese agunt. Idem Bud. pagina præced., Ἐπισύρω interpr. Tractim duco, Strictim traho: afferens ex Hippiatr. de equo ægrotante, Καὶ περιπατῶν ἐπισύρει τὸν ὄνυχα, sicque vertens, Ingreditur ungula non sublata; nam ungulas s. pedes non tollunt ægri equi, sed ægre post se trahunt. Et hunc, Καὶ ἐπισύρει τὰ ὀπίσθια, sic reddens, Erigere posteriores pedes non potest. Aristot. itidem H. A. 8. hoc signum τῆς ἵππου ἀῤῥωστίας ponit, cum τὰ ὀπίσθια σκέλη ἐφέλκει ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια, i. e. Cum posteriora crura languide priora subsequuntur, ut idem Bud. interpr. p. 418. Rursum p. 725. Idem affert duos locos, unum e Lysia, alterum e Dem., quorum ille dicit, (788.) Ἀπολογήσεσθαι, ἐπισύροντα τὰ πράγματα, καὶ διακλέπτοντα τῇ ἀπολογίᾳ τὴν κατηγορίαν: hic autem, (496.) Ἴσως ἐπισύροντες ἐροῦσιν ὡς κ. τ. λ. Ubi non assentitur Scholiastæ Demosthenis, ἐπισύροντες exponenti διασύροντες, οἷον εἰς ἔδαφος ἕλκοντες, διαβάλλοντες, οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες: sed hisce duobus in ll. ἐπισύροντες significare putat, Ambage verborum qua de re agitur implicantes, quasique rem in longum tractim ducentes, Cardinem causæ non attingentes, Judicum mentes alio atque alio trahentes, multa commemorando ad rem nihil pertinentia. Quod satis intelligendum dari ait ex eo, quod διακλέπτοντα τὴν κατηγορίαν dixit Lysias: significans, patronum non recta ad cardinem causæ venire et pedem conferre, sed velut ludificari, frustrarique et tergiversari. Ἐπισεσυρμένον, inquit ibid., dicitur etiam Male coagmentatum, Dissolutum, Laxum et incompactile, et velut hiulcum. Lucian.

(3, 306.) γράμματα ἐπισεσυρμένα vocat Literas hiulcas, tractim ductas ab homine celeriter scribente. [" Diog. L. Chilone p. 30, 17. HSt." Seager. Mss.] Ετ Ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν dicitur pro μὴ ἀκριβῶς quasi Tractim et languide. [" Epicteti Manuale c. 38." Seager. Mss.] Signif. etiam Dissolute, Incondite, Incomposite, Remisse, Sensim. Hæc Bud. 726. subjungens h. l. Cic. ex 2 de Orat. Quod tuum principium, dii immortales? qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum? sic reddens Græce, Ὀπηλίκον τό, τε ἐνισχόμενόν σου τοῦ λόγου, καὶ τὸ ἐπισεσυρμένον; Et hunc, Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens. Alibi itidem ab eod. Cic. Tracta et fluens oratio opp. contortæ, τῇ συνεστραμμένῃ. Certe ἐπισύρεσθαι et συστρέφεσθαι opposita sunt et ipsa. [Schæf. ad Longum 383. " Bergler. Alciphr. 214. 331. Toup. Add. in Theocr. 391. Emendd. 2, 502." Schæf. Mss. Lys. 788. M. Anton. 257. (8, 51.) Arrian. Ep. 186. 597. B Ἐπισεσυρμένος, Hes. v. Σόλοικος." Wakef. Mss. Dem. c. Lept. 110. Ἔτι τοίνυν ἴσως ἐπισύροντες ἐροῦσιν. Apud Polyb. 16, 20. ἐπισεσυρμένον opp. τῷ ἐπαινούμενον καὶ ζηλούμενον. " Ἐπισεσυρμένως, Clem. Alex. Q. D. S. 40. p. 958." Kall. Mss. " Bergler. ad Alciphr. 214. Schweigh. ad Epictet. 147. Kuster. Aristoph. 75." Schæf. Mss.] " Ἐπισεσυρωμένος, Lascivus. Sed in" venitur et aliter scriptum hoc particip." Ἐπίσυρμα, τὸ, Id ipsum quod aliquis post se trahit, Vestigium corporis tractim sese agentis, Hippocr. Ep. ad Philop. de draconibus, s. anguibus Æsculapium sequentibus, Ἐπειγόμενοι μακρῷ τῷ ἐπισύρματι, Xen. K. (9, 18.) de cervo tendiculam trahente, Ἔσται δὲ ὁλκὸς τοῦ ξύλου οὐκ ἄδηλος· οἵ τε γὰρ λίθοι ἔσονται κεκινημένοι, τά τ' ἐπισύρματα τοῦ ξύλου καταφανῆ ἐν τοῖς ἔργοις. Ubi nota ὁλκὸν et ἐπίσυρμα synonymως poni pro Tractu s. Sulco quem facit τὸ ἐπισυρόμενον ξύλον. [* Ἐπισυρμὸς, Mora, Polyb. 4, 49, 1. Negligentia, 40, 2, 10. Irrisio, Stob. Ecl. Eth. 222. " Mollis introductio, de luxu, Clem. Alex. 203." C Kall. Mss. * " Προσεπισύρω, Insuper attraho, Philo J. 1, 695. 2, 297." Wakef. Mss. * Συνεπισύρω, Niceph. Blemm. 133.]

Κατασύρω, Detraho, Deorsum traho, Ex alto traho in imum, Alciphron Τὸ πρώην νεωλκηθὲν σκαφίδιον σπουδῇ κατεσύραμεν, Statim in mare detraximus, (ut Hirt. dicit Naves in terram detrahere,) seu, Confestim deduximus in mare scaphulam, quam paulo ante subduxeramus. Idem, Μικρὸν καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε κατασῦραι ὕφαλον τὸ δίκτυον ἐξωγκωμένον, Parum abfuit quin rete gravatum pondere ipsos etiam suberes detraheret in mare et submergeret. Et Philo de Mundo, Ἅπασαν τὴν ὕδατος κατασύρει φύσιν, Universæ aquæ naturam secum detractam invehit. Itidem lapis a suo pondere dicitur κατασύρεσθαι e loco arduo in declivem, Greg. Naz. Ἀεὶ μὲν ἀνωθούμενον, ἀεὶ δὲ κατασυρόμενον, ubi de Sisyphi saxo intelligit. Pulcre et Arethas Comm. in Apoc. 9. dicit voluptates carnales τῷ ἑαυτῶν ὀλισθήματι τοὺς δελεασθέντας κατασύρειν, Ad inferos detrahere. Sic Greg. Naz. D de Judæis, Εἰς Βαβυλῶνα κατασυρέντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, Ob sua peccata in Babyloniam pertracti. Quibus adde hoc Lucæ, 12, (58.) Μή ποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, Ne te adversarius pertrahat ad judicem, et quasi obtorto collo trahat, ut Cic. loquitur. Hæc fere e Bud. 726. 727. Idem p. 726. κατασύρω interpr. Populor, Diripio, Vexo: afferens e Polyb. 2. Ἀδεῶς ἐπέτρεχον καὶ κατέσυρον ταύτας τὰς χώρας: addensque, alibi quoque sæpe sic uti. Addit et Herod. 5, (81.) Κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους, ubi per tmesin κατὰ μὲν ἔσυραν pro κατέσυραν. [" Phalar. p. 62. Wakef. S. Cr. 3, 114. Thom. M. 743. Kuster. Aristoph. 66. Diod. S. 2, 241. Populor, Diripio, Segaar. in Daniel. 69. De navi, Bergler. ad Alciphr. p. 6." Schæf. Mss. " Populor, Polyæn. 232." Schæf. Mss. Dionys. p. 296. 919. * Προκατασύρω, Late ante me vasto, Polyb. 4, 10, 8. 4, 19, 9.] " Προσκατα" σύρω, Insuper detraho, Epigr." [Anal. 2, 222.]

A [* Μετασύρω, Commuto, Converto, Eust. Il. A, p. 25, 8.]

Παρασύρω, i. q. παραφέρω et παρατρέπω, s. παραστρέφω, Præpostere traho, Traho in latus in quod trahere non decet, Perverto, Distorqueo, Greg. Naz. εἰς Ἀθανάσ. de quodam scelerato loquens, Παρασύρων τῷ χρυσῷ τὴν ἀλήθειαν: quo sensu Plut. dicit παραστρέφειν τὴν ἀλήθειαν. Idem in Ep. ad Basil. Δέος παρασυρῆναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, Periculum est ne veritas ab hæreticis pervertatur et depravetur, seu, Ne hæretici perperam et perverse interpretentur verbum veritatis, Bud. Similis locus est hic ejusd. Greg. in Jul. Ὑπὸ τοῦ πιθανωτέρου παρεσύρη, Transversus trahebatur. Sic Idem, Μηδὲ πιθανότητος λόγοις παρασυρόμενος, de Eo qui speciosis ac probabilibus argumentis transversus rapitur ac seducitur. Et rursum, Ἀπλότητι παρασυρόμενον, Propria stoliditate atque imperitia seductum, et in diversum a commoda vita abductum. Et Lucian. (1, 55.) de voluptate loquens, Ὑφ' ἧς δὴ ῥεούσης ἀεννάῳ τε καὶ θολερῷ ῥεύματι παρασύρεται, τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης πάντοθεν, αἰδώς τε καὶ ἀρετή. Ubi metaphoricus hujus verbi usus est: proprius vero ap. Basil. Or. ad Divites, Ὥσπερ οἱ ποταμοὶ ἀνυπόστατον λαβόντες τὴν αὔξησιν, τῷ βιαίῳ τῆς φορᾶς τὸ ἐνιστάμενον παρασύρουσι, Omnia obstantia, transversa auferunt. Hæc fere Bud. 727. Idem ibid. παρασύρειν ait significare etiam i. q. Abstraho et avello, afferens e Diod. S. in historia Alexandri, Ὥστε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους παρασύρεσθαι, ubi tamen possit παρασύρεσθαι accipi et pro παραστρέφεσθαι, Perverti et depravari. Bayf. certe, quod Diod. S. 20. dicit, Παρέσυρον ἀλλήλων τοὺς ταρσοὺς, sic vertit, Inter se remos deterserunt. In Hippiatr., inquit Bud. ibid., legimus de equo torminoso, Παρασύρεται τὴν κοιλίαν τῷ ἐδάφει, Ventrem humi apprimit distorquendo. Hes. παρασύρει exp. non solum παρατρέπει, sed etiam χαυνοῖ. [" Ernest. Obs. in Aristoph. N. p. 88. Ruhnk. Ep. Cr. 151. Segaar. in Daniel. 70. Heyn. ad Virg. 2, 23. ad Lucian. 1, 251. P. Abresch. Paraphr. p. 70. ad Diod. S. 1, 350. Jacobs. Anim. 306. Statyll. Fl. 12. Brunck. Soph. 3, 515. Aristoph. 3, 3. Thom. M. 720. De remis, Diod. S. 1, 417." Schæf. Mss. " Παρασύρομαι, med., Clam adrepo, Schol. Theocr. 15, 48." Wakef. Mss. In obliquum traho, Æsch. Pr. 1101. ἔπος. Παρασεσυρμένοι, Hesychio ὑπεσκελισμένοι. * Παρασυρέω, Eusebius ap. Stob. Ecl. Eth. p. 206, 32. Schæf. ad Greg. Cor. 510. * " Παρασεσυρμένως, Irrisorie, Philo J. 2, 599." Wakef. Mss. * " Διαπαρασύρω, Schol. Lucian. Bis Accus. 3." Boiss. Mss.]

Περισύρω, Circumcirca traho, Circumeundo et obeundo traho, περιφέρω, Greg. Naz. 2 in Jul. de Philosophis, Οἱ τὰς βαθείας ὑπήνας ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν περισύροντες ἡμῖν τριβώνιον. Dicuntur autem περισύρειν τὸ τριβώνιον, quoniam stolam illam longam huc illuc obeuntes trahunt; nam proprie prolixis s. promissis vestibus σύρμα trahitur. Exp. etiam In diversum traho; a Bud. Distraho, Divello, Lacero, Vexo, Diripio, p. 726., ubi affert e Polyb. 4, (19, 4.) Τὰ θρέμματα τῆς θεοῦ περισύραντες ἀπήγαγον. Greg. Naz. Or. de Sancto Pasch. Οὐδὲ ἀπορριφθήσεται καὶ περισυρήσεται, ἵνα μὴ δοθῇ τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ καὶ κακοῖς τοῦ λόγου * σπαράκταις, Non relinquetur a canibus distrahendum et laniandum: de agno paschali loquens. Lucian. (1, 689.) Ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι, Huc illucque circumagor et invitus rapior. Bud. 726. Sed hic posterior locus, quem e Luciano affert, pertinet potius ad prius περισύρω, Circumcirca traho, rapto. Alii interpr. Huc illuc abripior et distrahor. [" Toup. Opusc. 1, 345. Emendd. 2, 58. ad Lucian. 1, 251." Schæf. Mss. " Diripio prædam, Appian. 1, 179. Contraho, Coërceo, Philo J. 1, 178. Dionys. P. 864." Wakef. Mss. Polyb. 3, 90. Τὴν μὲν λείαν αὐτῶν ἤλπισεν ἀδηρίτως περισυρεῖν. * Περίσυρμα, Eust. ad Od. P. p. 626, 15. Ταυτὸν δ' εἰπεῖν ψογερὸν καὶ περισύρον· ἐπεί τοι τὴν κωμῳδίαν ψόγον καὶ περίσυρμα ὡρίζοντο οἱ παλαιοὶ, ᾧ δὴ περισύρματι καὶ τὸ διασύρειν συστοιχεῖ. * Περισυρμὸς, Distractio, Theophr. Fr. 3, 53.]

[* " Προσύρω, Theod. Prodr. 373." Elberling. Mss.] A
Συσσύρω, Divexo, Contumeliose tracto, Bud. [" Jo. Chrys. Epist. ap. Pallad. V. Chr. p. 15. Phryn. Ecl. p. 190." Boiss. Mss. * " Συσσυρέομαι, Aqu. 1 Reg. 12, 25." Kall. Mss.]

Ὑποσύρω, Ex imo sursum traho, Funditus evello, Stirpitus extraho. Bud. interpr. etiam Imminuo, Subduco. Chrys. Comm. in Ep. ad Rom. c. 12. Διὸ καὶ συνεχῶς ὑποσύρει τὸ νόσημα, καὶ καταστέλλει τὴν φλεγμονήν. Quo sensu alibi dicit ὑπορύττει. Et sicut ὑπορύττειν est Subtus fodere ut concidat, Subruere; ita ὑποσύρειν interpretari queas Subtus trahere ut collabatur. Idem Bud. p. 727. scribit Greg. Naz. περὶ Φιλοπτ. sibi videri verbo ὑποσύρειν usum esse pro Allicio et subdole attraho, cum ait, Ἀεὶ τῷ λύχνῳ τῆς ἡδονῆς ὑποσύρουσα καὶ ἐπανιστῶσα τοῖς ἀσθενεστέροις τοὺς θρασυτέρους. [" Segaar. in Daniel. p. 70. Abresch. Lectt. Aristæn. 52. ad Lucian. 1, 221. ad Diod. S. 2, 238. ad Dionys. H. 1, 20." Schæf. Mss. " Subtraho, Clem. Alex. 566. Med., Nicander Ἀ. 366. (στεγανὴν δ' ὑποσύρεο νηδύν.) Perf. pass. ὑποσεσυρμένος, Formidabilis, Eust. in Dionys. P. 123." Wakef. Mss. * Προϋποσύρω, Basil. 3, 634.] B

" Σύρβη, Tumultus. Ab Hes. dicitur esse etiam " αὐλοθήκη. In VV. LL. scribitur esse et Vox qua " subulci ad sues utuntur: quod tamen e Suidæ " verbis non certo colligi posse videtur. Apud quem " legitur et Συρβηνέων χορὸς, necnon Συρβήνη χορὸς, " Proverbialiter dicta, ἐπὶ τῶν ἀτάκτων χορῶν. Sed " repone Συρβήνης χορός. Illud autem συρβηνεὺς est " ταραχώδης, aut etiam αὐλητής: ut ex illo et Hes. " intelliges. Habent autem VV. LL. et Συρβᾷν, " quod interpr. Tumultuari, Incompositum esse. " Sed ap. Hes. invenio Σύρβα, μετὰ θορύβου," [quasi adv.: cf. Τύρβα.] " Apud Eund. Σύρβη, παρὰ τοῖς με- " ταλλικοῖς." [" Σύρβα, Toup. Opusc. 1, 504. ad Lucian. 1, 310." Schæf. Mss.]

" Τύρβη, ἡ, necnon Σύρβη, teste Eust." [ad Od. I. p. 351.] " e quo fortasse illud factum est, cum ta- " men aliqui τύρβη a τυρὸς derivent: Turba; ea " signif. qua dicitur Turba hominum. Lucian. Φο- C " βηθεὶς μὴ συντριβείην ἐν τοσαύτῃ τύρβῃ. Interdum " etiam pro Turba, significante tale quid, quale sonat " et Tumultus, (qua tamen in signif. dicitur potius " Turbæ numero plurali,) ut ap. Polyb. Ἀμιξίας καὶ " θορύβου καὶ τῆς λεγομένης τύρβης πλῆρες τὸ στρατό- " πεδον. Lucian. Ὁρῶ ποικίλην τύρβην καὶ μεστὸν " ταραχῆς τὸν βίον. Bud. tamen hic pro Incondita " hominum multitudine accipit: eadem signif. a " Xen. (K. Π. 1, 2, 3.) usurpari tradens. A Suida " τύρβη exp. etiam ἀπόλαυσις: quæ expositio fieri " non potest quin suspecta sit." [Hippocr. 766. Foës. " Zeun. Ind. Xen. K. Π. Wakef. S. Cr. 4, 72. Τύρβα, Toup. Opusc. 1, 504. ad Lucian. 1, 310." Schæf. Mss. Adv., Æschylus Athenæi p. 375. Δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω.] " Τυρβάζω, " Turbas excito, Tumultum excito, Tumultuor. Di- " citur autem et Τυρβάζομαι, pass. voce: cujus " usum habemus ap. Lucam c. 10, fin. Μεριμνᾷς καὶ " τυρβάζῃ περὶ πολλά. Quæ vetus Interpres reddi- " dit, Solicita es et turbaris erga plurima; Erasmus, D " Solicita es et tumultuaris circa multa; Theod. " Beza, Solicita es et satagis de multis. Ego dixerim " τυρβάζεσθαι περὶ πολλὰ, esse, Tumultuando se fati- " gare circa multa. Invenitur autem et cum accus. " κακὰ, in h. Soph. l., (quem affert Plut. in l. Πῶς " Δεῖ Ποιημάτων Ἀκούειν,) Τυφλὸς γὰρ, ὦ γυνναῖκες, " οὐδ' ὁρῶν Ἄρης Συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακὰ, " ubi dixerim, πάντα τυρβάζει κακὰ, esse Tumul- " tuando excitat quævis mala, Tumultu suo excitat. " Apud Aristoph. Σφ. (257.) Τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀττα- " γᾶς τυρβάσεις βαδίζων, Schol. τυρβάσεις exp. ταρά- " ξεις. Quinetiam in quodam Ἱππ. loco ἀνατετυρβα- " κὼς τὴν πόλιν exp. ἀναταράξας: additque, τυρβάσαι " esse proprie τὸν πηλὸν ταράξαι. Sed hoc nescio " quomodo verum esse possit, nisi et τύρβη de Luto " usurpari dicamus." [" Toup. Opusc. 1, 203. 503. Valck. Diatr. 225. Plut. Mer. 1, 86. Wakef. S. Cr. 4, 72. Monthly Review Aug. 1799. p. 436. Brunck. Soph. 3, 480. 527. Aristoph. Eip. 1007." Schæf. Mss. Athen. 336. * Συρβάσαι pro τυρβάσαι, Bekk. Anecd. 307.] " Invenitur et nomen Τυρβασία, de " quo J. Poll. (4, 104.) et Hes. consule." " Ἀνατυρ- " βάζω, Perturbo, Conturbo, Aristoph. Ἱππ. (311.) " ὦ Βορβοροτάραξι, καὶ Τὴν πόλιν ἅπασαν ἡ-Μῶν ἀνα- " τετυρβακὼς, ubi hoc Suid. cum Schol. exp. ἀνατα- " ράξας, quoniam, inquit, τυρβάσαι proprie dicitur " τὸ πηλὸν ταράξαι: recte; unde et per jocum Poëta " nomen βορβοροτάραξις finxit."

" Σύρνια, Striges, Aves inauspicatæ, Fest. in Stri- " ges."

ΣΥΡΦΕΤΟΣ, ὁ, derivatum a σύρω videtur, tum aliis tum Hes., quippe qui exponi a nonnullis dicat συρμὸς ἀκάθαρτος, ubi σ. ἀ. accipio pro σύρμα ἀκάθαρτον, Sordes et purgamenta quæ rastro aut scopis corrasa sunt. Ab Eod. exp. et κονιορτὸς μετὰ κόπρων, Pulvis stercoribus permixtus. Suidæ quoque est κονιορτὸς μετὰ κοπρίων, et ἡ ἐξ ἀνέμου συλλεγομένη κόπρος, Stercora s. Fimus qui a vento cogitur in acervum aliquem: et κόπρος φρυγανώδης, Sterquilinium (s. Fimus) mixtum sarmentis. Possis interpretari etiam συρματῖτιν κόπρον, de quo supra. Hesiod. certe συρφετὸν accepit pro σύρμα, Acervo stipularum, palearum, aut foliorum rastro scopisve collectorum, Ἔργ. 2, (224.) Χόρτον τ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετὸν, ὄφρα τοι εἴη Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηέτανον. Ubi Procl. et Moschop. exp. συρφετόν τινα φυλλάδος καὶ ἀχύρων καὶ τῶν τοιούτων. Redditur συρφετὸς et nomine Quisquiliæ. Metaph. autem dicitur de Vilium s. Abjectorum et contemptorum hominum turba collecta, s. de Hominum colluvie, Lucian. (2, 14.) Τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον, (1, 745.) Ἡμεῖς ὁ συρφετὸς καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι ἐσμὲν, Nos promiscua illa multitudo et plebeia colluvies. Sic Comicus quidam ap. Athen. (377.) Ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετόν. Pro quo συρφετὸς etiam συρφετώδης ὄχλος dici, paulo post docebo. Plut. pro Acervo et cumulo, συρμάτων modo, s. pro Farragine, accepit in Polit. Præc. Ἤθροισε χιλίους καὶ διακοσίους στεφάνους, ὧν συρφετὸν ἄν τις ἡγήσαιτο τοὺς πλείστους. Suidæ συρφετὸς est non solum ἀγυρτώδης ὄχλος, sed etiam ἀγυρτώδης λόγος, Incondita verborum colluvies. Ab Eod. et Hes. exp. etiam χειμών. Forsan idem quod σύρμα ἀνέμων aut σύρμα κυμάτων, cum rapido tractu tempestas obruit aliquem. [" Plato Hipp. 142. Heind. ad Theæt. 315." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 433. Simpl. ad Epict. 325. Τοῖς συρφετοῖς ἀνθρώποις. Cf. Σύρφος.] Συρφετώδης, Lucian. (1, 837.) ὄχλος, Vilium et abjectorum hominum colluvies. Q. d. Colluvialis quædam multitudo: si hoc fingere liceat. Sic Plut. (6, 19.) Τοὺς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρεστῶς καὶ κεχαρισμένως ἐπιτηδεύοντας λέγειν. Lucian. (2, 314.) dicit etiam, Οἱ μὲν συρφετώδεις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἰδιῶται: pro ὁ συρφετώδης ὄχλος, s. ὁ συρφετός. Item συρφετώδης, Inconditus, Incompositus in modum τῶν συρφετῶν, Plut. (7, 784.) Ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ συρφετώδους βωμολοχίας. [* " Συρφετωδῶς, More vilium et abjectorum hominum, Chrys. in Matth. Hom. 19. T. 2. p. 135, 41." Seager. Mss.]

Σύρφαξ, ακος, ὁ, i. q. συρφετώδης s. ὀχλώδης, ut Suid. exp. in h. l., quem citat, Ἐξῆρε δὲ αὐτὸν πλεῖον πρὸς τοιαύτην μαίνεσθαι δόξαν τὸ ὑπὸ δῆμον σύρφακος ἐν εὐφημίαις ἀνακαλεῖσθαι Πύῤῥον. Lucian. quoque et Phryn. ita usurpasse feruntur. Alioquin substantive quoque accipitur pro συρφετὸς s. συρφετώδης ὄχλος, ut ap. eund. Lucian. (2, 326.) Μετὰ τοῦ σύρφακος βύζην ὠστιζόμενοι. Et ap. Aristoph. Σφ. (673.) τὸν σύρφακα τὸν ἄλλον, Ceteram vilem multitudinem, s. vilem plebeculam: de vespis. [" Toup. Opusc. 1, 457. 2, 88. Phryn. Ecl. 172. 192. Thom. M. 336. 354. 372." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 77." Wakef. Mss.]

" Ἐγκατασυρφάζειν, ἐνυβρίζειν, Hes."

ΣΥΣ, υὸς, ὁ, ἡ, Sus, Porcus: παρὰ τὸ σεύεσθαι s. σύεσθαι, i. e. ὁρμητικῶς ἔχειν, ut Etym. et Eust. tradunt. Quod optime convenit cum epitheto Fulmineus, quod Stat. sui tribuit. Od. T. (393.) Οὐλὴν τήν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι, Plut. (6, 489.) Συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, Horat. Amica luto

sus, Od. K. (243.) σύες χαμαιευνάδες, Il. I. (463.) A σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ. Aliquanto ante, συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, Π. (823.) σῦν ἀκάμαντα, ut et N. (471.) σῦς ἀλκὶ πεποιθὼς, quod de agresti sue s. apro accipiendum est, P. (281.) συὶ εἴκελος ἀλκὴν Καπρίῳ. Aliquanto ante, συὸς κάπρου ὀλοόφρονος, οὔτε μέγιστος Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει. Sic a Lat. Poëtis Aper dicitur Indomitus: item Trux, Timendus dente. Rursum I. (535.) χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα, M. (146.) Ἀγροτέροισι σύεσσιν ἐοικότες. Itidem ap. Xen. K. (10, 1.) et Paus. Attic. Συῶν ἀγρίων θήρα. Et Plut. Symp. 3. Σῦν ἄγριον εὐμεγέθη: qui comp. vocabulo σύαγροι nominantur. Rursum Od. Σ. (29.) συὸς ὡς ληϊβοτείρης: ut ap. Ovid. Vastator aper. Item συῶν συβόσια, (Il.) Λ. (678.) et Od. Ξ. (101.) Suum s. Porcorum greges: quemadmodum ap. Hesiod. Ἀ. (168.) συῶν ἀγέλαι χλούνων. Rursum Od. Ξ. (412.) κλαγγὴ συῶν αὐλιζομενάων. Et Λ. (130.) συῶν ἐπιβήτορα κάπρον. Et ap. Plut. (10, 147.) Οὔθατα συῶν ἐπιτόκων. Ceterum an ὗς e σῦς factum sit, an contra, non satis constare, B docebo paulo post in Ὗς. [" Ad Timæi Lex. 262. Valck. Hipp. p. 172. Diatr. 225. Thom. M. 916. Σ. κάπρος, Musgr. Bacch. 1025. Συῶν ἀγορὰ, Boiss. Philostr. 291. ad Ammian. Marc. 1. p. 30. Wagn." Schæf. Mss. Phryn. Ecl. 381. Σύαγρος οὐ ῥητέον· σῦν ἄγριον οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι. " Eust. 1554, 14. Σύαγροι, ὅπερ Ἴων ἀνὴρ διαλύσας σύες ἄγριοι ἐρεῖ. Vide Greg. de Dial. 422. hoc ipsum quoque Ionibus assignantem. Σῦς ἄγριος, ut Phryn. præscribit, Xen. K. Ἀ. 5, 7, 24. Plut. Pelop. 19. T. 2. p. 267. Ælian. V. H. 1, 7. Philostr. V. S. 2, 1. p. 553. Paus. 1, 32. Polemo Phys. 1, 6. Hippocr. Ep. ad Damag. T. 1. p. 24.: ὗς ἄγριος, Xen. K. Π. 1, 6, 28. Aristot. H. A. 2, 2. Antisth. Λόγ. Ὀδ. 58. Ambo vocabula vulgaris sermonis incuria in unum σύαγρος coaluerunt, ut αἴγαγρος (Nicet. Ann. 3, 5. p. 58.) * βόαγρος, ἵππαγρος, ὄναγρος, ἀγριόρνιθες, et ἀγριοχηνάρια, * ἀγριόχοιρος (Zonar. v. Χλούνης,) et alia animantium et herbarum nomina." Lobeck.]

[* Συοβόσκης, Hes. v. Ὑοβότης. Leg. in Glossis * Συοβοσκὸς, Subulcus, et Συοφορβὸς, Subulcus, Porcinus, pro Συνβοσκὸς, Συνφορβός.] Συογάστωρ Hes. exp. συοφορβὸς, i. e. Subulcus, dicens esse et ὄνομα βαρβαρικόν. At in Lex. meo vet. LEGITUR Σύργαστρος, ὑοφορβὸς, ἐργάτης. Quæ verba ap. Etym. quoque habentur. [" Valck. Diatr. 129. 135. Bergler. ad Alciphr. 319. 433., ubi et de * Συργάστωρ, Jacobs. Anth. 7, 220." Schæf. Mss. * Συοθήρας, ὁ, Philostr. Imag. 2, 17. " Athen. 1, 150. Lips." Schæf. Mss. * Συοθρέμμων, Greg. Naz. 2, 119.] Συοκτασίη, ἡ, Suis mactatio, cædes, Epigr. [Meleagri.] ITEM Συοκτονία similiter pro Porcorum cæde affertur e Dionys. P. [853. a * Συοκτόνος, Callim. H. in Dian. 216. Epigr. 30. Nonn. D. 48. p. 1292. " 1, 27. Tzetz. ad Lyc. 492." Kall. Mss. " Wakef. Herc. F. 376." Schæf. Mss.] Συοτρόφος, Qui sues alit, porcos alit. Exp. etiam Apros nutriens. [" Schol. Od. N. 404. Joseph. 1011." Wakef. Mss.] Συοφόντης, Suum interfector. Fem. Συοφόντις, Suum s. Aprorum interfectrix. Epigr. in Venat. Σὺν κυσὶ καὶ λόγχαις ταῖς D πρὶν συοφοντίσι Μάρκος Μηδὲν ἑλὼν, αὐτὸς τοὺς κύνας ἐκρέμασεν, Cum venabulis, quibus antea apros conficiebat. [" Lucillius 1. Wakef. S. Cr. 2, 100." Schæf. Mss.] Συοφορβὸς, Suum pastor, Suillum gregem pascens, Subulcus, σῦς τρέφων, ut exp. Hesych. [" Thom. M. 812. ad Dionys. H. 1, 204. 219." Schæf. Mss. " Nicol. Damasc. 465." Wakef. Mss. * Συοφορβέω, Longin. 9, 14. ubi Valck. ad Herod. 587. mallet * Συομορφέω. * Συοφορβεῖον, Aristot. H. A. 6, 18.] Συοφόρβιον, τὸ, Grex suum qui pascuntur. Itidem Hes. συοφόρβια exp. συῶν ἀγέλαι: addens et longe aliam interpr. ἢ χοίρων ἀσφαλεῖς δεσμοί. [" Ad Dionys. H. 1, 204." Schæf. Mss. Est autem ap. Phot. * Συοφορβία· ἀγέλη χοίρων. Cf. Συφορβία.] Apud Eund. [et Phot.] LEGITUR Συοβαύβαλοι, συῶν * αὐλιστήρια καὶ κοιμητήρια, Subilia, Loca ubi sues stabulantur s. dormiunt, Haræ: [et * Συνόβαυνοι· * συναυλιστήρια καὶ κοιμητήρια.] ITEM Συοβοιωτοὶ, οἱ Βοιωτοὶ σύες, Porcini Bœoti; nam irridebantur Bœoti ob porcinos mores et immunditias. [" Porson. Hec. p. lvii. Ed. 2. * Συοβοιωτικὸς, Huschk. Anal. 291." Schæf. Mss.]

Σύαγρος, ὁ, Qui sues capit, apros venatur, ὁ σῦς ἀγρεύων, ut Athen. (401.) exp. afferens e Soph. de cane, Σὺ δ', ὦ σύαγρε, πηλιωτικὸν βρέφος, [τρέφος,] qui ap. Eust. quoque legitur, p. 1872., ubi testantur esse et Nomen proprium. || Alioqui dicitur ἐπὶ τοῦ συὸς τοῦ ἀγρίου, ut ibid. Athen. annotat. [" Strabo 7, 4. p. 407. Artemid. 2, 2. 4, 56. Geop. 17, 22. p. 1136. Alex. Trall. 3, 2. p. 182. Theophil. Inst. 2, 2." Lobeck. ad Phryn. 382. Vide et Σῦς. Grammaticus Hermanni p. 320. " Athen. 1. p. 4. Valck. Hipp. p. 171. Brunck. Soph. 3, 405. 530. Heyn. Hom. 5, 651. 6, 170." Schæf. Mss.] Quinetiam, ut ibi annotatur, a Siciliæ incolis σύαγρος VOCATUR Ἀσχέδωρος: afferturque hic locus ex Æschylo, ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὡς, Velut aper. Et e Scira, Comico Tarentino, Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ, Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρώζεται. Qui versus ab Eust. quoque citantur p. 1871., ubi et ipse e Lex. Rhet. hæc ascribit, Ἀσχέδωρος, ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλιώταις: reprehendens eos qui ἀσχέδωρος exposuerunt ὁ ἄσχετα δωρούμενος: quasi i. esset q. μεγαλόδωρος. [* Σύαγος, Genus Thuris, Diosc. 1, 81.] Συάγρειος SIVE Συάγριος, Aprugnus, Qui est ex apro. Lynceus Samius in Ep. ad Apollod. ap. Athen. (402.) Ἵνα τὰ μὲν αἴγεια τοῖς παισὶ, τὰ δὲ συάγρια μετὰ τῶν φίλων αὐτὸς ἔχῃς, ubi sine diphthongo scribitur, cum diphthongo autem ap. Diosc. 2, 90. συάγρειον στέαρ: sicut αἴγειον, μόσχειον, ἐλάφειον, et hujusmodi. [Συάγρειον, Gl. Aprina, sc. caro. * Συαγρώδης, Strabo 1. p. 44. * Συαγρεσία, Rhian. Epigr. 8.] Συαγρίδες, αἱ, Piscium genus ap. Athen. [322. Cf. Συναγρίς. * Συαγρεύω, unde * " Συαγρευτὴς, Tzetz. Ch. 7, 70." Elberling. Mss.] Σύαγχος, Sues strangulans, suffocans: Hes. σύαγχος, ῥίζα ἐν ᾗ σύες θηρεύονται. Quibus verbis significare videtur Radicem qua venatores solent suffocare et capere apros. [Ad Greg. Cor. 594. * " Συβότης, Bekk. Anecd. 1, 361." Kall. C Mss. " Thom. M. 812. * Συβοτέω, ibid. ad Mœr. 355." Schæf. Mss.] Συβόσιον, τὸ, i. q. συοφόρβιον paulo ante, Grex porcorum, suum qui pascuntur, Il. Λ. 679. Od. Ξ. 101. Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν, Tot suilli pecoris greges, ubi gen. συῶν ἐκ περιουσίας additus est. Suidæ συβόσιον est τὸ * χοιροφορβεῖον: quo nomine videtur significari etiam Subile, Hara, Stabulum in quo sues s. porci nutriuntur. [" Ad Il. Λ. 678. Musgr. Rhes. 552. Villois. ad Long. 132. Heyn. Hom. 6, 239. 633. * Συβόσειον, Musgr. l. c." Schæf. Mss. Συβόσεια et συβόσια, Spitzner. de Versu Gr. Her. 86.] Συβωσία ap. J. Poll. legitur 1, c. 12. Συβώτης δ' ἐρεῖς, inquit, καὶ συβωσία, καὶ συφεοὶ, καὶ συφοὶ, καὶ χοιροκομεῖα, ἐρεγμὸς συῶν. Ubi si synonyma facit συβωσία, συφεοὶ, χοιροκομεῖα, scr. erit potius συβώσια, ut i. sit q. συβόσια: quod et ipsum accipitur pro Haris s. Suilibus, i. e. Stabulis in quibus nutriuntur porci. Suid. certe συβόσιον exp. * χοιροφορβεῖον: quod synonymum esse puto τῷ χοιροκομείον, quod ex J. Poll. paulo ante habuimus. Sin Συβωσία mendo caret, significabit Suum s. Porcorum pastura, s. Porculatio, Porcorum nutricatus, ut Varro loquitur. Pro ἐρεγμὸς autem legendum puto εἰργμὸς vel ἔργμα. Συβώτης, Suum pastor, Subulcus, Porculator, ut Colum. loquitur, i. q. συοφορβὸς s. χοιροβοσκὸς, Od. N. (404.) συβώτην εἰσαφικέσθαι, Ξ. (55.) Εὔμαιε συβῶτα, (Φ. 362.) ἀμέγαρτε συβῶτα. Utuntur et prosæ Scriptt.: ut Plato de Rep. 2. Ἔτι δὲ καὶ συβωτῶν προσδεησόμεθα. Athen. (477.) Συβῶται καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ, ὡς Εὔμαιος, Subulci et pastores. [" Ad Herod. 126. ad Mœr. 356. Thom. M. 812." Schæf. Mss.] UNDE Συβωτικὸς, Ad subulcos pertinens, Subulcis proprius: μέλος s. αὔλημα, Carmen s. Cantilena porculatorum, Carmen quod subulci solent modulari arundine. J. Poll. 4, c. 7. e Plat. Comico, συβωτικὸν μέλος αὐλεῖν. Ubi legitur ET Συβώτρια, haud scio an pro συβώτρια ᾠδὴ, Subulcorum propria cantilena: an pro Subulca, Mulier quæ porcos pascit, [fem. a * Συβωτὴρ, unde * Συβωτήριος, e quo per contr. Συβώτρια.

" Συβωτικὸς, Plut. 9, 106." Wakef. Mss. Συβωτέω, A vide Ὑοπολέω, " ad Mœr. 355. Thom. M. 812." Schæf. Mss. * Κατασυβωτέω, Porci in modum pascentis sagino, Plut. 10, 511.] Συφορβὸς, i. q. συβώτης et συοφορβὸς, s. χοιροβοσκός. Hom. adjective usurpavit, Il. Φ. (282.) Ἐρχθέντ' ἐν ποταμῷ μεγάλῳ ὡς παῖδα συφορβὸν, Veluti puer aliquis qui porcos pascit. [" Thom. M. 812. ad Dionys. H. 1, 219." Schæf. Mss] UNDE Συφόρβιον, τὸ, i. q. συβόσιον, Grex suum qui pascuntur, [Gl. Hara. " Huschk. Anal. 238. ad Dionys. H. 1, 176. 204." Schæf. Mss.] Apud Suid. legitur ET Συφορβία, ἀγέλη χοίρων, Grex porcorum. Significaret tamen potius Porcorum pastura: quomodo et συβωσία mihi exponendum videri, supra dixi. Sed nota, hoc vocab. non in sua serie ap. eum positum esse, verum post Συνοιχήσεται: ut suspicer eum scripsisse συοφορβία. [* " Συφορβέω, Buttm. Schol. Od. P. 219." Elberling. Mss. " Thom. M. 812." Schæf. Mss.]

Συώδης, Porcinus, Suillus. Dicitur in hominem immundum et spurcum, in modum suis amicæ luto; B legiturque ap. Suid. Συώδεις, ἀπὸ τοῦ τοῖς ὑσὶν ἐπιφωνουμένου. Exp. etiam ἀμαθής: item Truculentus. [" Toup. Emendd. 2, 101. Schol. Aristoph. Πλ. 303." Schæf. Mss. Phot. Bibl. 100. " Porcinis moribus præditus, Suid. v. Ἀπαίδευτοι." Schleusn. Mss.]

Σύειος, Suillus, Porcinus, Qui e sue s. porco est: κρέατα, Suillæ carnes, Athen. 3. Ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς συείοις ἡ χάλαζα.

Συϊκὸς, ET Σύϊνος, Suillus, Porcinus, ex Epigr. [Vide Συΐνη.] Sed videtur συϊκὸς, ut συώδης, dici etiam posse Qui sui s. porco similis est immunditie. [* " Συεικὸς, Συϊκὸς, Thom. M. 865." Schæf. Mss.] AT Σύϊλλος ap. Plut. Popl. (11.) Cognomen est Lat., Græcis scriptum literis, SICUT ET Καπράριος.

[* Συΐδιον, Porcellus, M. Anton. 10, 10. p. 298.]

Συὰς, άδος, ἡ, Sus. Nam Hes. teste συάδες dicuntur αἱ σύες, * ἐσχηματισμένως. Apud Eund. legitur Σύας, κύων τις * πολυρρήνιος.

Σύαινα, ἡ, quod Suculam interpretari queas: Piscis nomen est ap. Opp. (Ἁ. 1, 129.): fortassis is, C quem Plin. Porculum marinum appellat, 9, 15. Oppianus, inquit Hermolaus Barb. Castig. in Plin. 32, 11., duos pisces nominat, σκίαιναν, ab umbra dictam: et σύαιναν, a sue: quem proinde Græci recentiores Chœrillam interpr., h. e. Porculum.

Συῆλαι, Volutabra suum, Loca cœnosa s. lutosa in quibus sues volutari amant: Hes. τόποι βορβορώδεις. [Cf. Lat. Suile.]

Συηνέω, Sum συώδης, s. συϊκὸς, Porco similis sum spurcitia et immunditia. Annotat enim Suid., Plat. Philosophum συηνεῖν usurpare pro συῶδές τι ποιεῖν, et ἀμαθῶς ἀναστρέφεσθαι. [" Ad Timæi Lex. 262." Schæf. Mss.] Apud eund. Suid. ITIDEM Συηνία ET Κυηνία, ἀμαθία, σκαιότης, Sinistra imperitia, Ineptia: quod e Pherecr. affert. Eadem hæc leguntur in Lex. meo vet. et ap. Etym., nisi quod pro κυηνία HABETUR Ὑηνία: Quod magis probo quam κυηνία ap. Suid., et alias significaret Canina spurcitia, Canini mores: sicut συηνία s. ὑηνία significat Porcina im- D munditia, Porcini mores: ὑώδη ἤθη. Hes. συηνία exp. ταραχὴ, ἀηδία, addens, ἀπὸ συῶν. || Συηνία, Suidæ est etiam πόλις, i. e. Quædam urbs. SIC ET Συήνη Urbis cujusdam et Insulæ nomen est in Ægypto, Strabo, Plin. UNDE Συηναῖος ET Συηνίτης, ὁ, Qui e Syene est, Syene ortus: quorum illud ap. Suid. legitur, hoc ap. Plin. qui 36, 8. Syenitæ etiam lapidis meminit: Circa Syenem vero Thebaidis, inquit, Syenites, quem ante Pyrrhopœcilon vocabant. || Porro συήνη a Suida exp. etiam * δερματοθήκη. AT Συΐνη, ἡ συκέα, inquit. Item ap. eum paulo post legitur, Σύϊνον ἔλαιον, καὶ σησάμινον, ᾧ ἐχρίοντο οἱ σὺν Κύρῳ στρατευθέντες. Fortassis autem his verbis, συήνη, δερματοθήκη, intelligit θήκην ἐκ συείου δέρματος, Thecam e corio suillo. Vide Συβήνη paulo post. [Συηνία, Cutis suilla, Plut. 10, 111. " Ad Timæi Lex. 262." Schæf. Mss.] " Συανία, Convitium; " item Consertio manuum, VV. LL. ex. Hes." [" Usus est Epicharmus in ista gradatione de vino, ap. Athen. 2, 2. p. 36. ad quem respicit Hes. Vide Casaub. p. 79. Sed ibi habetur * θυανία." Soping. " Cf. Kuster. ad Suid. 2, 669. v. Οἶνος. Ut σῦς et ὗς, ita Συανία i. q. Ὑανία." Alberti.]

Σύβαξ, ακος, ὁ, Qui porcinis moribus est: unde ap. Hes. legimus, Σύβακα, συώδη. Apud Eund. LEGITUR Σύβας, λάγνος: ET Συβάλλας, ὁ καταφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίσια: ut significent, Proclivis ad venerem more suis, Salax et libidinosus in modum suis. Esse autem libidinosum animal, e v. καπρᾷν, et Lat. Subare, colligi queat: præterea e fœcunditate; bis enim quotannis parit.

Συβήνη, i. q. συήνη, quod dixi videri mihi significare θήκην ἐκ συείου δέρματος, Thecam e suillo corio, Suida exponente * δερματοθήκη: cum Eidem συβήνη sit ἡ δερματίνη * αὐλοθήκη, s. φαρέτρα, Coriacea tibiarum theca, aut pharetra: afferenti Aristoph. Θ. fin., ubi mulierculæ dicenti, τἀργύριον τοίνυν φέρε, i. e. Drachmam pro concubitu, respondet Scythes sagittarius Ἀλλ' οὐκ ἔχω οὐδέν· ἀλλὰ συβήνην λάβε: Nihil numorum habeo; sed accipe hanc coriaceam sagittarum thecam. Hes. quoque exp. τοξοθήκη: item * αὐλοθήκη, addens etiam, ἢ ὁ ναυτικὸς χιτών. Apud J. Poll. LEGITUR Συβίνη: 7, c. ult., ubi ποιητικὰς τέχνας recenset: Ἡ δὲ τῶν αὐλῶν θήκη, συβίνη. Hesychio autem συβίνη est * καπροβόλιον, Hasta qua apri figuntur, Venabulum quod jaculantur venatores in apros: qualis supra ἡ συοφόντις λόγχη, Hasta qua feri sues conficiuntur. Idem Hes. exp. etiam ἐμβόλιον. Quo verbo Rete significari puto, quod suibus feris s. apris tenditur: NAM Ἐμβόλιον Retium generi ab J. Poll. annumerari, supra docui, T. 1. col. 680. [" At ap. Hes. ἐμβόλιον non Rete intelligitur, sed Venabulum, s. Hasta, ut supra docuimus (col. 2610.)" Schw. Mss. " Συβήνη, Phryn. Ecl. 35." Schæf. Mss. Συβίνη, Brunck. ad Aristoph. Θ. 1197. 1215.]

Ceterum pro Συβήνη et Συβίνη alicubi scriptum LEGITUR Σιβήνη ET Σιβύνη: ut ap. J. Poll. 10, (53.) Καὶ σιβήνην δὲ, τὴν τῶν αὐλῶν θήκην καλοῦσι: quam ibid. γλωττοκομεῖον appellat, quod ibi reponantur tibiarum lingulæ. Posterius Σιβύνη pro Venabulo usurpatum legitur non ap. λογογράφους solum, verum et ap. Lexicographos. Hes. enim σιβύνην esse dicit ὅπλον δόρατι παραπλήσιον, Telum hastæ assimile, Spiculum, ut quidam volunt: Suid. ἀκόντιον Ῥωμαϊκὸν, Jaculum Romanis usitatum. Diod. S. Τῶν ἀξόνων τὰ προέχοντα χρυσᾶ κατεσκεύαστο, προτομὰς ἔχοντα λεόντων σιβύνην ὀδὰξ κατεχούσας, ubi interpr. Hastile. Aliquoties ap. Athen. legitur, ut 5. p. 61. Ed. Ald.(=201.) Μεθ' οὓς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ δύω, ἔχοντες σιβύνας ἐπιχρύσους: 12. (p. 537.) de Alexandro Magno, Πολλάκις τὴν Περσικὴν στολὴν ὑποφαίνων, ἄνωθεν τῶν ὤμων, τό, τε τόξον καὶ τὴν σιβύνην. [" Toup. Opusc. 1, 415. 2, 110. Jacobs. Anth. 6, 143. 8, 23. Brunck. Aristoph. 1, 142. (Θ. 1197.) ad Diod. S. 2, 279. 429. * Σιβύνης, ὁ, Jacobs. Anth. 8, 23." Schæf. Mss. Cf. Ζιβύνη.] UNDE Σιβύνιον, τὸ, Parva σιβύνη: Hastula interpr. Bud.: alii Hastile, Spiculum. Polyb. (6, 23, 9.) Οἱ γεμὴν ὑσσοὶ λεπτοὶ ἐοίκασι σιβυνίοις συμμέτροις, οὓς φοροῦσι μετὰ τῶν προειρημένων.

Ejusd. cum σιβύνη signif. est NOMEN Σίγυννος, SIVE Σιγύνης. Suidas σιγύνους simpliciter ait a Macedonibus vocari δόρατα: Hes. vero exp. ξυστὰ δόρατα, item ὁλοσιδήρους ἄκοντας. Exempla hujus usus affert Suid. ex Epigr. hæc, Τόνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὸν σιγύνην. Item, Τὸν κύνα, τὰν πήραν τε, καὶ ἀγκυλόεντα σίγυνον. Ubi etiam nota, mediam syllabam corripi in σιγύνην, produci in σίγυνον: nisi potius σίγυνον scr. sit, gemino ν. At ap. Hes. legitur σίγυννοι, duplici γ, perperam. [Opp. K. 1, 152. σιγύνην εὐρυκάρηνον. * " Σιγύνη, Toup. Opusc. 1, 415. Tyrwh. ad Aristot. 175. ad Herod. 375. (5, 9.) Jacobs. Anth. 6, 143. 8, 23. Huschk. Anal. 231. ad Diod. S. 2, 279. Σιγύνης, Wessel. Diss. Herod. 55. Jacobs. Anth. 8, 23. Σίγυνος, ibid. Huschk. Anal. 231. Brunck. Apoll. Rh. 61. (2, 99.) Σίγυνοι, 149. (4, 322.) Jacobs. Anth. 8, 23. Σίγυνον, 11, 117. Chardon Magaz. Encycl. 1796. N. 1. p. 99. Tyrwh.

l. c. ad Herod. l. c. ad Diod. S. 1, 311. 2, 279. A
Bentl. Ep. ad Hemst. p. 86." Schæf. Mss. Vide Σίγυμνον.]

Συφαιὸς, ὁ, Subulcus, Porculator: χοιροβοσκὸς, Hes. Συφεὸς, Stabulum suum, Hara porcorum, Suile: τόπος ὅπου αἱ σύες τρέφονται, Hes.: qui συφεοὶ exp. etiam οἱ τῶν συῶν οἶκοι. Ipse Hom. satis aperte indicat quid eo nomine intelligat, cum ait Od. Ξ. 13. συφεοὺς δυοκαίδεκα ποίει Πλησίον ἀλλήλων, εὐνὰς συσίν: K. (320.) Ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξαι ἑταίρων, ubi NOTA Συφεόνδε adverbialiter positum pro εἰς συφεὸν, sicut οἰκόνδε, πόλεμόνδε, pro εἰς οἶκον, εἰς πόλεμον. [" Toup. Opusc. 1, 460." Schæf. Mss. * Συφειὸς, Od. K. 389.] Συφεὼν, ῶνος, ὁ, idem. Agathias ap. Suid. Ὥσπερ ἐν συφεῶσι καὶ μάνδραις τὰ τῶν Ῥωμαίων μεμενήκει στρατεύματα, In haris et caulis. Suidæ quoque συφεὸς et συφεὼν sunt τόπος ὅπου αἱ σύες τρέφονται. [" Toup. l. c." Schæf. Mss. " Schol. Od. K. 389." Wakef. Mss.] Συφὸς, ὁ, idem, teste J. Poll., cujus verba citavi in Συβωσία, [Lycophr. 676. * Συφετὸς, J. Poll. 9, 16. Schneidero B
susp.]

Σύσις vocabant Hippocratis filios, item Panætii et Memnonis, εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες, ut annotatur in Lex. meo vet., ubi pro ὑηνίαν scriptum habetur etiam συηνίαν: quorum utriusque supra facta est mentio.

¶ Ὗς e σῦς factum esse traditur in Lex. meo vet., σῦς autem παρὰ τὸ σεύεσθαι: cujus etymi facta mentio fuit et supra. Affertur tamen et aliud ibi etymon, sc. ὗν dici παρὰ τὸ ὕεσθαι, quoniam id animal φιλεῖ βρέχεσθαι et ὕδατι ἐπιτέρπεται. Quam derivationem sequendo, ὗς prius esse dicendum foret; sed luto potius amicam esse suem, ut loquitur Horat., quam simpliciter aquæ, nemo ignorat. Atque adeo ap. Athen. (401.) quidam dipnosophista dicit, Προφέρεσθαι δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς σὺν τῷ σ σῦς ἑτοιμότερον· παρὰ τὸ σεύεσθαι· καὶ γὰρ ὁρμητικῶς ἔχειν τὸ ζῶον εἴρηται. Quinetiam Latinos e Σῦς, non ex Ὗς sumsisse suam vocem Sus, non dubium est quin multi dicturi sint. Sed parum valida hæc objectio fuerit, C
cum Latinos in aliis vocibus aspirationem Gr. in literam S mutasse sciamus, et Græcos μικρὸς itidem dixisse prius quam σμικρὸς multi existiment. Adde quod Homero frequens est hujus quoque nominis ὗς usus: ut Od. N. (410.) τά θ' ὕεσσι τρέφει τεθαλυῖαν ἀλοιφήν. Et Ξ. (414.) Ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριστον, ἵνα ξείνῳ ἱερεύσω. Rursum N. (405.) ὑῶν ἐπίουρος. Xen. (Ἀπ. 2, 7, 6.) Ὗς πολλὰς καὶ βοῦς τρέφει. Idem, (K. Π. 1, 6, 19.) Ὗς ἀγρίους δουλοῦν, Sues feros subigere: ut Æschin. (90.) Ὗς ἀγρίους κυνηγετεῖν. Ubi ὗς ἄγριοι dicuntur Sues feri, ut Plin. loquitur, i. e. Apri, ad differentiam cicurum et domesticorum, quos ὗς ἡμέρους appellat Aristot. H. A. 6. de quibus intellexit Comicus quidam ap. Athen. (581.) cum dixit, Τὰς ὗς ἐπὶ νομὴν καιρός ἐστιν ἐξάγειν. Ceterum affertur præter superiora duo tertium quoque etymon, ap. Athen. (401.) sc. τὸν ὗν συνηρῆσθαι, οἱονεὶ θῦν, τὸν εἰς θυσίαν εὐθετοῦντα. Similiter Clem. Alex. Str. 2. Λέγεται γ' οὖν τινὰ τῶν φιλοσοφούντων, ἐτυμολογοῦντα τὴν ὗν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ D
σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. Et Varro R. R. 2, 4. Sus Græce dicitur ὗς, olim θῦς, ab illo verbo dictus, quod dicitur θύειν, quod est Immolare. A suillo enim pecoris genere immolandi initium primum sumtum videtur: cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis Pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur: et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria, in conjunctione nuptiali, nova nupta et novus maritus primum porcum immolant. Hæc inter alia ibi, ubi tamen θύτης legitur, non θῦς. || Sunt porro et θαλάσσιοι ὕες, Porci marini: Plin. certe Porculum marinum piscibus annumerat 9, 15. ut in Σύαινα docui. Athen. (302.) Οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις λέγων ὗς εἶναι θαλαττίους τοὺς θύννους. Nam ut θύννος dicitur nomen accepisse παρὰ τὸ θύειν τὸ ὁρμᾶν, ita σῦς παρὰ τὸ σεύεσθαι, verbo synonymo: uterque διὰ τὸ ὁρμητικόν. Apud Eund. (326.) Archestr. Ἐν δ' Αἴνῳ καὶ τῷ Πόντῳ τὴν ὗν ἀγόραζε, Ἣν καλέουσί τινες θνητῶν ψαμμῖτιν ὀρυκτήν. Quibus verbis innuere videtur Archestr. piscem illum τὴν ψάμμον s. Limum subruere, et in eo volutari, perinde ut sus in cœno, s. luto. [" Fac. ad Paus. 3, 288. Toup. Emendd. 2, 382. ad Diod. S. 1, 43. 380. Thom. M. 916. Stanl. Eum. 283. Brunck. Aristoph. 1, 48. Ὗς, σῦς, Belin. ad Lucian. V. p. 76. 81. De genere, ad Diod. S. 2, 495. Ὗς, ἡ, Wakef. Georg. 37. Toup. Emendd. 4, 496. Nom. propr., ad Anton. Lib. 285. Verh. De suum usu ap. veteres, Valck. ad Herod. 125. Sues Veneri sacrificati, Fabric. Bibl. Gr. 3. p. 820. Sic dicti Bœoti, Huschk. Anal. 291. Porson. Hec. p. lvii. Ed. 2. Ruhnk. ad Vell. p. 73. Κἂν ὗς δάκοι, Jacobs. Anth. 10, 219." Schæf. Mss. Plato Amat. 134. Ὤιμην, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, κἂν ὗν γνῶναι. Ὗς ἄγριος, vide in Σῦς.]

Ὑοβοσκὸς, ὁ, Suum pastor, Subulcus, Suarius, Porculator, Porcarius, i. q. χοιροβοσκὸς, συβώτης. [* " Ὑοβοσκέω, ad Mœr. 355. Thom. M. 812." Schæf. Mss.] Ὑοβότης, idem: συοβόσκης, Hes. Ὑοειδὴς, Sui assimilis, Suis figuram gerens, Figuram gerens literæ Υ. Gorr., Ὑοειδὲς ὀστοῦν est Os bicorne, pluribus ossiculis contextum, in similitudinem literæ υ, (quamobrem a quibusdam dicitur ETIAM Ὑψιλοειδὲς,) ad radicem linguæ situm. Sunt etiam qui λαμβδοειδὲς appellent, communi cum capitis sutura nomine, a litera Λ, quæ inversa, non est valde absimilis τῷ Υ: firmamentum est musculorum linguæ et laryngis. Hæc ille inter alia. Vide et J. Poll. (2, 202.) ac Ruf. Ephes. Vide et Παραστάτης. In VV. LL. scribitur ETIAM Ὑωειδές. [* Ὑόκοπρος, Gl. Succerda.] Ὑομουσία, ἡ, Musa porcina, Cantus suum grunnitum referens, Aristoph. Ἱππ. (986.) θαυμάζω τῆς ὑομουσίας Αὐτοῦ: de quodam, qui dicebatur τὴν Δωριστὶ μόνην ἂν ἁρμόττεσθαι θαμὰ τὴν λύραν, ἄλλην δ' οὐκ ἐθέλειν μαθεῖν, Schol. * χοιρωδίας, ἀπαιδευσίας. Ὑοπόλος, Qui circa sues versatur, i. e. Subulcus, Suarius, Porcularius, Porculator. J. Poll. 7. synonymum facit τῷ ὑοφορβὸς, συφορβὸς, συβώτης. Ὑόσερις, Porcina seris, Herba intybo similis, sed minor asperiorque tactu, ut Plin. tradit 27, 10. ubi tamen Hyosiris scriptum est. Ὑοφορβὸς, Suilli pecoris pastor. Vide Ὑοπόλος. [* Ὑοφορβεῖον, Gl. Porcinarium. * Ὑοφόρβιον, Strabo 4. p. 301. 333.]

Ὑοσκύαμος, ὁ, Faba porcina, suilla, Herba quædam ex eo nominata, quod ejus pastu resolvantur et convellantur apri, ut prodit Ælian.: addens, id fieri præsenti mortis periculo nisi statim copiosa aqua intus et foris se proluerint. Plin. 25, 4. Herculi eam quoque ascribunt, quæ Apollinaris, ap. Arabas Altercum s. Altercangenon, ap. Græcos vero ὑοσκύαμος appellatur. Ubi vide plura ejus genera: vide et Diosc. 4, 69. UNDE Ὑοσκυάμινος, Ex hyoscyamo confectus, Ex alterco s. Apollinari herba confectus: ἔλαιον, Diosc. 1, 43.: quod Plin. quoque Hyoscyaminum oleum appellat, e semine ejus herbæ fieri scribens, in l. c., et 23, 4. ET Ὑοσκυαμάω SIVE Ὑοσκυαμέω, Insanio more eorum qui hyoscyamum gustarunt. Suid. ὑοσκυαμᾶν simpliciter exp. μεμηνέναι, παραπαίειν, addens e Pherecr. ὑοσκυαμᾶς ἀνὴρ γέρων, Deliras senex. Eadem habentur in Lex. meo vet. et ap. Etym. Apud Hes. vero ὑοσκυαμεῖς, μαίνῃ: ἀπὸ τῆς πόας. Ceterum herbam hanc esse δηλητήριον, Diosc. quoque testatur l. paulo ante c., dicens μανιώδη καὶ καρωτικήν: et Plin. 25, 4. insaniam gignere capitisque vertigines, mentem caputque infestare, mentem tentare et corrumpere. Et rursum Diosc. 6, 15. Ὑοσκύαμος δὲ ποθεὶς ἢ βρωθεὶς παρακοπὴν τοῖς μεθύουσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει. Et Scrib. Larg. de Comp. Med. c. 49. Altercum (quod Græci ὑοσκύαμον vocant) qui biberunt, caput grave venisque distentum habent, mente abalienantur cum quadam verborum altercatione, (inde enim hoc nomen herba trahit Altercum,) postea sopiuntur, et omni sensu carent, livescentibus membris eorum. [" Xen. Œc. 1, 13. Schneid. p. 6." Schæf. Mss. Nicander Ἀ. 416. * Ὑοσκύαμον, τὸ, Suid., Schneidero susp.]

Ὕσθριξ, SIVE Ὕστριξ, Suis pilos habens, Porcinas setas habens. Est animal de erinaceorum genere. Plin. 8, 35. Hystrices generat Africa et India, spina contectas, ac erinaceorum genere; sed hystrici lon-

giores aculei, et, cum intendit cutim, missiles: ora urgentium figit, et paulo longius jaculatur. Opp. quoque K. 3, 394. scribit, ἀμφί τε ῥινὸς Τρηχείαις λασίαισι πέριξ πέφρικεν ἐθείραις, Ὀπποίαις θωρῆξατ' ἐχίνων αἰόλα φῦλα. Et cum venatores eum canibus persequuntur, ἔφριξεν ἐθείρας, Καί τ' ὀπίσω νώτοισιν ἀκαχμένον ὠκυπέτῃσι Ἰθὺς ἀκοντίζει μαλερὸν βέλος. Quæ cum Plinianis consentiunt. Vide et Ælian. et Aristot. Proverbium autem, Θρὶξ ὕστριχος, Hystricis seta, vide ap. Erasm. Chil. Verum Opp. l. c. habet ὑστρίγγων, ab alio nominativo, NIMIRUM Ὕστριγξ: sic enim ibi, Ὑστρίγγων δ' οὔπω τι πέλει κατὰ δάσκιον ὕλην Ῥίγιον εἰσιδέειν, οὐδ' ἀργαλεώτερον ἄλλο. || Suidæ ὕστριξ est non solum ὁ ἀκανθόχοιρος s. χερσαῖος ἐχῖνος, verum etiam ἐκ δέρματος μετ' αὐτῶν τῶν τριχῶν μάστιξ, Flagrum e corio adhuc setis suis munito. Ambiguum vero intelligatne de suis an de hystricis corio. [Callim. 3, 96. " Valck. Diatr. 200." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 849." Wakef. Mss.] ITEM Ὑστριχὶς, ίδος, ἡ, i. q. ὕστριξ, Schol. Aristoph. Εἰρ. Ἔστι καὶ ὑστριχὶς θηρίον τρίχας ἔχον ὑὸς, ἃς ἐν τῷ διώκεσθαι ἐξακοντίζει κατὰ τῶν διωκόντων. Quæ ap. Suid. quoque leguntur, et consentanea sunt iis quæ in Ὕστριξ e Plin. et Opp. attuli. Annotat autem hæc Schol., cum ὑστριχὶς exposuisset ἡ ἐξ ὑείων τριχῶν μάστιξ, in hoc Aristoph. loco (746.) Ὦ κακόδαιμον, τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι Ἐς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ, κἀδενδροτόμησε τὰ νῶτα; [B. 619.] Ajunt autem servos cædi solitos fuisse hujusmodi flagris et ῥυτῆρσι, loris. Itaque ὑστριχὶς, perinde ut ὕστριξ, signif. et Hystricem et flagellum e setis suillis: quemadmodum et ab Hes. exp. μάστιξ πεπλεγμένη ἐξ ὑείων τριχῶν. [" Bergler. ad Alciphr. 369." Schæf. Mss. " Schol. Il. Ψ. 115." Wakef. Mss. * Ὕστριχος, Philo 2, 645.] " Ἰστρυχὶς, " ap. J. Poll. 2. legitur, diciturque esse μάστιξ. Sed " perperam scriptum pro ὑστριχὶς, ut ex ipso etiam " patet: cum ita denominari τὴν μάστιγα dicat ἀπὸ " τῶν τριχῶν."

Ὕσκυθα, Succerda, Excrementum porcinum, Stercus suillum, ὑὸς ἀφόδευμα, Hes. At Diosc. dicit ὑὸς ἀγρίου ἄφοδος, 2, 99. περὶ ἀποπάτων. Vide et sequens.

Ὑσπέλεθος, ὁ, idem, J. Poll. 5, c. 14. Ὄνου κόπρον, ὀνίδα καὶ ὄνθον. Ὅμηρος δὲ ὄνθον βοῶν· χοίρου, ὑσπέλεθον· προβάτων, οἴπτωτον. Ubi tamen perperam pro ὑσπέλεθον LEGITUR Ὑπέλευθον. Utitur hoc vocab. Dion 46. p. 197., cujus verba citavi in Οἰσπώτη. Potes autem scribere vel ὑσπέλεθος, quoniam σπέλεθος dicitur: vel ὑσπέλεθος, jungendo σ cum υ: dicitur enim et πέλεθος. Præcedentis autem ὕσκυθα etymon aliud non reperire potui, nisi forsan a κύθη aut κύθον: unde ap. Hes. κυθώδεος, δυσόσμου: et κυθωνύμου, quod æquivalere existimo τῷ κοπρωνύμου. AT Ὑσπελέθας, Nom. proprium, Suid.

Ὕσπληξ, SIVE Ὕσπληγξ, (ut ὕστριξ et ὕστριγξ,) ηγος, s. ηγγος, ἡ, Scutica qua sues verberantur, Flagellum quo subulci porcos agitant. Hesychio vero est μύωψ ὁ πλήσσων τοὺς βόας, Stimulus quo agitantur boves; solent enim bubulci longo baculo infigere aculeum, quo pungant boves tardius progredientes. Itidem a Suida exp. φραγγέλιον, βούκεντρον, ἢ μύωψ ὁ πλήσσων τοὺς βοῦς. Quæ eadem leguntur in Lex. meo vet., ubi etiam additur, ὕσπληγα dici διὰ τὸ γίνεσθαι τὴν μάστιγα ἀπὸ τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν, quod ut plurimum fieret e setis porcinis; atque hoc pacto i. esset q. ὕσθριξ s. ὑστριχίς. Ab eod. Hes. exp. etiam παγὶς λύκων, Laqueus quo lupi irretiuntur, Tendicula qua lupi capiuntur, Laqueus aut Decipulum quod lupis tenditur. Exp. etiam βαλβὶς, quo nomine signif. Carceres, s. Locus unde dimittuntur, qui cursu ad metam contendunt sive equi s. cursores; aut Linea recta a qua cursus initium sumunt cursores, et qui equis ταχυδρομοῦσιν ad metam properant. Pro Flagro s. Scutica qua incitatur aliquis ad cursum, videtur accepisse Plut. de Deo Socr. 1023. meæ Ed. (=8, 327.) Ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου μυρίαις ὁρμαῖς οἷον ὕσπληξιν ἐντεταμένη, μακρῷ πάντων ὀργάνων εὐστροφώτατόν ἐστιν, ἄν τις κατὰ λόγον ἅπτηται, ῥοπὴν λαβοῦσα πρὸς τὸ νοηθὲν κινεῖσθαι. Referendum

A huc mihi videtur et hoc Lucillii Epigr. εἰς ἀγωνιστὰς, p. 128. meæ Ed., ubi Periclem segnem cursorem ridet, Καὶ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦται Ἄλλος, καὶ Περικλῆς δάκτυλον οὐ προέβη. Puto enim ὕσπληγγος ψόφον eum nominare Strepitum s. Crepitum scuticæ, quo cursoribus signum cursus dabatur, cum postea vocarint etiam Locum ὕσπληγα s. ὕσπληγγα, s. Ipsos carceres unde erupturis cursoribus sonitu flagelli signum cursus dabatur. Indicat igitur Lucillius, signum datum fuisse, et eum qui cursu certabat cum Pericle, jam metam attigisse ac coronam accepisse, cum Pericles ne digitum quidem latum progressus esset: quod extremæ tarditatis et ignaviæ signum est. Alludit ad h. l. aut certe ad similem alium Plut. Polit. Præc. 583. Ald. (9, 209.) Ὅπου δὲ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λάδα λέγουσιν, Ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασιν, ἔνθα καὶ ἐστεφανοῦτο πρεσβεύων ἢ θριαμβεύων ἢ στρατηγῶν ἐπιφανῶς, οὔτε οἱ φθονοῦντες οὔτε οἱ καταφρονοῦντες ὁμοίως ἐπὶ τούτων ἰσχύουσιν: significans invidiam aut contem-

B tum nihil posse, cum is, cui invidetur, jam metam summorum honorum attigerit, curriculo strenue et egregia pernicitate confecto. Igitur Brodæus, ad perficiendum Epigr. illud Ladæ, illi hexametro, Ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο, hunc pentametron adjicit, Νικῶν· οἱ δ' ἄλλοι πρὸς δρόμον ηὐτρέπισαν: ut significet, Ladam, vix scutica dato cursus signo, jam ad metam pervenisse et coronam abstulisse, cum alii ad curriculum se adhuc accingerent. Nam ποδωκέστατον fuisse hunc Ladam, patet e l. 4 Epigr. p. 295., ubi in ipsum quidam hoc Epigr. lusit, Λάδας τὸ στάδιον εἴθ' ἥλατο εἴτε διέπτη, Δαιμόνιον τὸ τάχος: et paulo post ei tribuitur βάσις πνεύματος ὠκυτέρη, Gressus pernicitas ventum superans. Videtur huc respexisse Lucian. quoque, (1, 130.) Ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, Vix scuticæ crepitu signum curriculi datum fuerat, cum præco me victorem renuntiat et coronandum: (3, 142.) Ὁ ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης, μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος,

C καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἀν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ. Ubi cum dicat τῆς ὕσπληγγος καταπεσούσης, et in præcedente loco, Ἅμα ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, puto ὕσπληγγα nominatum fuisse etiam Repagulum, aut Funem obtentum cursoribus s. τοῖς ἱπποδρομοῦσι, quo laxato dejectoque curriculum ingrederentur. Quam opinionem confirmatum iri puto his verbis Paus. Eliac. 2. p. 156. Ἑκατέρα μὲν δὴ πλευρὰ τῆς ἱππαφέσεως πλέον ἢ τετρακοσίους πόδας παρέχεται τοῦ μήκους· ᾠκοδόμηται δὲ ἐν αὐταῖς οἰκήματα· ταῦτα τὰ κληρωτὰ οἰκήματα διαλαγχάνουσιν οἱ ἐσιόντες ἐς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων· πρὸ δὲ τῶν ἁρμάτων, ἢ καὶ τῶν ἵππων τῶν κελήτων, διήκει καλώδιον ἀντὶ ὕσπληγος. Et mox, Πρῶτοι μὲν δὴ ἑκατέρωθεν οἱ πρὸς τῇ στοᾷ τοῦ ἀγνάπτου, χαλῶσιν ὕσπληγες· καὶ οἱ κατὰ τούτους ἑστηκότες, ἐκθέουσιν ἵπποι πρῶτοι· θέοντές τε δὴ γίνονται κατὰ τοὺς εἰληχότας ἑστάναι τὴν δευτέραν τάξιν· καὶ ηνικαῦτα χαλῶσιν ὕσπληγες οἱ ἐν τῇ δευτέρᾳ τάξει: Et tunc laxatur funis qui prætenditur secundo ordini. Suidas quo-

D que exp. ἀφετηρία, (sicut in præcedente Paus. l. synonyma habet ἄφεσιν et ἱππάφεσιν,) afferens h. l. e quodam, quem non nominat, Ὁ δὲ, καθάπερ ἀπὸ ὕσπληγγος, ἕτοιμος ὢν, ἐξ αὐτῆς ἧκε. Item hunc ex Josepho, Οἱ δὲ ἑστᾶσιν ὥσπερ ἐφ' ὕσπληγγος, ἐξορμᾷν ἕτοιμοι. Itidem J. Poll. 3. Καὶ ὅθεν μὲν ἀφίενται, ἄφεσις, καὶ ὕσπληγξ, καὶ γραμμὴ καὶ βαλβίς. Quibus repagulis, s. carceribus unde curritur, opp. καμπὴ s. νύσση, Meta ubi subsistunt et pedem reflectunt. Annotatur in Lex. meo vet. ὕσπληγα vocari τὴν ἀφετηρίαν, διὰ τὸ ἐκεῖσε πλήττεσθαι τῇ μάστιγι τοὺς ἵππους. Solent certe equi curriculum ingredientes scuticis incitari ut currant velocius. || Hesychio Ὕσπληγξ est non solum ἄφεσις, ἀφετηρία, sed etiam ὁ ἐν (quæ duo verba suppleo) τῇ γῇ πάσσαλος, et ὁ κεράτινος κρίκος, Paxillus terræ infixus, Annulus corneus. Idem ὕσπληγγα exp. etiam τὸ ῥόπτρον τῆς σφραγῖδος. [" Kuhn. ad Paus. 153. vertit Repagulum, Eust. ad Dionys. P. 121. Valck. Adoniaz. p. 287. Epist. ad Röv. p. xi. ad Mœr. 104. ad Charit. 216=432.

Harles. ad Theocr. 153. Toup. Opusc. 1, 177. Eichst. Quæst. p. 44. ad Lucian. 1, 90. Brunck. El. 686. Phryn. Ecl. 24. Jacobs. Anth. 8, 44. 9, 164. 11, 344. Dionys. H. 1, 583. Heind. ad Plat. Phædr. 276. Ψόφος ὕσπληγγος, Jacobs. Anth. 12, 59." Schæf. Mss. Opp. Ixeut. 3, 18. " Phrynichus App. Soph. p. 69. Ὕσπληξ θηλυκῶς, οὐκ ἀῤῥενικῶς, cui accedunt Etym. M. v. Ἀλώπηξ, Mœris 376. Thomas 877. In Atticorum libris qui hodie superstites sunt, ne tenuissimum quidem hujus vocabuli indicium affertur, ideoque a Thoma p. 131. e toto repudiatum videtur. Ἡ ὕσπληξ Heliod. 4, 3. p. 137. τῆς ὕσπληγγος Lucian. l. c. Plut. Symp. 8, 9, 3. τὴν ὕσπληγγα Harpocr. v. Βαλβίς. Ὁ ὕσπληξ Eust. 598. ὁ ὕσπληγξ Hero Autom. 241. τοῦ ὕσπληγγος 266. οἱ ὕσπληγγες Paus. 6, 20. p. 206. Nulla cum generis signif. ὕσπλαγξ Theocr. 8, 58. ἀπὸ ὕσπληγγος (pro ἀφετηρίας) Gal. de Trem. Palp. 6. p. 213. Epigr. adesp. 106. T. 4. p. 139., ubi Cod. Vat. ὕσπληγος, quam formam etiam Codd. plures in Lycophr. 22. tuentur, quamque T. H. ad Lucian. Tim. 376. vetustis Codd. et Editt. consuetam dicit. Hes. Ἄφεσιν, ὕσπληγα, quod male solicitant. Atque hæc varietas terminalis est in multis aliis. Μῆνιγξ et * μῆνιξ, Meninx et Menix, v. Tzschuke ad Pomp. Mel. Nott. Crit. P. 2. V. 2. p. 456. μάστιξ et * μάστιγξ, φάρυξ et φάρυγξ, φῦξ (an φὶξ?) et σφὶγξ, πῶυξ et πῶυγξ, * σμῶδιξ et * σμῶδιγξ, ὄρυξ et * ὄρυγξ, quorum modo exilior, modo plenior forma magis recepta est. Ad eam terminationem partim traducuntur nomina jam deformata, ut πλάτη, πλάτιγξ, partim solitaria est, ut πλάστιγξ, φύσιγξ, σύριγξ, ὄστλιγξ, φαύσιγξ, πίφιγξ, σπήλυγξ, λάϊγξ, στρόφιγξ, στόρθυγξ. Ὕσπληξ autem unde ortum habeat, e Dorica forma * ὑσπλαγὶς s. ὑσπλατὶς intelligitur, quæ cum feminini generis sit, etiam illud recte a Phryn. præcipi apparet." Lobeck. ad Phryn. 71. " Jambl. Arithm. 107. Ὡς ἀπὸ ὕσπληγγος μέχρι ὡσανεὶ καμπτῆρος τῆς τοῦ ἀποτελεσθησομένου πλευρᾶς, καὶ πάλιν ἡ ἐπάνοδος ὡς ἐπί τινα νύσσαν. * Ἀντίσπληξ, forte * ἀνθύσπληξ, Arcad. p. 19. sine interpr." Schn. Lex. Suppl.] Præcedenti autem ὕσπληγξ significanti πάσσαλον aut κρίκον κεράτινον, synonyma est ap. Eund. VOX Ὕσσακος, SIVE Ὑστακὸς, AUT Ὕσταξ. Sic enim ap. eum legimus, Ὕσσακος, ὑστακὸς, ὕσταξ, πάσσαλος κεράτινος, Paxillus corneus. Itidemque in Lex. meo vet. ὑσσάκους exp. πασσάλους. [* Πύσσαχος, Hesychio ξύλον καμπύλον, τοῖς μόσχοις περὶ τοὺς μυκτῆρας τιθέμενον, ὃ κωλύει θηλάζειν. Hephæst. p. 13. Εἶμ' ὡς ἀπὸ πυσσάχω λυθεῖσα, e T. H. emend. pro πυσσάλω.]

ITEM Ὑσπλάτις dicitur pro ὕσπληξ: a πλάτη significante πληγή: unde πλατάσσω, τὸ πλήσσω. Suidas certe ὑσπλάτιδος exp. ἀφέσεως, βαλβίδος, in h. l. Aristoph. (Λ. 1000.) αἴπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάτιδος [ὑσπλαγίδος, Br.] Ἀπήλασαν τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὑσσάκτων [ὑσσάκων, Br.] ut sit, ἀπὸ μιᾶς ἀφετηρίας, s. ἀπὸ ἑνὸς κανόνος, Uno consensu: more eorum qui, ex unis erumpentes carceribus, æquali fere cursu ad metam contendunt. Nisi malis, Uno consensu, veluti boves quæ uno eodemque stimulo agitantur. Ubi nota ETIAM Ὑσσάκτων, quod exp. γυναικείων αἰδοίων. [" Ὕσπλαγις, ad Mœr. 376." Schæf. Mss.]

[* Ὑσπόλος, unde] Ὑσπολέω, Circa sues versor, Porcorum pascendorum curam habeo, Porcos pasco: unde ap. Hes. Ὑσπολεῖν, συβωτεῖν, Suilli gregis pastorem esse. Supra autem ex J. Poll. habuimus ὑοπόλος pro συβώτης. Sed nota ET Συβωτεῖν, quo Hes. utitur in exponendo ὑσπολεῖν.

Ὑφορβὸς, i. q. ὑοφορβὸς, ut συφορβὸς i. q. συοφορβὸς, i. e. Suilli generis pastor, Suarius, Porcarius, Subulcus. Legitur ap. Gell. 13, 9. et Latine redditur Subulcus.

Ὑάγχη, ἡ, Angina porcina, Anginæ species qua sues corripi solent: ut et Plin. 8, 51. testatur suillum genus morbis esse obnoxium, anginæ maxime et strumæ. Alii interpr. Angina, quæ cum tumore exteriores faucium partes occupat, eo quod suum colla sæpius hac inflammatione afficiantur. Item a canibus κυνάγχη vocatur. Vide Συνάγχη, T. 1. col. 57.

A Ὑώδης, Suillus, Porcinus, Sui similis. Plerumque de homine cujus mores suilli sunt, s. Qui spurcus et immundus est in modum suis. Vel etiam Qui stupidus est et crassus ac insulsus ut pecus suillum: ut Schol. Aristoph. dicit Phænippum ἐπὶ ἀμαθίᾳ διαβαλλόμενον ab Aristoph. κωμῳδεῖσθαι ὡς ὑώδη. [" Ruhnk. ad Xen. Mem. 220." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 75. Adamant. 378." Wakef. Mss.] Ὑωδία, ἡ, Porcina insulsitas, stupiditas ac crassa imperitia, Porcini mores. Quo sensu a Schol. Aristoph., filii Hippocratis dicuntur διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν, N. (1001.) Τοῖς Ἱπποκράτους υἐσιν εἴξεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμαν. Quæ verba Suidas afferens, tradit et ipse eos κεκωμῳδῆσθαι ὡς ὑώδεις τινὰς καὶ ἀπαιδεύτους. Sed et ap. Athen. (96.) quidam dicit, Μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. Similiter eosd. Hippocratis filios Eupolis vocat ἐμβολίμους τινὰς, Βληχητὰ τέχνα, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ τρόπου. Ead. signif. qua ὑωδία hic dicitur, habuimus supra συηνία, et habebimus paulo

B post ὑηνία: quibus æquivalet Βοιωτία ὗς, Bœotica sus: de quo Erasm. Adag. Sed in versu illo Aristoph. pro καί σε καλοῦσι, puto leg. καλέσουσι δέ σε, ut metri ratio in eo sit eadem quæ est ibi in ceteris, qui nimirum, quatuor ab initio syllabis demtis, sunt heroici. [" Toup. Emendd. 165. Kuster. Aristoph. 61." Schæf. Mss.]

Ὕειος, Suillus, Porcinus, i. q. σύειος, Athen. 7. Τὴν κοιλίαν ἔχει ὁμοίαν ταῖς ὑείαις: 9. Τὰ ὕεια καὶ ἄρνεια κρέα. Lucian. sine substantivo κρέας, (2, 28.) Συείων καὶ λαγῴων προκειμένων, Carnibus suillis. Et ap. Suid. Ἐχορτάσθησαν ὑείων. [Athen. 94. cum var. lect. * ὕϊνος et * ὕεινος. " Ὕειος, Thom. M. 865. ad Lucian. 2, 330. ad Timæi Lex. 262. * Ὑεινὸς, ibid." Schæf. Mss. Ὕεινα, Gl. Verrina.] Ὑεικὸς, i. q. ὕειος. Affertur enim ex J. Poll. ὑεικὸν κρέας, Suilla caro: ut βοεικὸν dicitur Bubula. In Lex. meo vet. HABETUR Ὑϊκὸς, sine diphthongo, ut ὑϊκὸν δέρμα: ubi tamen ὑϊκὸν dicitur potius usurpandum esse pro ὑὸς ἴδιον, s. χοίρου ἔργον. Apud Suid. vero cum di-

C phthongo, Ὑεικὸν, ὑὸς ἴδιον, χοίρου ἔργον, cum hoc exemplo, (e Xen. Ἀπ. 1, 2, 30.) Λέγεται τὸν Σωκράτην, ἄλλων τε πολλῶν παρόντων καὶ τοῦ Εὐθυδήμου, εἰπεῖν ὅτι ὑεικὸν αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας, Εὐθυδήμου προσκνήσασθαι ἐπιθυμῶν, ὥσπερ τὰ ὑΐδια τοῖς λίθοις. Solent enim porci prurientes ad lapidem aut lignum aliquod terga fricare. Ubi nota et DIMIN. Ὑΐδιον, Sucula, Porculus, Porcellus. [" Ὑεικὸς, ad Timæi Lex. 262. Thom. M. 865. Ὑϊκὸς, ibid. ad Timæi Lex. l. c. Ruhnk. ad Xen. Mem. 220. Valck. 240. Hutch. ad K. Π. 24. Casaub. ad Athen. 1, 40." Schæf. Mss.]

" Ὑΐζω, Grunnio: et Ὑϊσμὸς, Grunnitus." [J. Poll. 5, 87.]

Ὑὰς, άδος, ἡ, Sucula, itidem ut συὰς supra. Ὑάδες, ut Eust. e Lex. quodam Rhet. annotat, dicuntur Βάκχαι τιθῆναι τοῦ Διονύσου, [Pherecydes Fr. p. 114. Sturz., Suid. h. v.]: atque adeo ipse Bacchus ab eis DENOMINATUR Ὕης secundum quosdam, qui Ὕην dicunt esse ἐπίκλησιν τοῦ Σαβαζίου. Et sic ὑάδες

D eædem fuerint, quæ θυάδες et μαινάδες: et ὕης idem qui et μαινόλης. [" Kuster. Aristoph. 193. Valck. Phœn. p. 683." Schæf. Mss.] Ac revera ferebantur quodam furore Thyades s. Bacchæ, de quibus Ovid. Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ, Quæque sub Idæo tympana colle movent: quemadmodum et sues plerumque, præcipue feri. Itidem ab ὗς quidam Latinorum ὑάδας denominatas putarunt, et interpretati sunt Suculæ: sunt autem ὑάδες Stellæ quædam, quæ tauri caput constituunt. Quorum ignorantiam his verbis reprehendit Tullius Tiro ap. Gell. 13, 9. Adeo veteres Romani literas Græcas nescivверunt, et rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quæ in capite tauri sunt, propterea Suculas appellarint, quod eas ὑάδας Græci vocant: tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit, quia Græce ὕες, Sues Latine dicantur. *Sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν*, ita ut nostri opici putarunt, sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur: nam et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates, pluvias, largosque

imbres cient. Pluere autem Græca lingua ὕειν dicitur. Gell. tamen aliquo modo eos excusat, ut ibi videbis. Itidem Cic. de Nat. Deor. 2. Tauri caput stellis conspersum est frequentibus. Has Græci stellas ὑάδας vocitare suerunt, a pluendo, (ὕειν enim est Pluere); nostri imperite Suculas, quasi a suibus essent, non ab imbribus, nominatæ. Similiter Plin. 18, 29. Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam XI Cal. Maii, urbis Romæ natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit: nimborum argumento ὑάδας appellantibus Græcis has stellas. Quod nostri a similitudine cognominis Græci, propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellavere suculas. Hoc sidus vehemens est, et terra marique turbidum: tam in ortu suo quam occasu tempestates, pluvias, largosque imbres concitat. Plura lege ap. Eund. 2, 42. Vitruv. 6, 10. Hygin. 2.: et ap. Græcos, Hesiodum, Proclum, Gal. 1 in Hippocr. 1 Epid. Idem etymon confirmant doctissimi etiam quique Lat. Poëtæ. Virg. enim (Æn. 3, 516.) Pluvias appellat, Horat. Tristes, et Ovid. Fast. 5. Navita quas hyadas Graius ab imbre vocat. Sic Statio Inserena hyas dicitur, Claudiano Nimbosa. Necnon et Hes. ita dictas innuit, quoniam κατὰ τὴν ἀνατολὴν αὐτῶν ὑετὸς γίνεται. Eust. quoque istius etymi meminit, qui tamen ait fortassis etiam sic nominatas esse, quoniam literæ υ sunt παρεμφερεῖς, vel ab ipsorum fratre Hyante: de quo, sicut et de ipsis hyadibus, vide quæ refert Il. Σ. enarrans hunc versum 486. Πληϊάδας θ' ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος. [" Wessel. Probab. 41. Valck. Anim. ad Ammon. 208. ad Charit. 745. Musgr. Ion. 1157. Jacobs. Anth. 7, 182." Schæf. Mss.]

AT Ὕας, gen. Ὕαντος, Filius Atlantis et Æthræ, Frater hyadum, Eust. 1155. [" Kuster. Aristoph. 193." Schæf. Mss.] || Pind. Schol. scribit Ὕαντας priscis temporibus dictos fuisse, qui Bœotiam incolebant: gentem barbaram agrestemque: proinde a quibusdam depravata voce Ὕας nuncupatos fuisse scommatice, sc. ob porcinos et insulsos mores: quo pertinet Prov. Bœotica sus. Steph. B. tradit fuisse Gentem finitimam Alalcomeniæ: alio nomine dictos Ὑαντίους et Ὑαντίνους: ubi affert et fem. Ὑαντία et Ὑαντίνη: addens, Ὑαντίαν nominatam fuisse et Locrorum quoddam oppidum. Ibi igitur NOTA Ὕαντες ET Ὑάντιος SIVE Ὑάντινος: ITEM Ὑαντία. [" Ὕας, Bœotius, Tzetz. ad Lyc. 433." Kall. Mss.]

ITEM Ὑάται a sue vocabantur Tribules quidam Sicyone, teste Herod. 5, (68.) ubi scribit Clisthenem Sicyonios mutatis tribuum cognominibus derisisse, quoniam sc. ἐπὶ ὑός τε καὶ ὄνου τὰς ἐπωνυμίας μεταθεὶς, αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκεν, sua tribu excepta, cujus tribules vocabat ἀρχελάους, ceterarum vero quosdam ὑάτας, quosdam * ὀνεάτας, quosdam χοιρεάτας.

Ὕαινα, ἡ, itidem Sucula, Porcella. Piscis nomen est, quem supra appellari σύαιναν dixi: vocatur etiam ὗς, ut innuit Athen. (326.) e quo attuli quædam in illo ipso vocabulo. Numen. ap. eund. Athen. (l. c.) Κανθαρίδα προφανεῖσαν ὕαινάν τε τρίγλην τε. Plin. in fine l. 32. Et hyænam piscem vidi in Ænaria insula captum, caput exerentem. || Est ὕαινα Feræ etiam nomen, de qua vide Plin. 8, 30. Opp. 3, (263.) Aristot. H. A. 6, 31. 8, 5. Rursum Plin. hyæniæ gemmæ meminit, 30, 11. Hyæniæ ex oculis hyænæ, et ob id in vase inveniri dicuntur, et, si credimus, linguæ hominis subditæ futura prædicere. Certe multos usus magicos præstare hyænam Idem tradit, necnon Plut. aliquot in locis. [" Ad Diod. S. 2, 522. Ὑαίνης χολὴ, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 43." Schæf. Mss. " Tzetz. ad Lyc. 980." Kall. Mss. Ælian. H. A. 6, 15. 7, 22. 9, 49. 13, 27. Schn. Lex.] UNDE Ὑαινὶς, ίδος, ἡ, Hyænula, piscis per dimin. dictus, qui et ὕαινα, Epicharm. ap. Athen. (326.) ὑαινίδες βούγλωσσοί τε, [" Toup. Add. in Theocr. 396." Schæf. Mss.]

Ὑηνία, ἡ, i. q. συηνία et συωδία s. ὑωδία, i. e. Mores suilli, Porcina insulsitas, Porcina stupiditas, Suillum ingenium. Aristoph. Εἰρ. (928.) utitur hoc vocab., ap. quem Trygæo quærenti sacrificetne ὑὶ παχείᾳ καὶ μεγάλῃ, respondet chorus sibi id non placere, Ἵνα μὴ γένηται Θεαγένους ὑηνία, i. e. μωρία, ἀμαθία, inquit Schol., quoniam sc. Theagenes διεβάλλετο εἰς μαλακίαν καὶ ὡς μωρὸς καὶ ὑώδης. Idem Schol. ὑηνίαν ibi exp. δυσωδίαν porcinam; est enim porcus animal immundum ac spurcum fœtidumque; e luto in quo volutari amat, interdum e suo ipsius fimo non minus male olente. Sic idem Schol. Ἱππ. (982.) cum ὑομουσία exposuisset * χοιρωδία, ἀπαιδευσία, ὑηνία vero μωρία, attulissetque locum Aristoph. e Pace jam citatum, subjungit, quosdam ὑηνίαν intelligere τὴν ἐκ τῶν χοίρων δυσωδίαν, οἵπερ διαφόροις ἐδέσμασι χρώμενοι δυσώδη ἀποπατοῦσι καὶ εἰς βόρβορον διαλύονται. In Lex. meo vet. ὑηνία exp. σκαιότης et ἀμαθία, annotaturque pro eo dici et συηνία. In eod. hæc leguntur, post verba jam citata, Καὶ Ὑηνῶν, σκαιῶν, καὶ ἀμαθῶν· καὶ συηνῶν ὡσαύτως: a NOMIN. Ὑηνὸς ET Συηνὸς, i. significantibus q. ὑώδης et ὑϊκὸς, s. συώδης et συϊκὸς, Qui porcinis moribus est, porci modo stupidus est et insulsus: unde priora duo ὑηνία et συηνία derivata sunt. Ead. signif. DICITUR Ὑηνεὺς, ut ap. Suid. Ὑηνεὺς, ὁ σκαιός. UNDE Ὑηνεία derivari potest, quod ap. Eund. legitur, afferentem hæc verba e quodam, quem non nominat, ἐν πάσῃ ὑηνείᾳ καλινδούμενος, i. e. In omnibus spurcitiis porcinis. Ibid. Ἡ νῦν γενεὰ ὑπὸ τρυφῆς ἀκολούθου διεφθαρμένη, δειλίᾳ σύνοικος καὶ πάσῃ ὑηνείᾳ, γαστρὶ καὶ αἰδοίοις ἀεὶ τὴν εὐδαιμονίαν μετροῦσα. Legitur ap. Eund. et Ὑήνων, σκαιῶν, καὶ ἀμαθῶν, a NOMIN. Ὕηνος, i. significante q. ὑηνός. Xen. ὕηνα θρέμματα vocat Suillum pecus: ap. Eund. Καὶ ἔδοξέ μοι τοῦτο οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλ' ὑήνων τινῶν μᾶλλον εἶναι θρεμμάτων. Ex ὑηνὸς s. ὕηνος est VERB. Ὑηνέω, Sum ὕηνος s. ὑώδης, Sum insulsus in modum porci. Quo verbo usus est Plato (Theæt. 20.) e quo Suidas hæc affert, Οὐ μόνον αὐτὸς ὑηνεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας, τοῦτο δρᾷν πρὸς τὰ συγγράμματά μου ἀναπείθεις. In Lex. meo vet. ὑηνεῖς exp. ὑϊκόν τι ποιεῖς καὶ ὄζῶδες, Porcum imitaris, agis, Porcinum fœtorem excitas, aut etiam Porci more insulsus es: juxta Prov. Bœotica sus. Taxabantur enim Bœoti ob porcinos et insulsos mores: unde et Pind. Ὀ. (6, 151.) dicit, ἐπεὶ τἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-Θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν, Ὗν, ubi Schol. annotat, Bœotos olim fuisse dictos Ὕαντας, sed ob agrestes rusticosque et inconditos mores ὕας depravato nomine nuncupatos: quod scomma in alios etiam dimanavit postea, qui rudes, inconditi et moribus rusticanis essent. Qua de re plura vide ap. Erasm. in dicto jam Prov.: Horat. Bœotum in crasso jurares aëre natum. [" Ὑηνὸς, Ὑηνέω, Ὑηνεία, Ὑηνία, ad Timæi Lex. 262. Toup. Emendd. 1, 164." Schæf. Mss.]

In VV. LL. HABETUR Ὑπνία, ἡ Fœtor suum, quasi ὑὸς πνόη. Quod vocab. nec ap. J. Poll. nec ap. Hes., nec ap. Suid., nec Etym., vel Eust., invenire potui: ac propterea suspectum habeo, existimans ex ὑηνία esse depravatum. Nam simile e πνέω compositum me videre non memini.

" Ὑάνεος, Aspectu terribilis. Vide alias expp. ap. " Hes., qui habet etiam Ὑάνεως. Est et Ὑανία ap. " Eund., expositum τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία." [Cf. Συανία.]

Ὑολλὸς, Hes. τόπος συῶν βορβορώδης: qua signif. supra habuimus συῆλαι ex Eodem. Fortassis autem comp. est hoc ὑολλὸς ex ὗς et εἱλέω, e quo et ἀέλλα: ut significet Locum cœnosum, s. lutosum, in quo porci amant εἱλεῖσθαι et volutari.

Ὑστηρία, ἡ, Suum immolatio, Festum in quo sus immolabatur, Athen. (96.) Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστηρία. Qua de re vide et nonnulla in Ὗς. Videtur igitur hoc vocab. compositum esse, et dictum quasi ὑὸς θυτηρία. [Leg. * Ὑστήρια, τά. " Callim. 1. p. 474." Schæf. Mss.]

ΥΡΑΞ, Mus, [Sorex]: nomen accepit a suillo rostro, ut ap. Nicandr. tradit Schol. Ἀ. 37. de herba quam μυοκτόνον appellant, Παμπήδην ὕρακας λιχμήρεας ἠρήμωσεν, Mures extinxit. Ibi inquam Schol. ὕρακας exp. τοὺς μῦας, addens Æolicum esse vocab. Λέγεται γὰρ, inquit, ὗς ὁ χοῖρος, καὶ ὗραξ· ὕρακας δὲ νῦν τοὺς μῦας ἐκάλεσε, διότι παρεοίκασι χοίροις τῷ ῥάμφει.

῞ΥΝΙΣ, SIVE ῞Υννις, εως, ἡ, Vomer, Ferramentum rostratum, quo aratrum findit terram. J. Poll. 2. vocat τὸ ἀροῦν σιδήριον: addens, ejus τὸ ἄκρον vocari νύμφην. Pulcre autem Plut. exp. quid sit ὕνις, et unde nomen invenerit, Symp. 4, 5. Τὴν δὲ ὗν ἀπὸ τῆς χρείας καὶ τιμᾶσθαι λέγουσι, (sc. ap. Ægyptios,) πρώτη γὰρ σχίσασα τῷ προὔχοντι τῆς ὀρυχῆς, ὥς φασι, τὴν γῆν, ἴχνος ἀρόσεως ἔθηκε, καὶ τὸ τῆς ὕνεως ὑφηγήσατο ἔργον· ὅθεν καὶ τοὔνομα γενέσθαι τῷ ἐργαλείῳ λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὑός. Et in Romulo (10.) p. 42. meæ Ed. Ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὕννιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄῤῥενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι. Ubi etiam addit, arantem sequi, qui καταστρέφει εἴσω ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον. Et mox, Τὴν ὕννιν ἐξελόντες, Exemto vomere ex aratro. Ubi gemino ν scribitur, sicut et ap. Hesiod. Ἔργ. 2. Simplici ν in superiore loco Plut. et Epigr. καὶ *φιλόγαιον ὕνις. [" Zeun. ad Xen. K. Π. 727. Græv. Lectt. Hes. 559. Visconti Iscriz. Triop. p. 104. (Leipz. Anz. 1795. p. 739.) Jacobs. Anth. 9, 157. 10, 329. 12, 127. ad Charit. 721. Huschk. Anal. 220." Schæf. Mss. Æsop. Fab. 42. Ὕννας καὶ δικέλλας. Ὕνιν, Photio ῥόπαλον. Ὕνις s. Ὕννις, ὁ, Schol. Apoll. Rh. 3, 232. * "Ὑνιμάχος, Vomere pugnans, Max. Tyr. 30, 6." Wakef. Mss.]

Apud Hesych. legitur non solum ὕννις, SED ET Ὑννή, itidem pro τὸ τοῦ ἀρότρου σιδήριον τὸ τέμνον τὴν γῆν. Apud Tzetzen vero legitur, Γύης, ἔστι τὸ ὑπὸ γῆν ξύλον τοῦ ἀρότρου· εἰς ὃν ἡ ὕννης, ἤγουν τὸ σιδήριον, ἐμβάλλεται: manifesto errore pro ὕννις. Rursum Hesychio ὑννὴ est αἶξ, Capra: SICUT Ὑννὰς ab Eod. exp. αἶξ ἀγρία, Capra agrestis, fera. Apud Eund. LEGITUR, Ὕννος, πῶλος ὁ ἐν τῇ γαστρὶ νοσήσας πρὶν κυηθῆναι. Cujus vocab. meminit et Schol. Aristoph. Eip. (790.) Νάννοι γὰρ λέγονται οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ κολοβοὶ τῶν ἵππων, ὕννοι λέγονται. Igitur sicut νάννοι dicuntur Pusilli homunciones, Lat. quoque Nani et Pumiliones: ita ὕννους vocari dicemus Equuleos, s. Equos parvulos, qui veluti nani et pumiliones sunt in equino genere. Vocabitur ergo Pumilio equus, ut Colum. dicit Pumiliones aves; nam et in volucrum genere sunt pumiliones, veluti in gallinaceo videre est. A Latinis ejusmodi equulei vocantur Manni et Mannuli, ut a Lucr. et Horat. et Propert. ac Martiale, et Plin. Juniore.

Verum ET Ἰννὸς scribitur pro ὕννος: ITEM Γίννος. Tradit enim Hes. quosdam ἰννὸν vocare ἡμιόνιον ἢ ἱππάριον ἀναυξὲς, Mulum aut Equulum qui non crescat. Ipse vero ἰννὸν esse dicit τὸν πῶλον τὸν ἐξ ἵππου πατρὸς, καὶ μητρὸς ἡμιόνου ἢ ὄνου: alii contra ἰννὸν s. γίννον ajunt esse Partum equæ ex asino aut mulo conceptum: ut Aristot. in fine l. 2. de Gener. Anim. cum dixisset τὸν ὀρέα s. mulum gignere posse, subjungit, Τὸ δ' ἐκτελεσθὲν γίγνεται γίννος· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡμίονος ἀνάπηρος· καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γίννοι, ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ. Subjungit ibid. et hæc, Ἔστι δ' ὁ γίννος ὥσπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ, καλεῖται μετάχοιρον· γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος ὡς ἂν τύχῃ τῶν χοίρων· ὁμοίως δὲ γίνονται καὶ οἱ πυγμαῖοι· καὶ γὰρ οὗτοι πηροῦνται τὰ μέρη καὶ τὸ μέγεθος ἐν τῇ κυήσει, καὶ εἰσὶν ὥσπερ μετάχοιρα καὶ γίννοι. Itaque dicuntur Fœtus mulini, asinini, aut equini, qui in ventre matris corrumpuntur, nascunturque membris depravatis ac oblæsis: quod si in suillo genere accidat, μετάχοιρον dicitur; si in humano, πυγμαῖος aut νάννος: a Latinis itidem Pygmæus, Nanus, Pumilio. Idem H. A. 6, 24. de mulo, quem ὀρέα appellat, Ἑπταέτης δ' ὢν καὶ πληροῖ, καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος, ὅταν ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν. Et paulo post, Οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι γίνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις οἱ νάνοι, ἐν δὲ τοῖς ὑσὶ τὰ μετάχοιρα· καὶ ἴσχει δὲ, ὥσπερ οἱ νάνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον μέγα. Procul dubio huc respexit Plin. cum 8, 44. sic scripsit, Equo et asina genitos mares, Hinnulos antiqui vocabant: contraque Mulos, quos asini et equæ generarent. Item, In plurium Græcorum est monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocarint Hinnum, i. e. Parvum mulum. Et Colum. 6. cap. penult., Qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod Hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt. Et Varro R. R. 2, 8. Muli et hinni bigeneres atque insititii, non suopte genere a radicibus. Ex equa enim et asino fit Mulus: contra ex equo et asina, Hinnus. Et sub finem capitis, Hinnus qui appellatur, ex equo et asina, minor est quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equi, jubam et caudam similem asini habet. Hosce item ut equuleos, et educant et alunt, et ætatem eorum e dentibus cognoscunt. ||Ἴννους Hesych. exp. etiam παῖδας: item Ἴννην, κόρην μικρὰν, καὶ τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ: significans dici de Puella parvula, item de Pupilla oculi. Quibus ADDE Ἶνις, quod Idem exp. υἱὸς νέος, παῖς, βρέφος, ἀπόγονος, νήπιος: [Filius, Eur. Andr. 800. Tro. 570. Herc. F. 354. 1182. Filia, Iph. A. 119. " Valck. Diatr. 115. 131. 136. Wakef. Trach. 116. Jacobs. Anth. 7, 216. 219." Schæf. Mss.]

" ΣΥΦΑΡ dicitur Exuvium anguis et cicadæ: quod et λεβηρὶς et γῆρας. Necnon τὸ ἐπὶ τοῦ γάλακτος τροφῶδες, Hes., Pellicula rugosa quæ lacti superstat, alio nomine γραῦς dicta. Item Rugosa et exucca senum pellis σύφαρ dicitur. Callim. Ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σύφαρ ἐμόν. Ab Hes. exp. præterea γῆρας τὸ ὑπέρτατον, necnon σῦκον ἐῤῥυτιδωμένον, Ficus corrugata. Lycophron (793.) ita vocavit τὸ λίαν γεγηρακὸς, teste Etym., qui esse dicit non simpliciter τὸ γῆρας, sed τῆς ἐσχάτης ἡλικίας τὸ * κατεῤῥυσσωμένον, Rugosam pellem decrepitorum. Vide et T. 2. c. 1132." [" Valck. ad Theocr. x. Id. p. 58. Bergler. ad Alciphr. 104. Callim. 1. p. 433." Schæf. Mss. Lucian. 4. p. 106.]

" ΣΥΧΝΟΣ, ἡ, ον, Frequens, Creber. Apud Plat. autem (de Rep. 2, 11.) συχνὸν πολίχνιον, Oppidulum in quo est frequentia. Qualem signif. habere videtur et ap. Suid., ubi dicitur, Οἰκίας οὐκ οὔσης μονήρους, ἀλλὰ συχνῆς. Apud Eund. legimus, Θεραπείαν συχνὴν εὐνούχων τε καὶ θεραπαινίδων, ubi reddere possumus Multam. Interdum enim συχνὸς reddi potest vel Multus, vel Copiosus: ut οὐσία συχνὴ ap. Aristoph. Πλ. (754.) Ὅσοι δ' ἐπλούτουν, οὐσίαν τ' εἶχον συχνήν. Tale est συχνὸς χρυσὸς ap. Suid. Frequenter autem de tempore usurpatur. Plato Phædone, Ὁ οὖν Σωκράτης συχνὸν χρόνον ἐπισχὼν, Dem. Προσελθὼν δὲ συχνῷ χρόνῳ ὕστερον:" [Xen. K. 'A. 1, 8, 5.] " Est autem συχνὸς χρόνος i. q. πολὺς χρόνος, Multum tempus, temporis, Longum tempus. Utitur et Plut. Symp. Εἶτα ἧκε μετὰ συχνὸν χρόνον. Sic ap. Eund. in Theseo. Tale est συχνὸν τοῦ βίου ap. Plat., quod redditur Bona pars vitæ, Epist. Διὰ τὸ μεθ' ἡμῶν μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου. Nonnunquam adverbialiter ponitur συχνὸν, pro πολὺ, Xen. (K. 'A. 1, 8, 7.) Ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων, Multum distantia. Sic usurpatur et συχνῷ: ut συχνῷ βελτίων ap. Plat. i. q. πολλῷ βελτίων, Multo melior. Alicubi vero συχνὸς signif. potius Densus, Confertus. At in plur. numero συχνοὶ, Multi. Plato de Rep. 6. Συχνοὶ τοῦτο πάσχουσι διὰ ῥαθυμίαν, Plut. Συχνὰ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀπώλεσε καὶ διέφθειρε. Tale est συχνὰ κεκτημένος. Aristot. de Mundo, Πρόθυρα συχνοῖς εἰργόμενα σταδίοις. Suid. συχναῖς, συνεχέσι." [" Toup. Opusc. 1, 19. 25. 460. ad Herod. 324. 378. 452. Thom. M. 433. 438. ad Dionys. H. 1, 415. Fischer. ad Plat. Crat. 10, 17. ad Diod. S. 1, 547. 2, 372. Heind. ad Plat. Gorg. 65. Conf. c. πυκνὸς, ad Dionys. H. 3, 1781. Τῆς μαρίλης συχνή, Kuster. Aristoph. 13. 120. Brunck. 3, 72. Συχνὸν, Plato Phædro 286. Heind. (344. Bip.) Τινὲς —συχναὶ, Dionys. H. 3, 1475." Schæf. Mss. Strabo 15. p. 60. Sieb. Χώρα συχνὴ καὶ εὐδαίμων. * " Συχνοσύνθετος, Eust. Il. 1277." Boiss. Mss.] " Adverbialiter ponitur interdum Συχνὰ, pro Frequenter, Sæpe, Assidue." [" Longus p. 5. Vill." Schæf. Mss.] " In qua signif. dicitur alioqui Συχνῶς," [Gl. Crebro, Assidue. * " Συχνοτέρως, Jo. Climac. Scal. c. 28.

p. 438." Boiss. Mss.] " Quinetiam Συχνάκις pro eod. " invenitur: ead. forma, qua πολλάκις." [" Lucian. 2, 336." Schæf. Mss. " Idem 1, 860. De Ulix. Err. 58. Schol. Theocr. 7, 78." Wakef. Mss. " Fabr. B. Gr. 4. p. 417. Tzetz. Ch. 3, 582. (4, 861.?) * Ἐπίσυχνος, Nicephor. Hist. p. 24. Ed. 1616. 8°.=p. 7. C. Ed. fol. Lupar." Boiss. Mss. " Andr. Cr. 132." Kall. Mss. Hippocr. 79. * " Ἐπισύχνως, Toup. Emendd. 1, 218. * Ὑπόσυχνος, ad Mœr. 221." Schæf. Mss. " Suid. 2, 257." Wakef. Mss. " Alciphr. 3, 42." Boiss. Mss. Hippocr. 979. Synes. 62. 256. Theophr. H. Pl. 3, 12, 7. * " Ὑποσύχνως, Anna C. 451." Elberling. Mss. * Συχνεὼν, ῶνος, ὁ, Locus condensus, Aqu. Gen. 22, 13.] " Συχνάζω, in VV. " LL. redditur Denso, Stipo, Frequento: a Suida " autem exp. πυκνάζω." [" Boiss. Philostr. 490. 522." Schæf. Mss. * Σύχνασμα, J. Poll. 6, 183. Schneidero susp. * Ἐπισυχνάζω, Gl. Increbro, Basil. 7, 488. Συνεχῶς μετὰ σιωπῆς ἐπισυχνάζειν τινί. * " Συχνόω, Eumath. p. 341." Boiss. Mss.]

ΣΦΑΔΑΖΩ, Pedes agito, jacio, jacto. Hanc enim quidam propriam hujus vocis signif. esse existimant: ita quidem ut de eo dicatur, qui stare nesciens, pedibus terram quatit s. pulsat: quod aliquando lætantis exultantisque est, aliquando moleste aliquid ferentis, ac plerumque de equis dicitur. Lætantis et exultantis est in h. l. Sophoclis ap. Plut. (7, 133.) Σὺ δὴ σφαδάζεις, πῶλος ὣς εὐφορβίᾳ: nam pulli equini pastu copioso lasciviunt, et equi generosi ac animosi, etiam cum frænis cohibentur, σφαδάζουσι, gestientes progredi, aut aliis equis congredi, ut ap. Virg. ille qui, si qua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit, tremit auribus, et micat artus. Et de ipsis equitibus ap. Plut. Cæs. (246.) Μάλιστα δὲ ἐσφάδαζον οἱ ἱππεῖς ἐπὶ τὴν μάχην, ἠσκημένοι περιττῶς ὅπλων λαμπρότησι, καὶ τροφαῖς ἵππων καὶ κάλλει σωμάτων μέγα φρονοῦντες, Continere loco se nesciebant, sed pugnam inire gestiebant. Huic gestienti exultantique lætitiæ permistus tamen est dolor aliquis aut ira, faciens ut pedibus humum tundant, et stare loco nesciant, dum prohibentur ab eo ad quod accedere cupiunt. Atque adeo frequentius, dolentis s. ægre ferentis atque succensentis indicium est: quo pertinent hæc ap. Hes. Σφαδάζει, μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, διασπᾶται, διασείει, δυσθανατεῖ, χαλεπῶς φέρει, δυσφορεῖ, ἀγανακτεῖ, μετὰ χολῆς ὀργίζεται, θυμοῦται, ταράττεται, ἀτακτεῖ: itidemque et Suid. Σφαδάζειν, πηδᾶν, ματαίως σπᾶσθαι, χαλεπαίνειν. Eod. modo et Gal. ap. Hippocr. σφαδάζειν exp. δυσφορεῖν, Ægre et moleste ferre, Irasci et succensere. Sed peculiariter interdum de morientibus, s. potius ægre et difficulter animam exhalantibus, dictum, redditur Palpitare, Jactare pedes, Pedibus terram percutere, ἀσπαίρειν: unde ἀσφάδαστος θάνατος dicitur Cum quis non palpitat et humum pedibus tundit inter moriendum. Ad illam autem generaliorem signif., qua dicitur de eo qui est in angustiis summoque angore constitutus, pertinet h. l. Sophoclis, Ὁ δ' ἐσφάδαζεν, οὐκ ἔχων ἀπαλλαγὰς, Pedibus terram quatiebat, D seque jactitabat. Eur. Theseo, Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ, Καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐνανστόλουν, Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον. Qui versus Latine redditi sic leguntur ap. Cic. 3 Tusc. Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies, Nec tam ærumnoso navigavissem salo, Esset dolendi causa, ut injecto equulei Fræno, repente tactu exagitantur novo. Ubi nota σφαδάζειν Latine converti Tactu exagitari novo. Extat et ap. Athen. (283.) de delphino, qui pompilum piscem devoravit, Ἀχρεῖος γίνεται καὶ σφαδάζων ἐπειδὰν φάγῃ, καὶ ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκκυμανθεὶς, βορὰ γίνεται αἰθυίαις. Ubi σφαδάζειν est quod Opp. dicit στρωφᾶσθαι ἀμφ' ὀδύνῃσι. Similiter usurpavit Philo V. M. 1. Σφαδάζοντες καὶ τῷ μεγέθει τῶν κακῶν ἀπειρηκότες. Et Plut. (6, 33.) Τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφαδάζοντας, ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν: de amicis Socratis, indignantibus quod adolescens quidam ferox eum calce petisset. Hes.

A σφαδάζει exp. etiam ταράσσεται ὑπὸ τραύματος ζέοντος. Idem exp. etiam βράζει, sicut et Suid. afferens hos duos senarios, Καίπερ σφαδάζων ἔνδοθεν πολλοῖς λόγοις, Ὥσπερ τις ἀσκὸς δέσμιος γλεύκους ζέων. || Idem Suid. σφαδάζουσα exp. πανουργεύουσα: quemadmodum Hes. σφαδάζει exp. ὀργίζεται μετὰ δόλου πολλοῦ. [" Ad Mœr. 71. 356. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 20. 30.; Select. 377.; Bibl. Crit. 2, 2. p. 13. D. R. ad Longin. 252. Toup. 329. et Ind., ad Timæi Lex. 242. 245. Act. Traj. 1. p. 251. Musgr. El. 843. Brunck. Soph. 3, 481. Valck. Hipp. p. 296." Schæf. Mss. " Angor, Philo J. 2, 108. Irascor, Plut. 8, 176. * Σφαδάω, Plato ap. Etym. M." Wakef. Mss. Xen. K. Π. 7, 1, 18. Ὁ ἵππος πληγεὶς σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον. Diog. Epist. nova 6. Οὐ παύσῃ σφαδάζων τοιαῦτα πρὸς τοὺς εἰσιόντας. Plut. 10, 524. Σπαργῶν περιμανῶς καὶ σφαδάζων πρὸς δόξαν. Vide Blomf. Gloss. in Æsch. Pers. 199. * " Σφαδαΐζω, * Σφαδᾴζω, ad Mœr. 71." Schæf. Mss. Draco p. 21.]

B Σφαδασμὸς, Cum quis pedes jactat, aut convellitur modo in hoc, modo in illud latus. Hes. exp. σπασμὸς, Convulsio. Sequitur certe signiff. verbi a quo derivatum est, quas vide. [" Ad Timæi Lex. 242." Schæf. Mss. * Σφαδαστὸς, unde] Ἀσφάδαστος, ὁ, ἡ, Expers σφαδασμοῦ, In quo non σφαδάζουσι: ἀ. θάνατος, Mors in qua non palpitatur, moriens non jactat pedes, In qua non convellitur, nec pedibus humum quatit. Soph. Aj. (833.) p. 50. καλῶ θ' ἅμα Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, εὖ με κοιμίσαι, Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι, Πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ, Schol. ἀσκαρίστῳ, καὶ σπασμὸν μὴ ἔχοντι, i. e. συντόμῳ. [" Ad Mœr. 356." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1304=1264.] " Ἀσφάδεστος autem, quod in VV. " LL. exp. Manens, Quietus, procul dubio fictitium " est." Ἀσφαδάστως, Sine palpitatione, Ita ut non convellaris nec pedibus terram pulses, ἄνευ σφαδασμοῦ. [* Σφαδαστικὸς, adv. * " Σφαδαστικῶς, Cum jactatione, Eust. Od. 446, 42." Wakef. Mss.]

Ἀνασφαδάζω, Palpitans subsilio, Subsilio pedibus C terram percutiens, i. q. simplex σφαδάζω: Hes. ἀνασφαδάζειν exp. ἀναπηδᾶν, ἀνάλλεσθαι, λακτίζειν, Subsilire, Calcitrare. [" Ad Timæi Lex. 243." Schæf. Mss.]

Σφαδανὸς quoque huc pertinere videtur. Signif. vero σφαδανὸν Hesychio σφοδρὸν, καταπληκτικὸν, Vehemens, Terribile. Si de morte diceretur, signif. Quam quis obire non nisi palpitans potest. [Scr. * Σφεδανὸς, ut ap. Eund. Σφεδανόν· ἐπιτεταμένον, συντονώτατον, σφοδρὸν, ὀξύ. " Vehemens, Acer, Intensus, Festinus, a σπεύδω, Il. Λ. 165. Ἀτρείδης δ' ἕπετο, σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων, Schol. * ἐπεικτικῶς, σφοδρῶς, ἢ καταπληκτικῶς: Φ. 542. Δίψῃ καρχαλέοι, κεκονιμένοι, ἐκ πεδίοιο Φεῦγον· ὁ δὲ σφεδανὸν ἔφεπ' ἐγχεΐ, Schol. ἀντὶ τοῦ * σφεδανῶς, * ἐσπευσμένως ἢ καταπληκτικῶς." Seager. Mss. Cf. Hes. v. Σφεδανῶν. " Toup. Opusc. 1, 462. Timæi Lex. 244. et n., Jacobs. Anth. 8, 36. Heyn. Hom. 6, 153. 7, 200." Schæf. Mss. Nicander Θ. 642. σφ. κάρηνον, Schol. τραχὺ, σκληρὸν ἢ * σφιγκτόν.]

ΣΦΑΖΩ, SIVE Σφάττω, Jugulo, Macto. Interdum vero et generalius pro Interficio. Il. A. (459.) Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν, Od. Ξ. (426.) τοὶ δ' ἔσφαξάν τε καὶ εὗσαν, Lucian. de Calumn. Πυρπολοῦσι πάντα καὶ καίουσι καὶ σφάττουσι καὶ ἐξελαύνουσι, Aristot. Eth. 5, 9. Δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων. Et pass. voce ac signif. Il. Ψ. (31.) Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ Σφαζόμενοι. Apud Plut. (7, 759.) Τὸ μὲν σφαγῆναι, δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει· Τὸ μὴ θανεῖν δὲ, δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι: ubi nota σφαγῆναι et θανεῖν eadem signif. poni: quanquam hoc sit consequens alterius; prius enim jugulatur quis et mactatur, deinde moritur. Idem Plut. Καθ' ἕνα τῶν Γαλατῶν παρεδίδου σφαγησόμενον, Tradebat singulos mactandos s. jugulandos et interimendos ferro. Artemid. Opsartytes ap. Athen. (663.) dicit etiam, Ἐσφάχθω διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλὴν, Occisum sit ferro per os in caput adacto. Videtur

autem σφάζω Poëtis usitatius esse, et σφάττω prosæ Scriptoribus. [" Σφάζω, ad Mœr. 70. Græv. Lectt. Hes. 625. Conf. c. στάζω, Jacobs. Anth. 9, 489.: εἰς, ad Lucian. 3, 642. Herod. 309. (5, 5.) Eur. Cycl. 398. Σφάττω, ad Mœr. 281. Ammon. 72. 132. Thom. M. 456. Occidere in acie, Argum. Eur. Phœn. I. q. θύω, Boiss. Philostr. 422.: εἰς, Valck. Phœn. p. 731. Σφαχθεὶς, σφαγεὶς, Markl. Iph. p. 324." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 241. Od. Γ. 454. Apoll. Rh. 1, 432. Eur. Or. 1188. σφάζε παρθένου δέρην. " Σφάττω, Eneco, Menander Fr. p. 166. σφάττει με, sc. gloriationibus suis, quas non ferre et concoquere vales." Mendham. Mss.]

ΤΑΛΑΩ, ῶ, άσω, (e quo per sync. fit Τλάω, et per contr. τλῶ, τλήσω,) Suffero, Perpetior. Item Sustineo, ea quidem signif. qua jungitur infinitivo. Itidem enim et hoc verbum ταλάω infinitivo junctum reperitur Il. N. fin. ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴκε ταλάσσῃς Μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, Si sustinueris expectare. Aut etiam, Si ausus fueris expectare: ut sc. sit pro τολμήσῃς, sicut et Hes. ταλάσεις exp. non solum ὑπομενεῖς, (ita enim ap. eum reponi debet pro ὑπομείνεις,) sed etiam τολμήσεις: quod ταλάσεις ex illo Hom. loco sumtum putet aliquis: cui tamen magis convenire videtur ille conjunctivus modus, ob præcedentes particulas αἴκε. Quod si pro eo hic indic. poneretur, geminanda certe itidem foret litera σ. Affertur ex Epigr. ἐτάλασσε junctum itidem infinitivo, ἐτάλασσε Καὶ ψυχὴν θνητὴν κάμὲ νόθον τελέσαι. Sciendum est porro legi ap. eund. Hes. et ταλασείῃ, quod exp. ὑπομείνῃ: sed mendi suspicione ap. me illud ταλασείῃ carere nullo modo potest. ["Ταλάω, Musgr. Hel. 220. Heyn. Hom. 6, 516. 7, 34. Paul. Sil. 3. Epigr. adesp. 548. Agathias 63. ἐτάλασσεν, et Jacobs." Schæf. Mss. "Opp. K. 3, 155. ταλάσσατο, Schol. Theocr. 15, 111." Wakef. Mss. Vide Valck. Schol. in N. T. 2, 186-7.] Ceterum a ταλάσω fut. hujus verbi ταλάω, Eust. deducit non B solum τάλας, et ταλασίφρων, sed etiam ταλασία et ταλάσιον: quin etiam ταλασιεργία, s. ταλασιουργία, et ταλασιουργεῖν. Sed satis fuisset, meo quidem judicio, ταλασία et ταλάσιον inde deducere, cum ex his inde deductis fieri deinde per compositionem ταλασιουργία et ταλασιουργεῖν manifestum sit. Jam vero et τάλαντον ab hoc ipso verbo derivat. Sed antequam ad hæc derivata veniam, de τλάω illo per sync. facto e ταλάω, deque toto ejus comitatu, tanquam per parenthesin, dicendum est.

Τλάω, per sync. e ταλάω, deinde per contr. τλῶ, τλήσω, τέτληκα. Inveniuntur autem tempora et a THEM. Τλῆμι, ac præsertim AOR. 2. Ἔτλην, ut mox videbis. Significatione vero conveniunt cum ταλάω: et quemadmodum hoc jungi infinitivo docui pro Sustineo, Audeo: sic et illud jungi videmus ab eod. Poëta, ut Il. A. (228.) Οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν Τέτληκας θυμῷ. Ubi observare etiam oportet addi dat. θυμῷ, sicut in h. l. (543.) οὐδέ τί πώ μοι Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος ὅ,ττι νοή- C σεις: vel potius νοήσῃς. Ubi commode verterimus etiam, meo quidem judicio, Nunquam in animum induxisti. At perperam VV. LL. interpr., Non voluisti, passus es. Ut autem hic legimus τέτληκας cum εἰπεῖν, sic ex Aristoph. (Πλ. 280.) affertur τέτληκας cum infin. synonymo illius εἰπεῖν, sc. cum φράσαι: et οὐ τέτληκας φράσαι exp. Non sustinuisti dicere. In Epigr. cum infin. θνάσκειν legitur, τλάτω θνάσκειν. Rursus vero Od. Ξ. (269.) οὐδέ τις ἔτλη Μεῖναι. Sic e Soph. (Aj. 1333.) Μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν, ubi VV. LL. exp. Noli committere ut insepultum ejicias. Sed hæc exp. vim verbi hujus minime exprimit; potiusque ei hic verbo Sustinere utendum erat. Alioqui utendo periphrasi, dicerem potius, Noli ita obfirmare animum, ut hoc committas, sc. ut etc. Aut certe, Ne in animum inducas etc. Affertur vero et e Xen. K. Π. (3, 1, 1.) Ἔτλη εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Ceterum invenitur et cum accus., ut ἔγρον τλᾶσα δυσσεβέστατον, pro τλᾶσα δρᾶν, Quæ sustinuisti perpetrare facinus perquam D impium. Sic certe Ovid. verbum Sustineo accusativo junxit, suppresso infin., in Elegia de Morte Tibulli, Aurea sanctorum potuissent templa deorum Urere, quæ tantum sustinuere nefas. Apud Hom. utramque constr. uno eodemque in loco habet, Il. Ω. (505.) Ἔτλην δ' οἷ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος, Ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι. Ceterum ETIAM Τλῇ pro ἔτλη protulit Hom. Apud Eund. e modo OPT. Τλαίην, habemus per reduplicationem factum ETIAM Τετλαίην: sicut modus IMP. Τλάθι, e quo per redupl. FIT Τέτλαθι: ut ap. Hesiod. (Ἔργ. 2, 335.) Μήποτε οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν. Usus est Homerus quoque, Il. A. (586.) Τέτλαθι, μῆτερ ἐμὴ, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ. Idem modi IMPER. Τλῆθι, quæ vox ex Apoll. Rh. (1, 300.) affertur, habet pluralem Τλῆτε, Il. (B. 299.) Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον. Observandum est porro, in hisce Hom. Il. alium esse usum imperativi τέτλαθι, itemque τλῆθι, quam sit in illo Hesiodi. Illic enim vide-

mus infinitivo junctum esse imperativum τέτλαθι, A sicut et in præcedentibus exemplis hanc constr. istud verbum habet, pro verbo Sustineo, juncto itidem infin.: at hic Τέτλαθι est Perfer, Patere: itidemque Τλῆτε, Perferte, Patimini, Perpetimini. Nisi quis malit Durate, Virg. Durate, et vosmet rebus servate secundis. Sic in illo altero versu, Τέτλαθι καὶ ἀνάσχεο, lubenter reddiderim ex Ovidio, Perfer et obdura. (Apocope autem facta dicitur ETIAM Τέτλα pro τέτλαθι.) Habet porro reduplicationem itidem INFIN. Τετλάναι pro τλάναι, Pati, Sustinere: ET Τετλάμεναι Æolice, ET Τετλάμεν, Ionice. At PARTIC. Τλὰς exp. et Patiens et Passus; Sustinens, et Qui sustinuit. Alterum vero partic. EST Τετληκὼς, pro quo dicitur ETIAM Τετληὼς, detracto κ, quod licet præteriti sit temporis, existimatur tamen præsentis signif. habere Od. Δ. (447.) et alibi, τετληότι θυμῷ. Nisi malimus dicere nominis usum præstare, sicut Lat. interdum Patiens et Tolerans. [“ Τλάω, ad Charit. 771. ad Callim. 1. p. 171. Barbarum vocat Porson. Phœn. 1740. Τλῆμι, ad Phalar. 294. B Eur. Hec. 1109. 1237. Hel. 96. Musgr. Herc. F. 777. Jacobs. Anth. 6, 149. 7, 179. 393. 11, 106. Simonid. 98. et Jacobs., Bentl. Aristoph. 323. Heyn. Hom. 5, 73. 7, 34. Munck. ad Anton. Lib. p. 88. Verh. Ruhnk. Ep. Cr. 286. ad Il. A. 586. Schrader. Præf. ad Emendd. p. vii. Extare negat Porson. l. c. Sustineo, Boeckh. in Plat. Min. 142. Fut., Jacobs. Anth. 11, 111. Paul. Sil. 3. Macedon. 1. Τλήσομαι et στήσομαι conf., Heyn. Hom. 6, 174. Cum participio, Jacobs. Anth. 12, 388. Boeckh. l. c.: αἷμα, Wakef. Herc. F. 1187. Τλῆ μὲν, τλῆ δὲ, Heyn. Hom. 5, 74. Τλὰς, Valck. Phœn. p. 23. Jacobs. Præf. ad Exerc. 1. p. xix. Τέτλαμεν, Jacobs. Anth. 6, 408. Τέτλαμεν, τετλάμεν, Ruhnk. ad H. in Cer. 147. Τέτλα, Heyn. Hom. 4, 631. Τετληὼς, Ilgen. Hymn. 597.” Schæf. Mss. Μὴ τλῇς, Noli, Eur. Cycl. 287. Τλῆναι et τολμᾶν, Sustinere, Posse, Monk. ad Eur. Hipp. 285. Τέτλαμεν, Orph. Arg. 830. * Τετλάω, Herm. ad Hom. H. in Cer. 148.] “Ἄνατλος, Hesychio ἀκρατής: forsan pro C “ Invalidus, et Qui labores tolerare nequit: παρὰ τὸ “ οὐ τλῆναι.” [Sed Ruhnk. correxit ἀνάγωγος.] Ceterum e nominibus hinc derivatis quædam α habent, plura autem η. Habent α tria COMPP. Τλάθυμος, (pro quo ETIAM Τλήθυμος, quod Hes. exp. * ἰσχυροκράδιος: ut vicissim pro τλήμων invenitur τλάμων, de quo tamen non hic, sed in τλήμων, dicere constitui. Ac possit certe alicui videri τλήθυμος præcedere, sicut et τλήμων: eodemque modo in utroque literam α e linguæ Doricæ usu esse, non e derivatione) ET Τλασίφρων, ET Πολύτλας: quorum duobus prioribus significatur Cui est animus patiens, mens patiens, Patiens laborum, tolerans, Qui ad labores s. pericula non facile animum despondet. Atque ut videmus in Τλάθυμος includi nomen θυμὸς, sic meminisse debemus dativi θυμῷ, quem habuimus supra post τέτληκας, in quodam Hom. loco. [“ Τλάθυμος, Bibl. Crit. 3, 2. p. 27. Τλήθυμος, Huschk. Anal. 286. Musgr. Cycl. 448.” Schæf. Mss. Pind. N. 2, 24. Fr. Inc. 37, 5.] D Quod autem ad Τλασίφρων attinet, e ταλασίφρων magis usitato per sync. est factum. Extat certe illud ap. Hes., qui τλασίφρονα exp. ὑπομονητικόν. [“ Ταλασίφρων, et, exemto ᾰ euphonico, τλησίφρων dicitur, ut θανάσιμος, * θνήσιμος, (imo e θνῆσις.) Τλασίφρων et * τλαισίφρων, quæ in Lex. circumferuntur, rejectitia sunt.” Lobeck. Phryn. 770.] At tertium illud Πολύτλας significat Multa passus s. perpessus, Multis miseriis conflictatus. Quod epith. Hom. sæpe Ulyssi tribuit. Sic Soph. (Aj. 956.) de eodem, Ὁ πολύτλας ἀνήρ. [“ Jacobs. Anth. 11, 106. Heyn. Hom. 5, 122. Il. K. 248. cf. 231. Lobeck. Aj. p. 376. Valck. Phœn. p. 563.” Schæf. Mss. “ Πολύτλαν, Antisthen. Λόγ. Ὀδυσσ. T. 8. p. 63. Manetho 5, 268.” Lobeck. Phryn. 610.] Huic adjici posset Ἄτλας, de quo in Τάλας. Habent autem η compp. sequentia, aliaque item derivata simplicia. De quorum utrisque ut ordine dicatur, sciendum EST Τλημαθεῖν reddi, Miserum esse, Miseriis conflictari, In laboribus versari: quod Hes. τλημαθεῖν exponat ταλαιπωρεῖν, et πονεῖν. Sed non dubium est quin hæc exp. magis conveniat VERBO Τληπαθεῖν, facto e nomine Τληπαθὴς, et illi τλημαθεῖν alia quærenda sit: si modo usquam reperitur τλημαθεῖν. Nam quod ad Hes. locum attinet, IBI Τληπαθεῖν pro τλημαθεῖν reponendum esse, persuasum habeo. Non ignoro tamen, in VV. LL. legi ETIAM Τλημανθάνω, et reddi, Assuesco miseriæ; sed absque ullo testimonio. Quod vero attinet ad nomen ADJ. Τληπαθὴς, sciendum est eo, licet potius Poëtico, usum esse Basilium, [et “ Zosimum 377.” Wakef. Mss.] ap. quem Bud. reddit, Patiens laboris, Calamitosus. Additque esse hominum epithetum, propter varios casus quibus obnoxii sunt. Hes. exp. ὑπομονητικὸς, Suidas autem ὑπομένων ἐν τῷ πάσχειν. Quem sequendo, dicendum fuerit, ut opinor, τληπαθὴς esse παρὰ τὸ τλῆναι ἐν τῷ πάσχειν, Qui patiens est in iis quæ patitur, Patienter ferens quæ patitur. Sed scribitur ETIAM Τλαιπαθὴς, cujus vocativus τλαιπαθὲς ap. Hes. extat, exponentem ταλαίπωρε: atque ita τλαιπαθὴς fuerit etiam Ærumnosus, Calamitosus. [“ Lennep. ad Phal. 19.” Schæf. Mss.] Ab illo porro nomine adj. τληπαθὴς, est et SUBST. Τληπάθεια, quo significatur itidem Patientia, nec non Ærumnositas, si hoc subst. ex Ærumnosus mutuari fas est. Redditur alioqui et Miseria, quod nomen minus est significans. [“ Laborum patientia, Hierocles 126. Hes.” Wakef. Mss. “ Const. Manass. Chron. 1003.” Kall. Mss. Sozomen. H. Eccl. 1, 13. “ Τληπαθέω, Lennep. l. c. * Τληπάθημα, Fähse ad Æschyl. p. 46.” Schæf. Mss. “ Schol. Æsch. Pr. 684.” Wakef. Mss.] AT VERO Τληπόλεμος, Proprium nomen est filii Herculis a Sarpedone interfecti. Quod si ad compositionem respiciendo, signif. ejus tanquam appellativi inquiratur, significabit In bello patiens, Patiens laborum bellicorum. Esse autem τληπόλεμος per sync. dictum pro τλησιπόλεμος, tradit Etym. Quem hoc scribentem respexisse crediderim ad alia hujus generis compp. E quibus EST Τλησικάρδιος, cujus significatio eadem est quæ et τοῦ τλήθυμος, supra, s. τλάθυμος. Extatque illud τλησικάρδιος ap. Eust. 593. Cum quo eand. signif. habet ταλακάρδιος, col. seq. [* Τλησικαρδίως, Greg. Naz. 2. p. 272. Contracte * “ Τληκαρδίως, Tzetz. in Il. p. 148.” Schæf. Mss.] Τλησίπονος, Patiens laboris, Laboriosus. Sed ab Hes. exp. non solum καρτερικὸς, verum etiam τολμηρὸς, Audax. [“ Opp. K. 4, 4. Ἁ. 1, 35.” Wakef. Mss. *“ Τλησίφρων, Heyn. Hom. 4, 632.” Schæf. Mss.] Venio ad derivata simplicia, primum dans locum nomini SUBST. [* “ Τλῆμα, Ruhnk. ad H. in Cer. 217? Porson. Phœn. 1622.” Schæf. Mss. Lucian. 1, 97. ET] Τλῆσις, ἡ, Patientia, Tolerantia, Audacia, τόλμα, θράσος, Hes. Huic subjungo ADJ. Τλητὸς, i. e. Tolerabilis, Qui talis est ut tolerari possit, s. ferri, Eur. Med. (797.) Οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι. Sed et activa legitur signif. positum, pro Tolerans, s. potius Patiens; nam hoc potius quam illud, sine adjectione ponitur. Il. Ω. 49. Τλητὸν γὰρ Μοῦσαι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν. Sic ap. Hes. habemus τλητῶν expositum ὑπομονητικῶν. Nisi forte scripsit τλητὸν, ὑπομονητικὸν, ad hunc ipsum locum respiciens. [“ Valck. Hipp. p. 257. Porson. ad Hec. 159. Heyn. Hom. 8, 598.” Schæf. Mss. *“ Τλητῶς, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 7, 248.” Elberling. Mss.] Ἄτλητος, ὁ, ἡ, ET Ἄτλατος Dorice, Intolerabilis, Intolerandus, Il. I. (3.) Πένθεϊ δ’ ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι, [“ Toup. Opusc. 2, 180. Heyn. Hom. 7, 687. 8, 598. Jacobs. Specim. p. 6. Anth. 10, 79. 11, 71. 126. Epigr. adesp. 457. (533.?) Antimach. Epigr.” Schæf. Mss. * Ἀτλήτως, Ælian. N. A. 16, 28.] Unde VERB. Ἀτλητέω, ET Ἀτλατέω Dorice, quod tamen est potius Tolerare non possum s. Perpeti, (sequendo signif. nominis τλητὸς, de qua posterius dictum fuit,) quam Intolerabilis sum. Eust. ἀτλητῶν exp. ap. Soph. (Œd. T. 515.) μὴ ἔχων τλήμων εἶναι. Hes. remotiores etiam signiff. affert, quas ap. eum vide. At vero SUBST. Ἀτλησία, quod est potius tanquam a secunda præteriti persona formatum, ut τλητὸς a tertia, redditur Intolerantia, Impatientia; cum dicatur de illo qui tantis malis premitur ut ferendo non sit. [Hesychio ἀμηχανία, * ἀνυποστασία. * Βαρύ-

τλητος, Naumachi Epigr. 3. Anal. 3, 106.] Δύστλητος, Toleratu difficilis, [" Difficilis, Eur. Phœn. 1447. Wakef. Georg. 121." Schæf. Mss.] Πολύτλητος, i. q. πολύτλας supra. Sed exp. et per præsens, Multa patiens. [Od. A. 38. Manetho 2, 398. " Heyn. Hom. 8, 598." Schæf. Mss.] Dicitur ETIAM Τλητικὸς, Tolerans, Patiens, Qui est ejusmodi ut facile pati queat. Et hinc deductum ADV. Τλητικῶς, Toleranter, Patienter, Philo V. M. 1., Τλ. ὑπομένειν. [Hesychio * ὑπομονητικῶς.] Quod autem omnium maxime est usitatum NOMEN Τλήμων, accipitur itidem pro Patiens, Hes. quoque exponente ὑπομονητικὸς, nonnunquam non simpliciter pro Patiens, sed et pro Audax, Fortis: ut τλήμων θυμὸς Ulyssis ap. Hom. exp. εὔτολμος. Pro qua exp. facit quidam hujus Poëtæ locus Il. K. (231.) ubi cum dixisset, Ἤθελε δ' ὁ τλήμων Ὀδυσεὺς καταδῦναι ὅμιλον Τρώων: subjungit, αἰεὶ γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἐτόλμα. Interdum vero τλήμων est etiam τολμηρὸς, Audax: atque ita τλημονεστάτη ap. Soph. El. (439.) exp. τολμηροτάτη, Audacissima: ut alibi τλῆμων, non solum τολμηρὰ, verum etiam ἀναιδής. Sed sæpe pro Miser, Ærumnosus, Calamitosus: ut certe patientiam in ærumnis et calamitatibus exerceri scimus. Vult tamen Eust. hunc nominis τλήμων usum esse Tragicorum: frequentissimum saltem ap. eos esse negare queat nemo. Affertur certe e quodam eorum nomen hoc, præcedente particula ἰώ: sc. ἰὼ τλήμων, pro Heu me miseram: et ex Epigr. ὦ τλῆμον pro O miser. Et τλημονεστέρα ὁδὸς ac τλημονεστάτη, Eur. Med. (1067.) Ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν, Καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι Παῖδας. [" Markl. Suppl. 119. Wakef. Phil. 363. Brunck. ibid. Eur. Iph. A. 1253. Abresch. Æsch. 2, 78. Porson. Phœn. 389. 1724. Brunck. 389. Epigr. adesp. 8. Heyn. Hom. 5, 122. 6, 45. 8, 197. Ilgen. ad Hymn. 433. Valck. Hipp. p. 279. Crudelis, Musgr. Med. 864. Detestabilis, Eur. Cycl. 368. Soph. El. 439.: vindices hinc veterem lectionem in Æsch. Pr. 442. Cum. gen., Wakef. Ion. 979. Diotim. 9. Porson. Phœn. 384." Schæf. Mss. Æsch. Choëph. 595. φρεσὶν τλημόνων, pro ταλασιφρόνων, 920. Τλήμων Ὀρέστης, Horatio Tristis Orestes.] Verum ap. Tragicos legitur ETIAM Τλάμων, ut ap. Eur. Med. (1271.) Ἰὼ τλάμων, ὦ κακοτυχὲς γύναι. Habet autem hoc τλάμων literam α e Dor. linguæ consuetudine sumtam, sicut et ἄτλατος, potius quam e deductione. [Archytas Stobæi ap. Gale p. 696. ὁ τλάμων Ὀδυσσεύς.] Extant porro et compp. hinc NOMEN [* Δυστλήμων, ap. Maneth. 1, 110. Hom. H. 2, 532. ITEM] Παντλήμων, et DOR. Παντλάμων, ap. Soph. El. (150.) p. 87. Omnino miser, infelix, Omnibus modis miser, Miserrimus, Infelicissimus: [Œd. T. 1393. Eur. Hec. 198. " Philippus 67." Schæf. Mss.] ITEM Πολυτλήμων, ap. Hom. (Il. H. 152. Od. Σ. 318.) Multum patiens, Qui magna patientia adversus varios fortunæ insultus est armatus, Multum miser, utpote qui multa sit perpessus, [Aristoph. Εἰρ. 235. * Τλημόνως, Eur. Suppl. 947. Iph. A. 1165. Æsch. Choëph. 746. * " Τλημοσύνη, Jacobs. Anth. 6, 149. Heyn. Hom. 5, 78." Schæf. Mss. Plut. Crasso p. 285. Philostr. Apoll. 7, 26.] Ut vero tandem veniam et ad compp. VERBA, Ἀνατλάω, SIVE Ἀνάτλημι, est Perfero, Perpetior, i. q. simplex τλάω s. τλῆμι, nisi quod præp. videri possit intendere signif. in hoc comp. Sic certe Perfero et Perpetior aliquo modo intendunt signif. simplicis Fero et Patior. Usus porro utriusque compositi est non in carmine tantum, sed etiam in prosa, quod simplex sit ποιητικώτερον. Xen. K. Π. 1, (2, 1.) Πόνον ἀνατλῆναι. Greg. Naz. Μεγάλους ἀνατλάντες ἀγῶνας καὶ ἄθλους. Et ante hos Homerus dixit Od. Ξ. (47.) καὶ ὁππόσα κήδε' ἀνέτλης. [" Ad Phalar. 294. Brunck. Apoll. Rh. 188. Heyn. Hom. 4, 590. 5, 477. 7, 30. Jacobs. Anth. 6, 390. 9, 88. ad Callim. 1. p. 171. ad Herod. 731. Fut., Plut. Mario c. 39. Ἀνατλὰς, Eur. Phœn. 60. ubi v. Valck." Schæf. Mss. Od. K. 327. Ἀνατλῆναι et ἀναπλῆσαι conf., Schæf. Apoll. Rh. T. I. p. 394.] " Ἀνάτλημα, τὸ, Sui" dæ ὑπομονὴ, Toleratio s. Tolerantia." ITEM Διατλάω SIVE Διάτλημι, Perpetior, Perfero, [Galei Myth. 76." Wakef. Mss.] ET Ἐπιτλάω, SIVE Ἐπίτλημι, idem, Il. Ψ. 591. Τῷ τοι ἐπιτλήτω κραδίη, Quamobrem animus tibi ista toleret et perferat. Itidem Ulysses Il. T. 217. cum dixisset Achilli, se νοήματι προβάλλεσθαι ipsum, quoniam πολλῷ πρότερος γενόμην, inquit, καὶ πλείονα οἶδα, subjungit, Τῷ τοι ἐπιτλήτω κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν, ubi certe Eust. videtur existimasse accipi pro ἐπιμεινάτω. [" Heyn. Hom. 7, 653." Schæf. Mss. * Κατάτλημι, Hes. * Σύντλημι, Eur. Alc. 413.] ET Ὑποτλάω SIVE Ὑπότλημι, Suffero, Sustineo, Subeo. Unde in Epigr. [Pauli Sil. 3.] ὑπέτλην, Sustinui.

Ταλαεργὸς, Qui patienter et constanter opus facit, Patiens et infractus in opere faciendo, Patienter laborem subiens ac perferens, τλητικὸς, τλῆναι δυνάμενος πρὸς πᾶν ἔργον, Etym. Muli epitheton, ut Il. Ψ. (654.) Ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων. Hesiod. (Ἡμέρ. 27. 32.) οὐρῆας ταλαεργούς. Vide et ap. Erasm. Chil. Muli Mariani. [Od. Δ. 636. Φ. 23. Theocr. 13, 19. Opp. Ἁ. 5, 20. " Heyn. Hom. 8, 484. ad Timæi Lex. 247." Schæf. Mss.] Ταλακάρδιος, ὁ, ἡ, i. q. τλησικάρδιος supra, Qui corde patienti est, patienti et infracto animo ærumnas et subit et perfert s. sustinet, ideoque Fortis, Magnanimus, Hesiod. (Ἀ. 424.) Διὸς ταλακάρδιος υἱὸς, [Soph. Œd. C. 562. " Wakef. Ion. 1165." Schæf. Mss.] Ταλαπαθὴς, Qui incommoda ærumnasque et infortunia patienter sustinet, etiam Cui multæ ærumnæ patiendæ veniunt, Ærumnosus, Calamitosus, Miser, i. q. τλησιπαθής. Affertur e Schol. Aristoph. Ὄρν. Itidem et Suidas ταλαπαθὲς habet, quod exp. ταλαίπωρε. At supra habuisti τλαιπαθὴς cum αι. Ταλαπείριος, Qui multas ærumnas expertus est, Miser, Ærumnosus, Od. Ξ. (511.) ἱκέτης ταλαπείριος, quod exp. ταλαίπωρος, s. ὁ πολλὰ τετληκὼς καὶ πολλῶν πεπειραμένος: [T. 379. Æneas c. 10. Agathias Ep. 66. " Ad Od. Z. 193." Schæf. Mss.] Ταλαπενθὴς, Luctus patiens, Qui luctum patienter fert, simpliciter Patiens, Tolerans, καρτερὸς, ὑπομονητικὸς, Od. E. 222. Εἰ δ' αὖ τις ῥαίησι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Τλήσομαι ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμόν. Ταλάφρων, i. q. ταλακάρδιος, Qui patienti et infracto pectore est, Constanti et invicto pectore in perpetiendis ærumnis. Vide Ταλασίφρων. [" Heyn. Hom. 6, 422." Schæf. Mss. " Opp. Ἁ. 3, 40." Wakef. Mss.]

Ταλαίμοχθος, Patiens ærumnarum et laborum molestorum, Ærumnosus. Affert Eust. e recentioribus inter ea quæ ι προσλαμβάνουσι, ut est μεσαιπόλιος, et similia. [* " Ταλαιπαθὴς, Lennep. ad Phal. p. 19." Schæf. Mss.] Ταλαιπείριος, pro ταλαίμοχθος, ταλαίπωρος, affertur ex Od. H., quod tamen in heroicum versum admitti nequit, ideoque ταλαπείριος scr. In iambo aut alio metri genere posset ferri. Ταλαίπωρος, idem, de quo supra in Πῶρος, cum suis derivatis. Ταλαίφρων, i. q. ταλάφρων, ταλαπείριος, Multas ærumnas expertus. Affertur enim e Soph. ταλαίφρων γύναι, pro ἀθλία, misera: pro quo fortasse scr. ταλάφρων.

Ταλασίφρων, i. q. ταλάφρων, Qui animo patienti est, Cujus pectus omnia tolerat, nec ullis ærumnis vincitur, sed pertinaciter eis resistit, καρτερόφρων, καρτερικὸς, ὑπομονητικὸς, Il. Δ. (421.) Δεινὸν δ' ἔβραχε χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσιν ἄνακτος Ὀρνυμένου· ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν: Metus corripuisset vel fortissimum virum, et ærumnas patienter subire suetum. Idem Hom. et ταλάφρων hac signif. usurpat, Il. N. (300.) ὅστ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν. Quo sensu et ταλαύρινος. [" Heyn. Hom. 4, 632. 7, 785." Schæf. Mss.]

Τάλασις, ἡ, Patientia, Tolerantia, VV. LL. ἀμαρτύρως.

Ταλαύρινος, i. q. ταλάφρων s. ταλασίφρων, Patiens ærumnarum et laborum, Qui forti et invicto animo labores et ærumnas subit ac sustinet. Hesychio non solum ὑπομονητικὸς, sed etiam τολμηρὸς, i. e. Audax. Il. E. 289. Αἵματος ασαι Ἄρηα, ταλαύρινον πολεμιστήν. Qui versus legitur et Il. Y. (78.) Aristoph. Ἀ. (964.) Ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν γοργόνα Πάλλει, Schol. ὑπομονητικὸς, καρτερικὸς ἐν τῇ μάχῃ. Itidemque Εἰρ. [241. " Jacobs. Anth. 6, 431. Heyn.

Hom. 5, 52. 348. 708. 8, 29. Act. Traj. 1. p. 251. A ad Charit. 233. 375. Ilgen. ad Hymn. 305." Schæf. Mss. Il. H. 237. βῶν Ἀζαλέην, τό μοί ἐστι ταλαύρινον πολεμίζειν, Schol. πληκτικῶς καὶ * ὑπομονητικῶς πολεμεῖν. Cf. Κραταίρινος.]

Ταλαὸς, i. q. ταλαίπωρος et ταλαίμοχθος, Cui multæ ærumnæ et miseriæ subeundæ ac tolerandæ sunt, Miser, Ærumnosus, Aristoph. Ὄρν. (687.) ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, ἀνέρες εἰκελόνειροι, Schol. τληπαθεῖς, annotans quosdam legere ἐφημέριοί τ' ἀλαοί: quod minus probo. Utitur et Herod., ap. quem Valla interpr. Calamitosus. || Hes. ταλαὸν exp. ὑποστατικὸν, ἰσχυρὸν, βίαιον: ut i. sit q. ταλαύρινος.

Τάλας, i. q. ταλαὸς, Aristoph. οἴμοι τάλας, Heu mihi misero, Πλ. (706.) αἶ τάλαν, Heu te miserum, O miserum te et ærumnosum. Ubi nota vocat. τάλαν: quo et Hom. usus est, Od. T. (68.) Ἀλλ' ἔξελθε θύραζε, τάλαν, καὶ δαιτὸς ὄνησο. Videtur autem et per quendam contemtum alicubi dici: ut cum Gallice dicimus Pauvre malotru. Fem. Τάλαινα, Misera, Ærumnosa: ἀθλία, ταλαίπωρος. Eur. Med. B (1279.) Τάλαινα, ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδαρος, O misera. Aristoph. (Πλ. 1044.) Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως, O miseram me ob istam contumeliosam injuriam, Hujus contumeliæ causa. Et comp. Παντάλαινα, Omnino misera et ærumnosa, παναθλία, Eur. (Hec. 667.) Item femina feminam alloquens utitur vocativo Τάλαν, cum tamen deberet dicere τάλαινα, O misera: quem usum cum habet istud τάλαν, putatur παρέλκειν. || Compar. Ταλάντερος, Miserior, Ærumnosior: superl. Ταλάντατος, Miserrimus, Infelicissimus, Aristoph. (Πλ. 1060.) Ταλάντατ' ἀνδρῶν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς: (684.) Ταλάντατ' ἀνδρῶν, οὐκ ἐδεδοίκεις τὸν θεόν; (1046.) Ποίου χρόνου, ταλάνταθ'. E quo ταλάντατος facta aliqua literarum transpositione et ejectione, factum esse putatur Τάνταλος: ut ap. Plat. Cratylo (p. 395.) Socrates ait, Τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι, εἰ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα: quippe cui adhuc vivo δυστυχήματα ἐγένετο πολλὰ καὶ δεινὰ, et ad extremum patriæ universalis eversio: mortuo autem, ἐν ᾅδου ἡ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου ταντάλεια θαυμαστὴ, ὡς συμφώνως καὶ ἀτεχνῶς τῷ ὀνόματι ἔοικεν. Quibus subjungit, Ὥσπερ ἂν εἴ τις βουλόμενος ταλάντατον ὀνομάσαι, ἀποκρυπτόμενος ὀνομάσειε, καὶ εἴποι ἀντ' ἐκείνου Τάνταλον. Innuit igitur Τάνταλον dictum quasi ταλάντατον, ob multas ærumnas et miserias quibus fuisse vexatus fertur. At ταντάλεια finxisse videtur, ut alluderet ad ταλαντεία, et τὴν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου ταντάλειαν dixisse τὸν λίθον τὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ οἱονεὶ ταλαντευόμενον. Fertur enim ei Jupiter, ne appositis epulis vesci auderet, saxum ingens jamjam casuro simile supra verticem suspendisse: ut Virg. canit, Quos supra atra silex, jamjam casura, cadentique Imminet assimilis. Qua de re vide plura ap. Erasm. Prov. Tantali Lapis. Vide ap. Eund. Tantali opes, Tantali pœnæ. [" Τάνταλος, Jacobs. Anth. 6, 176. 8, 289. 346. 11, 148. Anim. in Eur. p. 10. Porson. ad Eur. Orest. 5. Fischer. ad Plat. Euthyphr. 41. Boiss. Philostr. 638. * Ταντάλις, Meleager 117." Schæf. Mss.] Unde Τανταλίδης, Tantalides, Tantali filius. Eur. vero Τανταλίδας in Or. (351.) vocavit τοὺς Ταντάλου ἀπογόνους. Item Ταντάλειος, Tantaleus: Πέλοψ, Eur. (Iph. T. 1.) Pelops Tantali filius. At Ταντάλειον ζωὴν appellat Greg. Naz. in Epist. quadam ad Basil. Fratrem, Vitam solicitam ac periculis expositam, Erasm. Prov. Tantali Lapis: ap. quem vide et de Tantali hortis. Vide et Suid., et Athen. (281.) et Hom. Od. Λ. 580. et Virg. Æn. 6. [" Eur. Iph. T. 988. Hel. 862. El. 1176. Paul. Sil. 3. 33. Boiss. Philostr. 638." Schæf. Mss. " Suid. 3, 344." Wakef. Mss. * Ταντάλικὸς, Manetho 5, 186. * Ταντάλίτης, unde * " Ταντάλῖτις, Lithospermum, Diosc. Notha 460." Boiss. Mss.] Inde et Ταντάλίζω ac Ταντάλόω, derivata esse videntur, quamvis signif. habeant magis remotam; nam Hes. ταντάλίζεται exp. σαλεύεται: ut Ταντάλίζεσθαι sit Tantali in modum σαλεύεσθαι, qui fingitur ἀέρι ποτᾶσθαι, et in palude σαλεύεσθαι. Apud Soph. autem in Ant. (134.) p. 219. Ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντάλωθεὶς Πυρφόρος, Schol. ταντάλωθεὶς exp. διατιναχθεὶς ἄνωθεν κάτω, διασεισθείς: quam suam exp. confirmat hoc Anacr. loco, μελαμφύλλῳ δάφνᾳ χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ ταντάλίζει. Ubi fortasse ταντάλίζειν dicitur qui aliquem vel aliquid cogit οὐδεῖ πελάσαι ictu impulsuve suo: ut lapis Tantalo imminens eum, carpere cibos conantem, recedere et aquas repetere cogit. At Ταντάλου τάλαντα ταντάλίζεται Suid. in divitem Proverbio jactari scribit, inde quod Tantalus fuisse ditissimus perhibetur. Sed pro ταντάλίζεται reponendum ταλαντίζεται e vet. Cod. [Cf. Zenobii Prov. 6, 7. Apostolii 18, 14. " Ταντάλίζω, Valck. ad Röv. p. 63. Ταντάλόω, ad Phœn. p. 409." Schæf. Mss. Hesych. Ἐταντάλιζεν· ἔτρεμεν: * Ἐταντάλίχθη· ἐσείσθη. * " Ταντάλεύω, Mich. Apostol. Prov. 4, 91." Schleusn. Mss.] Apud Hes. legitur etiam Ταντάλάσσεται δάκρυα, quod exp. στάζει δάκρυα. Sed illud magis adhuc remotum est quam superiora. " Τανθαλύζω, pro Tremo, ap. " Dores, Hes. Invenitur et Ταντάλίζω." [" Valck. Anim. ad Ammon. 119. * Τανθαρύζω, ibid. (unde * Τανθαρυκτὴρ, e quo * Τανθαρυκτήριος et per contr.) * Τανθαρύκτρια, * Τανθαρυστὸς, * Τανθευριστὸς, * Ἐκτανθαρύζω, 120." Schæf. Mss. Cf. J. Poll. 5, 98. * Ἐκτανθαρύω, Hesychio τρέμω.] " Τοιθορύσσω, Qua- " tio, Concutio, σείω, Hes." [* Τοιθορυκτὴρ, unde * Τοιθορυκτήριος, e quo per contr. * Τοιθορύκτρια, Eid. ἡ τοὺς σεισμοὺς ποιοῦσα. Sed v. Valck. l. c.] " Τανόδρυστος, Tremorem efficiens, Hes." [leg. τανθαρυστός.]

[" Τάλας, Eur. El. 419. 1161. Porson. Phœn. 1724. Ammon. 133. Cum. gen., Wakef. Herc. F. 114. S. Cr. 3, 180. Monthly Review, April 1799. p. 432. Jacobs. Anth. 7, 352. Brunck. El. 1075. De quant., Monthly Review, August 1799. p. 428. Brunck. Aristoph. 2, 193. 197. 257. 3, 65. Vocat., 75. Jacobs. Anth. 10, 156. Ὦ τάλας γε, Aristoph. Ἀ. 454. Τάλαιν' ἀθλία, Brunck. Or. 1590. Musgr. 1564. Τάλαν, Ammon. 133. Ruhnk. Ep. Cr. 37. C Τάλανα, Wakef. Herc. F. 1022. Ταλάντατος, ad Charit. 444. Ruhnk. Ep. Cr. 113. Valck. ad Phalar. p. xii. Toup. Opusc. 2, 117. Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 985. ad Eur. Phœn. 389. Bergler. ad Alciphr. 115." Schæf. Mss. Τάλαις, Æolice, Greg. Cor. 212. 599.]

" Δυστάλας, Miser, Ærumnosus, s. Gravibus " ærumnis et miseriis afflictus: unde fem. gen. ap. " Soph. (Œd. T. 1236.) Ὦ δυστάλαινα:" [C. 1442. 1734. Tr. 307. 653. Aj. 410. El. 284. " Eur. Hipp. 570. 1407. Or. 955. (946.) Med. 1028." Kall. Mss. " Markl. Suppl. 1034." Schæf. Mss. * Παντάλας, Eur. Andr. 140. Æsch. Pers. 640. ἄχη. * Τριτάλας, Eur. Hipp. 739. " Clem. Alex. 33. Schol. Eur. Phœn. 1356." Kall. Mss. " Toup. Opusc. 1, 183." Schæf. Mss. " Τριτάλαινα, Const. Manass. Chron. p. 90." Boiss. Mss.]

Item Ἄτλας dicitur pro τάλας, per ἀναγραμματισμὸν, ut ἦρα pro ἀὴρ, et similia: sicut Eust. tradit, p. 46. Sic Idem p. 1390. Εἰ δὲ καὶ ἀνεγραμμάτισται D ἀπὸ τοῦ τάλας ὁ Ἄτλας, περίεργον μὲν εἰπεῖν, οὐ πάντῃ δὲ ὑπόκενον. Ubi et alias duas etymologias affert, sc. Ἄτλαντα dictum esse vel πρὸς στέρησιν τοῦ μὴ τάλας εἶναι, vel ἐπιτατικῶς quasi πολύτλαντα. Quod postremum magis probo; nam καρτερώτατον fuisse ac πολύτλαντα, vel ex eo perspicuum est, quod cœlum fingitur sustinere humeris. Quamobrem recte ab Ovidio dicitur Validus, a Virg. Durus, a Val. Flacco Ferreus: quod tam robustus sit ac validus, ut vel ipsum cœlum sustineat ferrea suorum humerorum duritie. Rursum ex ipsa re a Virg. dicitur Cœlifer. Od. A. (52.) Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι. Item Ἄτλας τὸν οὐρανὸν, sc. ὑπεδέξω, Proverbio dicitur de iis qui sese magnis et molestis involvunt negotiis, ipsique sibi malum accersunt, inquit Erasm. ex his Suidæ, Ἐπὶ τῶν μεγάλοις πράγμασιν ὑποβαλλομένων, καὶ κακοῖς περιπιπτόντων. Sed Suid. hic ἐπιβαλλομένων potius scripsisse crediderim. Ἄτλαντας

vocant etiam Statuas Atlantis, s. Statuas quæ A-tlantis modo cœlum sustinent, aut aliud quippiam ap. Architectos. Athen. (208.)"Ατλαντές τε περιέτρεχον τὴν ναῦν ἐκτὸς ἐξαπήχεις. Vitruv. 6, 9. Item si qua virili figura signa mutulos aut coronas sustinent, nostri Telamonas appellant: cujus rationes, quid ita, aut quare, ex historiis non inveniuntur. Græci vero eos ἄτλαντας vocitant. Atlas enim historia formatur sustinens mundum, ideo quod is primum cursum solis et lunæ, siderumque omnium ortus et occasus, mundique versationum rationes, vigore animi solertiaque curavit hominibus tradendas: eaque re a pictoribus et statuariis deformatur pro eo beneficio sustinens mundum: filiæque ejus Atlantides, quas nos Vergilias, Græci autem Πλειάδας nominant, cum sideribus in mundo sunt dedicatæ. Hæc ille. Ennius vero ap. Serv., superiorem etiam Atlantem cœliferum, Telamonem vocari dicit: ita ut ἄτλας et τελαμὼν synonyma sint et cum de Nomine proprio dicuntur, et cum de Signis Architectonicis, quæ mutulos aut coronas sustinent in modum Atlantis B humero cœlum gestantis: quorum prius discimus ex Ennio, posterius e Vitr. Item ἄτλας dicitur Extrema colli vertebra, quæ ipsum colli pondus sustinet, J. Poll. 2. de collo et vertebris ejus loquens, Παραπλησίων δὲ ὄντων τῶν ἐπὶ τούτοις τεταγμένων, ὁ τελευταῖος, ὡς ἀχθοφορῶν, ἄτλας ὀνομάζεται. ‖"Ατλας, Montis nomen, οὕτως ὑψηλοῦ ὥστε καὶ λέγεται ταῖς κορυφαῖς ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ, Paus. Att. (33, 5.) p. 25. De quo multa Plin. tum alibi, tum 5, 1. ubi dicit elatum esse super nubila, et e mediis arenis in cœlum attolli. Cujus montis accolæ populi dicuntur"Ατλαντες, Eust.: Herod. hos Atlantas vocavit et Nasamonas, Paus. Att. p. 25. Idem Herod. 4, (184.) dicit hos ex omnibus hominibus solos esse ἀνωνύμους: omnes enim uno quidem nomine vocari "Ατλαντας [Schw. 'Ατάραντας,] sed singulis propria nomina non esse. Ubi et ipse tradit gentem hanc appellatam esse a monte, quem ita ὑψηλὸν prædicari, ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐχ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι: quoniam sc. οὐδέκοτε αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα, οὔτε θέρεος C οὔτε χειμῶνος: ideoque κίονα τοῦ οὐρανοῦ οἱ ἐπιχώριοι λέγουσιν εἶναι. Ipsa autem regio DICITUR 'Ατλαντία, cujus Plin. quoque meminit. Mare quoque eum alluit, quod propterea VOCATUR 'Ατλαντικὸς ὠκεανὸς, de quo Aristot. de Mundo, et Plin. 5, 1. At 'Ατλαντικὸς λόγος, s. 'Ατλαντικὸς μῦθος, et 'Ατλαντικὴ ὑπόθεσις, Sermo s. Fabula de Atlante, cui interfuisse Solonem in Ægypto ap. sacerdotes, Plut. tradit in ipsius Vita (c. 26.) Ubi de Atlante cœlifero intellige: UNDE ET 'Ατλαγενὴς, [pro 'Ατλαντογενὴς,] Atlante genitore satus: ut ap. Hesiod. initio l. 2 Ergwn, Πληϊάδων ἀτλαγενέων, Pleiadum Atlantigenarum, quas Virg. quoque Atlantidas vocat, itidemque Vitruv. in l. paulo supra citato: quod patronymicum est a NOM. SING. 'Ατλαντὶς, Filia Atlantis. Filius vero ejus diceretur 'Ατλαντίδης. ‖ Hesychio ἄτλας est non solum ὁ ὠμοφόρος, Qui humeris aliquid bajulat in modum Atlantis cœliferi, sed etiam ἄτολμος, ἀπαθὴς, et ἡ διϊοῦσα εὐθεῖα ἕως τῶν πυλῶν. [" "Ατλας, Jacobs. Anth. 9, 180. D Vocat."Ατλα, Musgr. ad Eur. Hipp. 747. 'Ατλαγενὴς, Ruhnk. Ep. Cr. 15. Wolf. ad Hesiod. p. 111. Koen. ad Greg. Cor. 271(=578.) Ilgen. Hymn. 272. 'Ατλαντικὸς, Valck. Hipp. p. 276. ad Diod. S. 1, 273. Wakef. Herc. F. 233. * 'Ατλάντειος, Luzac. Exerc. 113. * 'Ατλαντεῖοι, ad Herod. 362. 'Ατλαντὶς, * 'Ατλαντιὰς, Valck. Phœn. p. 628." Schæf. Mss. 'Ατλαγενὴς, * 'Ατλαιγενὴς, Lobeck. Phryn. 669. 'Ατλάντειος, Diod. S. 3. p. 131. 163. " Nonn. D. 1, 206. Clem. Alex. 563. 'Ατλαντικὸς, Pisid. de M. O. 116. * 'Ατλαντηρίδες, Eratosth. Catast. p. 9." Kall. Mss. " Eudocia p. 280." Schleusn. Mss.]

Porro e nomine Τάλας est et VERB. Ταλανίζω, Miserum et ærumnosum voco: ut Suid. ταλανίζει exp. ἄθλιον ἀποκαλεῖ, s. ἐπιφωνῶ τὸ Ὦ τάλαν, aut Ὦ τάλαινα, quemadmodum σχετλιάζειν est ἐπιφωνεῖν τὸ Σχέτλιε. [Cf. Μακαρίζειν.] Idem vero Suid. ταλανίζει exp. etiam θρηνεῖ, sicut et Hes. Ut ταλανίζω sit Defleo et lamentor veluti miserum, aut etiam Defleo et deploro miserias, easque vel meas vel alienas. [" Æsop. Fab. A 58. Ed. Genev. 1628." Seager. Mss. " Paraphr. Enchiridii Epict. c. 26. "Ορα μήποτε—μακαρίσῃς μὲν ἐκεῖνον, ταλανίσῃς δὲ σεαυτόν." Schw. Mss. " Clem. Alex. 168." Wakef. Mss. " Miserum proclamo, Phot. c. Man. 4, 30." Schleusn. Mss. * " Ταλανισμὸς, Miseria, Status miserandus, Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 206. Euthal. Edit. Act. Apost. 408. 511." Kall. Mss. " Lamentatio, Deploratio, Chrys. Hom. 18. T. 6. p. 232, 11. Συμβουλίαις μὲν οὐκ ἐχρήσατο λοιπὸν, οὐδὲ σημείοις, ταλανισμῷ δὲ μόνον, τὸ οὐαὶ συνεχῶς ἐπιλέγων ταῖς πόλεσι." Seager. Mss.] ITEM Τάλαντος ap. Hes. legitur, et exp. ταλαίπωρος. Quod minus suspectum reddit series alphabetica, positum sc. inter τάλαντον et ταλαντώσει. Et τάλαντα, Eidem sunt τὰ ἀτυχέστατα: forsan pro ταλάντατα.

[* " Ταλαίνω, et * Ταλάσσω, i. q. ταλάω, Schol. Theocr. 15, 111." Wakef. Mss.]

" Τάλα, Magnum: μέγα, Hes."

" "ΟΤΛΟΣ, ὁ, Ærumna, Labor, Miseria, μόχθος, " κακοπάθεια, Hes. Suid." [" Wakef. Trach. 7." Schæf. Mss.] " INDE 'Οτλέω ET 'Οτλεύω, Ærumnas " et labores patior ac sustineo, πονῶ, κακοπαθῶ, Hes. " Ponuntur etiam pro Patior, Sustineo, Perfero, ut " μογέω. Apud Suid. ex Epigr."Εκδικον ὀτλήσοντες " ἀεὶ πόνον. Et rursum, Τάλας, ἐφώνει, μόχθον οἷον " ὀτλεύεις. Sic Apoll. Rh. 2, (1008.) καπνῷ κάματον " βαρὺν ὀτλεύουσι. Ubi Schol. itidem exp. ὑπομέ- " νουσι, Sustinent, Perferunt, Tolerant." [" 'Οτλέω, ad Charit. 771. Jacobs. Anth. 11, 111. 151." Schæf. Mss. " Manetho 6, 412." Wakef. Mss. Lycophro 819. Apoll. Rh. 4, 1227.] " A verbo ὀτλέω est VER- " BALE"Οτλημα, τὸ, Ærumna, Miseria, i. q. ὄτλος. " ET 'Οτλήμων, Ærumnosus, Miser. Utriusque " meminit Hes., afferens sc. ὀτλημάτων pro κακοπα- " θημάτων: et ὀτλήμων pro ἄθλιος." [" 'Οτλήμων, Heyn. Hom. 6, 98. * 'Εξοτλέω, Musgr. Ion. 1108." Schæf. Mss.]

ΤΑΛΑΝΤΟΝ quoque ejusd. cum τάλας originis esse, vel etiam ex illo ipso derivatum, creditur, παρὰ τὸ τάλαν καὶ καρτερικὸν τοῦ ἐργαλείου, καὶ τὸ οἱονεὶ φερέπονον: quemadmodum et τρυτάνη dicta existimatur παρὰ τὸ τοῖς βαρήμασι τρύεσθαι, i. e. καταπονεῖσθαι, inquit Eust. Est autem τάλαντον, Instrumentum σταθμικὸν, cui pondera appendunt, s. quo ponderant, i. e. Statera, Libra; vel etiam, Trutina, Lanx: quæ tamen duo proprie pars sunt τοῦ σταθμικοῦ ὀργάνου, interdum vero pro Ipso instrumento integro ponuntur. Pro Lance et parte σταθμοῦ accepit Hom. Il. M. 433. 'Αλλ' ἔχον, ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς, "Ητε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει, 'Ισάζουσ', Θ. 69. Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα· 'Εν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ 'Αχαιῶν χαλκοχιτώνων: Bilances, quarum lancium alteri imponebat fortunam Trojanorum, alteri fortunam Græcorum. Qui versus leguntur et Il. X. (209.) ubi Hectorem et Achillem committit idem Jupiter. Et T. 223. ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεύς. Lycophronem autem τάλαντον vocasse αὐτὸ τὸ ὄργανον τοῦ σταθμοῦ, tradit Eust. 740. Sic et Aristoph. (B. 797.) Καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται, i. e. ζυγῷ. ‖ Interdum vero τάλαντον dicitur Id ipsum quod lanci imponitur ponderandum, et nominatim pondus 125 librarum, ut Hes. ex Epiphanio tradit. Idem Hes. dicit etiam esse ὁλκὴν λιτρῶν ἑκατὸν, vel ἑκατὸν εἰκοσιπέντε, vel ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, vel τετρακοσίων, vel χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα δύο. Nam diversa talentorum genera fuere: ut Hebraicum, Ægyptium, Babylonicum, Atticum, Euboicum, Siculum, Ægineticum: de quibus vide Bud. in libris de Asse. Idem de talento magno, de talento numario, de talento ponderali, vide Eund. in iisdem libris: qui etiam docet auri et argenti talenta non fuisse æqualia. Vide ap. Eund. quæ de talento tradit ex J. Poll. et Vitr.: Eust. quoque testatur τάλαντον ap. veteres fuisse ἀόριστον, siquidem ap. posteriores Atticos εἰς ἑξακισχιλίους στατῆρας περιέστη, Macedonicum vero talentum fuisse τρεῖς χρυσίνους, de quo Diphilus, ἀργυρίου βραχύ τι τάλαντον: ap. alios denique fuisse ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρας δραχμάς. Idem annotat τάλαντον ali-

quando fuisse χιλιάδας κερμάτων ἕξ, idque patere ex Athen., qui, ubi scribit Alexandrum magnum in cœnam insumsisse ἑκατὸν μνᾶς, addit, τὰ τετρακόσια τάλαντα γίνεσθαι Ἰταλικοῦ νομίσματος μυριάδας διακοσίας τεσσαράκοντα: apud Hom. vero fuisse οὐ μέγα τι, ideoque fieri potest ut Homericum talentum accedat ad Macedonicum, vel ad Davidicum, nam David vixit circa finem regni Assyriorum: cui tempori proximum fuisse Homerum nonnulli tradiderunt, ut auctor est Eusebius. Il. I. 122. Ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, Od. Ω. (273.) Καί οἱ δῶρα πόρεν ξεινήϊα οἷα ἐῴκει. Χρυσοῦ μὲν οἱ δῶκ' εὐεργέος ἑπτὰ τάλαντα. Plut. Alex. (36.) Τετρακισμύρια τάλαντα νομίσματος. Ibid. Πορφύρας Ἑρμιονικῆς τάλαντα πεντακισχίλια. Aliquanto ante, τάλαντα λιβανωτοῦ πεντακόσια dicit Alexandrum Leonidæ præceptori suo misisse. Itidem Aristoph. Σφ. (1147.) dicit Ἐρίων τάλαντον καταπέπωκε, Talentum lanarum, s. Lanarum libras 125. [" Wakef. Eum. 891. Jacobs. Anth. Proleg. 54. Anth. 7, 160. Heyn. Hom. 4, 226. 5, 427. 549. 6, 347. 7, 249. 534. 657. 660. 8, 408. 505. Ind. Xen. Mem., ad Il. B. 627. Bentl. Opusc. 29. ad Charit. 286. Valck. Diatr. 288. Zeun. ad Xen. K. Π. 262. ad Herod. 243. 246. 524. ad Lucian. 1, 377. ad Diod. S. 1, 123. Cum gen. ἀργυρίου, Valck. Adoniaz. p. 341. Ruhnk. ad Xen. Mem. 229. Τάλαντα Ταντάλου, Pierson. Veris. 47. Χρύσεια τάλαντα, Porson. Med. p. 46. Heyn. Hom. 5, 427. 549. Jacobs. ad Anth. Palat. 430." Schæf. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Socr. Dial.]

[* Ταλαντοῦχος, Libripens, Qui libram tenet, Æsch. Ag. 450=427. Lobeck. Phryn. 657. " Eust. Il. 875, 26." Wakef. Mss. * Ταλαντοειδής, contracte * " Ταλαντώδης, Incertus, Fluctuans, Commutabilis, Pseudo-Chrys. Serm. 75. T. 7. p. 469, 36. Πολλὴ ἡ τοῦ δαίμονος ἐπήρεια, ταλαντώδης βουλή." Seager. Mss.]

Ἀμφιτάλαντος, ὁ, ἡ, Utramque in partem libramentum habens. Hes. ἀμφιτάλαντον exp. ἀμφοτέρωθεν ῥέψαι δυνάμενον, i. e. Quod ab utraque parte potest vergere vel inclinare. Quod si dixisset ἀμφοτέρωσε, exponerem, Quod in utramque partem potest vergere. In VV. LL. exp. Utrimque libratus: affertur que e Greg. Naz. Ἀμφιτάλαντος ὁδὸς itidem pro Via utrimque librata. [" Eust. 140, 34." Seager. Mss.] Ἀντιτάλαντος, Qui paris est ponderis, Æquilibrium faciens, Qui ex opposita lance appensus æquipondium facit, ἰσόσταθμος, [ἴσος, Hes.] Metaphorice capitur pro Eo qui est paris momenti aut ponderis; nam Latine quoque metaphoricum est hoc genus loquendi. Et generaliter pro Æqualis. Ἀτάλαντος itidem dicitur Qui paris s. æqualis est ponderis, in altera lance positus, æquipondium s. æquilibrium facit, generaliter Par, Æqualis, ἴσος, Il. P. 259. Μηριόνης ἀτάλαντος ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ: N. 795. Οἱ δ' ἴσαν ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ. Additur interdum dat. veluti instrumentalis ejus rei, qua aliquis alicui par et æqualis esse dicitur: ut Phocyl. (208.) dixit γενεῇ ἀτάλαντον, Ætate parem, Æqualem, ἰσήλικα. Pro quo dat. Hom. accusativum posuit, subaudiens κατά: ut (Il. B. 169.) Ὀδυσῆα Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον, i. e. τῷ Διὶ τὴν εὐβουλίαν ἴσον. [" Ad Charit. 744. Heyn. Hom. 4, 226. 5, 109. 6, 422. 463. ad Il. B. 627." Schæf. Mss. Greg. Cor. 893.] AT Ἀταλάντη, Nomen proprium: pro quo Theocr. 3, (40.) Dorice DICIT Ἀταλάντα. [Lex. Xen.] || Ἀταλάντη fuit et Triremis nomen, ab Atalante heroide ei impositum. [* Βαρυτάλαντος, Nicet. Annal. 17, 10.] Δεκατάλαντος, Qui decem talentorum est, decem talenta ponderat: λίθος, J. Poll. 9. ex Aristoph. Centauro. [" Valck. Adoniaz. p. 314." Schæf. Mss. Æschines p. 273.] UNDE Δεκαταλαντία, ἡ, Decem talenta, δέκα τάλαντα, J. Poll. ibid. " Ὑπερδεκατάλαντος βλάβη, Damnum quod est plus " quam decem talentorum." [" Phalar. 326." Schæf. Mss.] Διτάλαντος, Qui duorum talentorum est, Duo talenta ponderans: σταθμός, Duorum talentorum pondo. [Herod. 1, 50. 2, 96. 195. Diod. S. 16. p. 540, 12. Lucian. p. 124. 161. 938. " Valck. Adoniaz. p. 313. Wessel. ad Herod. 243." Schæf. Mss. Demosth. 329. 833. * Διτάλαντον, τὸ, Duo talenta, LXX. 2 Reg. 5, 23. * Διταλαντιαῖος, Lobeck. Phryn.

A 547.] Ἑκατοντάλαντος, Qui centum talentorum est, Centum talenta ponderans, [Aristoph. Ἱππ. 440.] UNDE Ἑκατονταλαντία, ἡ, Centum talenta, J. Poll. 9. Ἰσοτάλαντος, Qui paris s. æqualis est ponderis, i. q. ἀντιτάλαντος, ἀτάλαντος, s. ἰσόζυγος, ἴσος, ὅμοιος, ut Hes. exp. synonymum ἀτάλαντος. [* Ὁμοτάλαντος, Phav. 131, 2. " Heyn. Hom. 4, 226." Schæf. Mss.] Πεντατάλαντος, SIVE Πεντετάλαντος, Qui quinque talentorum est, Quinque talenta æquans: προίξ, Phalar. Dos quinque talentorum: δίκη, Lis, qua de quinque talentis disceptatur, Per quam quinque talentis quispiam multatur. Aristoph. N. (758.) Εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη, Schol. πέντε σε δυναμένη ζημιῶσαι τάλαντα. [Dem. 833. " Brunck. Aristoph. 3, 204. ad Mœr. 322." Schæf. Mss.] Πεντηκοντατάλαντος, Qui quinquaginta talentorum est. UNDE Πεντηκονταταλαντία, ἡ, Quinquaginta talenta. J. Poll. 9, (52.) e Demosth. Πολυτάλαντος, Multa habens talenta, i. e. Dives; qui enim multa possidet talenta, dives sit oportet. J. Poll.
B quoque exp. πλούσιος, itidemque Etym. i. e. Dives, Bene numatus. Item res aliqua πολυτάλαντος, Quæ multis talentis æstimatur: ut πολυτάλαντον πρᾶγμα idem J. Poll. dici scribit τὸ πολλοῦ ὤνιον. Sic Athen. (398.) Aristotelis Historiam Animalium vocavit opus πολυτάλαντον, quod multis talentis vendatur, i. e. maximi pretii et multorum numorum: s. multinumum, ut Varro multinumos asinos dixit: [594. Lucian. 1, 722. 2, 650. 3, 298. " Bergler. ad Alciphr. 300." Schæf. Mss.] Τριτάλαντος, Qui trium talentorum est, Tribus talentis constans, [" Schurzfl. Bibl. Vin. 78. Diod. S. 2, 442. Valck. Adoniaz. p. 313. Toup. Opusc. 1, 496." Schæf. Mss. Aristoph. Λ. 338. Isæus de Herod. Pyrrh. p. 24. 34. * Τριταλαντιαῖος, Plut. Æmilio Paulo 30. Philo Mechan. p. 51. Lobeck. Phryn. 547-8. "Schurzfl. l. c." Schæf. Mss.] Item τριτάλαντον substantive exp. Pondus trium talentorum, Tria talenta: SICUT Ἡμιτάλαντον dicitur Dimidium talentum: unde ap. J. Poll. 9. Τρία ἡμιτάλαντα, et τέσσαρα ἥμισυ τά-
C λαντα, δύο ἥμισυ τάλαντα, ἓξ ἥμισυ τάλαντα: et ex antiquis, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, πέμπτον ἡμιτάλαντον. Ubi vide et quædam alia quæ annotat. Affert ibid. et hunc versum Homeri (Il. Ψ. 796.) Ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω. [" Thom. M. 3. Wessel. ad Herod. 23. (1, 50.)" Schæf. Mss. * Πενθημιταλαντιαῖος, Philo l. c.]

Ταλανταῖος SIVE Ταλαντιαῖος, Talentum æquans, Athen. (148.) in descriptione convivii a Cleopatra instructi, Τῇ δὲ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ταλανταίους εἰς ῥόδα μισθοὺς ἔδωκε. Item ταλανταῖος λίθος, Lapis tam magnus ut talenti pondus æquet, Vitr. Machina habens pondus talentum quatuor millium. Joseph. de Capt. Jud. Ταλαντιαῖοι λίθοι τὸ μέγεθος, ubi Interpres nimis generaliter Ingentes lapides vertit. Et Apoc. 16, (21.) Ταλαντιαία χάλαζα. Item et Quævis alia quæ ingentis vel ponderis vel magnitudinis sunt, ταλαντιαῖα dicuntur: ut Alcæus Comicus in Endymione dixit ταλαντιαίων νοσημάτων, teste J. Poll. 9, (53.) At ex Aristot. Œcon. 2. affertur
D Ταλαντιαίους καθιστάναι τοὺς ἐγγύους τῶν εἴκοσι ταλάντων, Pro talentis sponsores dare viginti talentorum. Vel etiam, Sponsores dare qui viginti talenta ista persolvere possint. [Οἶκος ταλαντιαῖος, Domus valens talentum, Dem. 833. " Ad Diod. S. 2, 352. 468. Valck. Adoniaz. p. 314. Toup. Opusc. 2, 161." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. N. T. Formam ταλανταῖος improbat Lobeck. ad Phryn. 544.]

Ταλαντάω, Libro, Pondero. UNDE Ὑπερταλαντᾶν, quod in Lex. meo vet. [et Etym. M.] habetur et exp. * ὑπερβαρεῖν, Præponderare, Ponderis gravitate superare.

Ταλαντεύω, itidem Libro, Pondero, Appendo. Et pass. τὰ ταλαντευόμενα dicit Eust. Ea ipsa quæ ponderantur s. appenduntur, et ad explorandum pondus imponuntur lanci: quæ et ἱστάμενα dicuntur. Pro Appendo, Pondero, Lanci impono, accipi potest et in hoc loco Macedonii Epigr. Ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τάλαντα Διὸς πάγχρυσα τελέσθη, Οἷσι ταλαντεύει πάντα νόμον βιότου. Hom. quoque Jovem τιταίνειν τάλαντα ait, et alteri lanci imponere sortem prosperam, alteri ad-

versam, ut in Τάλαντον videre est in duobus ll., ad quos allusit hic Macedonius. Bud. quoque interpr. Expendere, Appendere, librareque, h. e. Suspensum tenere, ap. Philon. de Mundo, Εἰ μὲν δὴ κενὸν, πῶς τὸν πλήρη καὶ τὸν ναστὸν καὶ τῶν ὄντων βαρύτατον, εὑρέθη ταλαντεῦον, στερεοῦ μηδενὸς ἐπερειδόντος. Idem affert et Greg. Naz. Carm. Καί με ταλαντεύει σκολιοῦ μόθος ἑρπηστῆρος, (rectius ἑρπυστῆρος,) cum hac exp. Dæmonis solicita versutia nunc me tollit vicissim ac deprimit; nunc enim ad Deum meditandum convertor, nunc ad mundi turbulentiam revolvor, imposturam mihi faciente fallaci obreptore. Et Diod. S. in Hist. Alex. Ἐταλαντεύετο τῇδε κἀκεῖσε, τῆς τροπῆς ἐναλλὰξ γενομένης, Inclinabatur et vergebat huc et illuc vicissim: de pugna quadam, quæ ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν. Inde ταλαντεύεσθαι τὴν γνώμην, inquit Idem, signif. Animum utroque ancipitem esse et alternantem. Lucian. (2, 402.) Ἐγὼ γὰρ, καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν, ἰσοῤῥόπως ταλαντεύομαι, In neutram partem propensus sum, ut libra in examine stans et æquilibrio: quod et ἰσοῤῥοπία dicitur, sc. ὅταν ἰσάζῃ τὰ ζυγά. Itidemque æquilibrium significant, cum τὰ ζυγὰ μηδαμοῦ ἀπονεύοντα μήτε καταῤῥέποντα dicunt: at ἐπανισοῦν τὰς τῶν σταθμῶν ἀποκλίσεις, Ad æquilibrium redigere. Ταλαντεύεσθαι quoque Alciphron accusativo junxit pro In æquilibrio tenere: ut, Πρὸς μὲν οὖν τὸν χρυσὸν ὃν ἐπαγγέλλονται, κέχηνα· ἀνδροφόνος δ' οὐχ ὑπομένω γενέσθαι· μένειν δὲ πενίᾳ συζῶντα χαλεπόν· τούτων σὺ τὴν αἵρεσιν ταλαντεύῃ· ὅπου γὰρ ἂν ῥέψῃς, ὦ γύναι, ἅπαξ ἐκεῖσε ἀκολουθήσω, Utram in partem ego vergam, in tua voluntate positum est. Hæc fere Bud. Comm. 359. Paulo aliter Theophyl. Ep. 17. Ἡ παρθένος δίκη διέφθαρται, καὶ χρυσὸς τοῖς ἀνθρώποις τὸ νικᾶν ταλαντεύεται, Velut præponderans dat victoriam. Neutraliter quoque accipitur pro Præpondero, Philo V. M. 3. Τῇ μὲν γὰρ ἐταλάντευε τὸ ἔλεος καὶ τὰ δίκαια, τῇ δ' ἀντέβριθεν ὁ νόμος, Hinc enim misericordia et æquitas præponderabant. Itidem in libro de Mundo, Ἡ δὲ γῆ κατωτάτω ταλαντεύουσα, In infimum suo libramento depressa, Bud., qui et p. 359. Comm. citans eund. locum, ταλαντεύουσαν exp. βρίθουσαν, Pessum euntem, Degravantem. [" Bergler. ad Alciphr. 33. 100. ad Timæi Lex. 247. ad Il. B. 627. Jacobs. Anth. 10, 294. 11, 285. ad Diod. S. 1, 420. 2, 85. 538. Paul. Sil. 56. Bast Lettre 229. Wakef. S. Cr. 5, 45." Schæf. Mss. " Schol. Arat. 15." Wakef. Mss. Plut. Symp. 5, 7. Greg. Naz. Orat. 3. p. 70. Herod. 3. p. 132. 8. p. 406. 10. p. 467. * " Ταλάντευσις, Anna C. 3." Elberling. Mss. * Ἀμφιταλαντεύω, Nonn. D. 1, 183. 6, 110.] Ἀντιταλαντεύω, Rependo, Æquali pondere retribuo, ἰσοστάσιον ἀποδίδωμι et ἀντισταθμίζω: ut Aurum pro Gracchi capite repensum Cic. dixit in Oratore, et Plin. Auro rependere. Passiva voce usus est Greg. Naz. in Jul. Invect. 2. Τοῖς εἰρημένοις προσθεῖναι δεῖ τὰ δίκαια τοῦ Θεοῦ σταθμία, οἷς ἀντιταλαντεύεται πονηρία, Jam dictis addere justa Dei pondera, et quibus iniquitas rependitur, h. e. iniquitatis Supplicium; sequitur enim, τοῖς μὲν, αὐτόθεν ἀπαντῶσα· τοῖς δὲ, καὶ μικρὸν ὕστερον. Bud. 359. [Liban. 4, 798. "Jacobs. Anth. 10, 407." Schæf. Mss. * " Ὑπερταλαντεύω, Pondere vinco, Præpondero, Chrys. Hom. 108. T. 5. p. 703, 38. Ὑπερεταλάντευσε γὰρ παρὰ Κυρίῳ ἡ ταύτης βραχεῖα προσφορὰ τῶν τὸν χρυσὸν βεβληκότων πλουσίων." Seager. Mss.]

Ταλαντόω, i. q. ταλαντεύω, Plato Tim. (535.) Διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτ' ἰσοῤῥόπων ἐμπίπλασθαι, κατ' οὐδὲν αὐτοῖς ἰσοῤῥοπεῖν, ἀλλ' ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην, σείεσθαι ὑπ' ἐκείνων αὐτὴν, Inæqualiter librari, Non ad æquilibrium cum eis ferri, Bud. 359. Idem locus citatur ab Etym. et in Lex. meo vet., ubi ταλαντοῦν et ταλαντεύειν exp. σταθμίζειν et ζυγοστατεῖν. [" Timæi Lex. 247. et n." Schæf. Mss.] Ταλάντωσις, ἡ, Ponderatio, Examinatio quæ fit pondere appenso et libratione, στάθμησις, στῆσις, Suid. Apud Hes. quoque legitur, Ταλαντώσει, σταθμήσει, στήσει: quod tamen potest esse etiam 3 pers. fut. indic. a Ταλαντόω. J. Poll. ταλάντωσιν ap. Antiphanem τὸ βάρος significare ait. [* Ἀντιταλαντόω,

A unde * " Ἀντιταλάντωσις, Olympiod. ad Plat. Phæd. 60." Boiss. Mss. * Διαταλαντόω, Achill. Tat. 3, 1. * " Ἐκταλαντόω, Talentis aliquem exuo, Sopater Parodus ap. Athen. 230. Ταντάλου ταλάντοις ἐκταλαντωθεὶς, Tantali divitiis exutus." Schw. Mss. In Glossis male extat * Ταλαντιώω· Libro.]

Ταλαντίζω, itidem Pondero, ut ταλαντεύω et ταλαντόω. Unde Prov. ap. Suid. Ταντάλου τάλαντα ταλαντίζεται, in hominem divitem: quoniam Tantalus fuisse πολυτάλαντος perhibetur, i. e. multa possedisse talenta et fuisse bene numatus. Sed perperam ap. Suid. scriptum est ταντολίζεται pro ταλαντίζεται, quod in meo vet. Cod. habetur. [* Ὑπερταλαντίζω, Epiph. 1, 985.]

ΤΑΛΑΣΙΟΝ quoque ET Ταλασία Eust. derivat a ταλάω una cum τάλας, nulla tamen etymi allata ratione. Est autem Ταλάσιον, Lana; Hes. enim ταλάσια exp. ἔρια, Lanas. At ταλασία dicitur Ipsum lanificium, ἡ ἐριουργία, ἡ ἐρίων ἐργασία, ut idem Hes. exp. nec non et Suid., qui affert
B etiam ταλάσιον pro ἐριουργὸν, a NOMIN. Ταλάσιος, Lanifex, Qui lanas tractat, ὁ ταλάσια ἐργαζόμενος, i. e. ἔρια. Sed perperam ap. eum ἱερουργία scribitur pro ἐριουργία, itidemque ἱερουργὸν pro ἐριουργόν: qui error vulg. Lexicis occasionem dedit ταλασία interpretandi Sacrorum administratio. Eidem ταλάσιον ἔργον est ἐριουργία. [" Ταλασία, Jacobs. Anim. 286. Ind. Xen. Mem., ad Timæi Lex. 247. Abresch. Add. ad Aristæn. 133. Lectt. 128." Schæf. Mss.] || Alioqui Ταλάσιος est etiam Nom. propr. juvenis cujusdam Romani: cui cum feliciter cessissent nuptiæ cum Sabina quadam virgine rapta inter alias, factum est ut in ceteris quoque nuptiis Talasius acclamaretur, ut Hymenæus ap. Græcos. Qua de re fusius Plut. Probl. Rom. 484. meæ Edit. (=7, 101.) ubi quærit, Διὰ τί ὁ πολλυθρύλλητος ᾄδεται Ταλάσιος ἐν τοῖς γάμοις; Ibid. utitur ταλασίας vocabulo, sic respondens ad illud Problema, Πότερον ἀπὸ τῆς ταλασίας; καὶ γὰρ τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι: atque adeo ipsa sponsa, cum ad sponsi ædes dedu-
C citur, Εἰσφέρει ἠλακάτην καὶ τὴν ἄτρακτον, ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρὸς, Colum infert cum fuso, et lana fores mariti redimit.

Ταρακτὸς, Perturbatus s. Qui perturbari potest. UNDE Ἀτάρακτος, ὁ, ἡ, Imperturbatus, Qui perturbatus non est, Qui perturbari nequit: Quietus, Tranquillus. [Xen. Ἱππ. 7, 10. Ἱππαρχ. 2, 1. 5. " Zeun. ad Xen. K. Π. 172." Schæf. Mss. " Ἀταρακτότερος, M. Anton. 4, 24." Kall. Mss.] E quo COMP. Ἀταρακτοποιησίη, ἡ, Actio imperturbata, Imperturbate aliquid agere. Quo vocab. utitur Hippocr. περὶ Εὐσχημοσύνης (p. 24.) jubens τῆς ἀταρακτοποιησίης μεμνῆσθαι, Meminisse ne quid perturbate aut turbulenter faciat. [* Ἀταράκτως, M. Anton. 12, 3. Xen. Ἱππαρχ. 4, 9. * Ἀταρακτέω, Joseph. A. J. 15, 10, 3. " Imperturbatus persisto, M. Anton. 9, 41." Kall. Mss. Epicurus Diogenis 80.] ITEM Εὐτάρακτος, Qui facile perturbatur, Perturbatu facilis. [* Πολυτάρακτος, Achill. Tat. 1, 13. Spitzner. Mantissa Obss. in Quint. Sm. 228.]

Ταραχὴ, ἡ, i. q. τάραξις et ταραγμὸς, i. e. Turbatio, Perturbatio, Tumultus. Quam posteriorem signif. habet, cum de Multitudine hominum dicitur, non autem cum uni alicui tribuitur: prior vero et multis et uni convenit, et tam animi quam rerum perturbationem signif., ut sequentia docebunt exempla. Isocr. ad Nic. (1.) Ταύτης τῆς ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς, Lucian. (1, 69.) Τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν, Herodian. 7, (11, 7.) Διὰ τὴν οὖσαν στάσιν τε καὶ ταραχὴν, Ob seditionem et tumultum qui tunc erat, 1, (12, 12.) Ταραχῆς οὔσης περὶ τὸ προάστειον, Cum suburbanum tumultu completum esset, Dem. (231.) Ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔρις καὶ ταραχή. Rursum Herodian. 4, (4, 11.) Ταραχὴ κατεῖχε τὸν δῆμον, Erat ingens tumultus populi. Itidemque et 2, (6, 1.) Ταραχὴ πάντας κατεῖχε, sc. nuntiata cæde imperatoris. Verum ut ipsa ταραχὴ dicitur esse ἔν τινι et κατέχειν τινὰ, ita vicissim aliquis εἶναι vel καθίστασθαι ἐν ταραχῇ aut ταραχαῖς. Herodian. 7, (10, 1.) Ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀφασίᾳ ὅ,τε δῆμος ἦν καὶ ἡ σύγκλητος, Ingens perturbatio et terror invasit et populum et senatum: 6, (9, 1.) Ἐν μεγίστῃ ταραχῇ γενόμενος, Vehementer perturbatus atque exterritus. Sic Dem. (301.) Οἵας τότε ἠφίει φωνὰς ὁ Φίλιππος, καὶ ἐν οἵαις ἦν ταραχαῖς. Et Isocr. Ἐν τοιαύτῃ μοι ταραχῇ καθεστῶτι, καὶ μεταμελείας ποιουμένῳ πολλὰς, ἔδοξε κράτιστον εἶναι: Archid. Εἰς πολλὴν ταραχὴν καταστήσεσθαι τοὺς ἐχθρούς. Sic in Symm. Ταραχῆς ἀπαλλαγέντες, εἰς ἣν νῦν πρὸς ἀλλήλους καθέσταμεν. Aliquis autem aut res aliqua dicitur nos εἰς ταραχὴν καθιστάναι, et ἐμβάλλειν, Isocr. Symm. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καὶ νῦν εἰς ταραχὴν ἡμᾶς καθιστᾶσα, Herodian. 3, (7, 1.) Μεγάλην ταραχὴν ἐνέβαλεν ὁ Σεβῆρος παρεσόμενος. Eadem signif. aliquis vel aliquid dicitur ταραχὴν παρέχειν et ποιεῖν, Thuc. 8, (42.) p. 276. Καὶ αὐτῷ ὑετός τε καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυννέφελα ὄντα πλάνησιν τῶν νεῶν ἐν τῷ σκότει καὶ ταραχὴν παρέσχε. Et Isocr. Paneg. Οὐδὲ ταραχὰς ἐποιοῦμεν, πολιτείας ὑπεναντίας παρακαθιστάντες. Rursum Thuc. 7, (86.) p. 263. Μὴ ταραχὴν σφίσιν ἐν εὐπραγίᾳ ποιήσῃ. Quibus adde hoc Plut. περὶ Ἀοργ., Ταραχῆς καὶ καπνοῦ μεστὰ ποιεῖ πάντα τὰ ἐντὸς, de eo qui se συνεμπίπρησι τῇ οἰκίᾳ. Adde et hoc Ejusdem, Symp. 3, 2. de hedera vino mixta, Ταραχὴν καὶ παραφρόνησιν οἵαν ὑοσκύαμος ἐμποιεῖ. Quibus oppositum κατασβεννύναι τὴν ταραχὴν, ap. Xen. K. Π. 5, (3, 20.) cui simile exemplum e Plut. habes in Φλεγμαίνω. Affinem signif. illis habet hoc Isocr. Paneg. Τὰς διὰ τύχας αὐτῷ γεγενημένας ταραχὰς διαλύειν ἐπεχειροῦμεν: Panath. Τὴν νῦν γενομένην ἐν τῇ διανοίᾳ μου ταραχήν. Ubi etiam nota ipsam ταραχὴν alicui γίνεσθαι, sicut legimus aliquid aut aliquem alicui eam ἐμποιεῖν vel παρέχειν.

A Ac sicut γίγνεσθαι dicitur, ita etiam συμπίπτειν, Xen. K. Π. 4. Ταραχῆς πολλῆς ἐξ ἀπροσδοκήτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ συμπεσούσης. Dicunt eand. et εἶναι ἔν τισιν, ut patet e supra allatis exemplis. Rursum Isocr. Nicocle, Τὰ πράγματα ταραχῆς μεστὰ, i. e. ἐν ταραχαῖς εἰσὶ s. καθίστανται: Panath. Ταραχῆς μειρακιώδους μεστὸς ὤν. [" Thom. M. 667. Heringa Obs. 163. Valck. ad Herod. 261." Schæf. Mss. Alvi fluxus, Jambl. V. P. 230.] ITEM Τάραχος, ὁ, eadem signif. qua ταραχὴ, Turbatio, Perturbatio, Turbæ, Tumultus, Act. 12, (18.) Ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, Fuit tumultus non parvus inter milites quidnam factum esset Petro. Sic et 19, [23. " Thom. M. 667. Duker. Præf. Thuc. p. 12." Schæf. Mss. " Charit. 112, 7." Wakef. Mss. LXX. 1 Sam. 5, 9. Xen. Œc. 8, 10. K. Π. 7, 1, 16. K. Ἀ. 1, 8, 2. Ἱππ. 9, 4. Dionys. H. 2, 134.] Ab utrovis autem derivari potest ADJ. Ταραχώδης, Turbulentus, Turbarum plenus, Plut. de Orac. Γίνεταί τις ἐξ ἀμφοῖν ταραχώδης καὶ παράφορος

B ἐλιγμὸς, Xen. K. Π. 3, (3, 14.) Ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστι. Rursum Plut. Alex. Ταραχώδης γενόμενος καὶ περίφοβος τὴν διάνοιαν, i. e. ταραχθεὶς καὶ ἐκπλαγεὶς τὴν ψυχὴν, ut Herodian. loquitur. Aristot. vero Polit. 8. Ἐκ τῆς ἐμποδὼν παιδείας ταραχώδης ἡ σκέψις. [" Hemst. ad Propert. 929. Dionys. H. 2, 1199. Zeun. Ind. Xen. K. Π." Schæf. Mss. J. Poll. 8, 153.] Ταραχωδῶς, Turbulente, Tumultuose, Plut. Coriolano (5.) Τοὺς πολεμίους οὐκ ἔλαθε τ. ἔχων ὁ δῆμος, i. e. ἐν ταραχαῖς ὢν s. καθεστώς. Et Isocr. ad Phil. Αἴτιον τοῦ τ. αὐτοὺς οὕτω ζῆν, i. e. ἐν τοιαύταις ταραχαῖς αὐτοὺς διάγειν, In tam turbulento rerum statu. [Dionys. H. 1, 68. J. Poll. 8, 154. " Nicol. Damasc. 462. Polyæn. 158." Wakef. Mss.] Inde et COMP. Ἀτάραχος, Vacuus a perturbationibus aut turbis, Perturbationibus non obnoxius, Intrepidus. [Xen. K. Π. 2, 3, 21. M. Anton. 7, 16. Aristot. Eth. 3, 9. 4, 5. " Zeun. ad Xen. K. Π. 172. Casaub. Athen. 1, 78. ad Charit. 658." Schæf. Mss.] Ἀταράχως, Citra pertur-

C bationem, Sine ullis turbis. Exp. et Tranquille. [Joseph. A. J. 14, 9, 1. Diod. S. 18. p. 637, 29. * " Ἀταραχία, Hippocr. Ep. ad Demag. * Ἀταραχώδης, Aristot. de Div. per Somn. 2." Kall. Mss. * Δυστάραχος, Hesych. 275. 276. Suid. 1, 635. 637. Phav. 222. 223. * Πολυτάραχος, 615. Schol. Il. A. 34. Schol. Æsch. Pr. 787. " Ad Hesych. 2, 1002. n. 2." Dahler. Mss. " Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imag. Edess. 117. 127. Suid. v. Πολυκύμονος, Const. Manass. Chron. p. 24." Boiss. Mss. " Andr. Cr. 51." Kall. Mss. * " Ταραχίζω, Theodor. Abbas in Matthæi Lectt. Mosq. 2, 83. n. 58." Boiss. Mss.]

[* Ἀμφιταράσσω, Simonid. Fr. 125. Plut. 8, 376.] Ἀναταράττω, Conturbo, Perturbo, Commisceo, Commoveo, Agito, i. q. simplex ταράττω, nisi quod præp. aliquid vehementiæ addit. [" Wakef. Trach. 218. ad Dionys. H. 3, 1746. 4, 2339." Schæf. Mss. Xen. K. Ἀ. 1, 7, 15. Στράτευμα ἀνατεταραγμένον ἐπορεύετο, Perturbatis ordinibus. * " Ἀντιταράττω, Contra turbo, Max. Tyr." Lex. Gr. Lat. ap. P. Bald-

D vin. 1611.] Διαταράττω, i. q. ἀναταράττω. Pass. Διαταράττομαι, Perturbor, Conturbor, Percellor, Lucian. Τίς οὐκ ἂν διεταράχθη; Quis non perturbatus fuisset? Isocr. ad Nic. (11.) Μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους, [Luc. 1, 29.] Διαταραχὴ, Perturbatio: alii, Turbidus motus. [Plut. de Fort. Rom. 2. p. 317. * Προσδιαταράσσω, Dio Cass. p. 5. 83. * Συνδιαταράσσω, Plut. Demetrio 28.] Ἐκταράττω, Conturbo, Perturbo, Exterreo, Percello, Plut. Coriol. Τόν τε δῆμον αὖθις οὐ παρέξουσιν ἐκταράττειν τοῖς δημαγωγοῖς, Perturbare populum, Populum concitare ad turbas, s. Excitare turbas populares, ut Fab. loquitur. Lucian. (1, 21.) Ἐκταραχθεὶς πρὸς τὸν τῶν πληγῶν φόβον, Perturbatus et exterritus metu verberum. Ἐκτάραξις, Perturbatio, Commotio, [Hippocr. 54, 5. 113. * Ἐκταρακτικὸς, 404, 52. * " Προσεκταράττω, Insuper turbo, Plut. 2, 461." Wakef. Mss. * Συνεκταράττω, Schneidero susp. * " Ἐνταράσσω, Jacobs. Anth. 6,

116. Abresch. Lectt. Aristæn. 322." Schæf. Mss. Philostr. V. A. 3, 20. Plato Tim. p. 80.] Ἐπιταράττω, Perturbo, Conturbo, Plut. de Orac. Pyth. Ὥσπερ ἐν σάλῳ ψαύουσαν αὐτὴν καὶ συμπλεκομένην τοῖς ἐν αὐτῇ κινήμασι καὶ πάθεσιν, ἐπιταραττούσης. Ubi τὴν ἐπιταράττουσαν dicit μὴ δύνασθαι τῷ κινοῦντι παρέχειν ἑαυτὴν ἀκίνητον ἐξ αὐτῆς καθεστῶσαν. Lucian. (1, 336.) Ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς οἰμωγὰς, Cantu suo superveniens interturbat et interpellat nostros ejulatus. Pass. Ἐπιταράττομαι, Perturbor, Conturbor. [*Ἐπιτάραξις, Plato de Rep. 7. p. 518=134. *Καταταράσσω, Gl. Diverbero, Suid. 2, 261. *Ἐγκαταταράττω, Plut. 8, 338.] "Ἐκκαταράττω, pro Exturbo et Commoveo, affertur ex Alex. Aphr. Probl. 1." Παραταράττω, i. q. ἐπιταράττω. Affertur enim παραταράττομαι pro Perturbor. ["Arrian. Ep. 449." Wakef. Mss. *Προσταράσσω, Amplius s. Præterea turbo, LXX. Sirac. 4, 3. Καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς. *Προταράσσω, Hippocr. 1131.] Συνταράττω, Conturbo, Perturbo, Il. A. 582. ὄφρα μὴ αὖτε Νεικείῃσι πατὴρ, σὺν δ' ἡμῖν δαῖτα ταράξῃ, Conturbet nobis convivium. Ubi tmesis est metri causa. Utuntur et prosæ Scriptt.: ut Plut. de Herod. Καὶ τὸν οὐρανὸν ὁμοῦ καὶ τὰς ἡμέρας καὶ πάντα τὰ πράγματα συνταράσσεις. [Gl. Conturbo, Concito, Commoveo: Συνταράσσομαι· Consternor. "Abresch. Lectt. Aristæn. 323." Schæf. Mss. Aristoph. N. 1037. Ἀ. 7. Eur. Iph. T. 557. Dem. 714. 775. 1277. 1404. "Liban. 638." Wakef. Mss. Plut. Aristid. 20. Polyb. 4, 14. Soph. Antig. 1080.] Συντάραξις, Conturbatio, Confusio. Ὑποταράττω, Leviter turbo, Paululum conturbo. Alii simpliciter, Conturbo, Terrefacio. ["Ælian. H. A. 205. 803. (4, 31.) Nicander Θ. 937." Wakef. Mss.]

"Θράσσω, et ATTICE Θράττω, Perturbo, Molestiam affero. Hes. enim θράττειν exp. ταράττειν, ἐνοχλεῖν, ut Etym. quoque, qui etiam addit, νύσσειν, κινεῖν, Fodicare, Movere, Agitare; Idemque innuit derivari e ταράσσω s. ταράττω: inde enim primum fieri τράττειν, per syncopen, deinde θράττειν, τ in θ converso: ut et τερθρεία e τερατεία factum volunt. Easdem expp. affert et Suidas, una cum hoc exemplo, Ὥστε μὴ θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων, Ne turbaretur, molestaretur, vellicaretur. Et sicut Etym. ac Suid. θράττειν exp. νύσσειν, Fodicare, ita Gal. ex Hippocr. affert θράσσεται pro νύσσεται, κεντᾶται, Fodicatur, Pungitur. Plato quoque hoc verbo θράττειν usus est pro Conturbare, Commovere, Vellicare, Pungere, metaphorice. In Parmenide p. 190. Ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε μή τι ᾖ περὶ πάντων ταὐτόν: alibi, Θράττει μέ πως νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις. Plut. utitur COMP. *Ὑποθράττω in ead. signif." [Alcib. 34.] "Καὶ τὰ μὲν, ἐθάρρει· τὰ δὲ, ὑπέθραττεν αὐτὸν ἡ ὄψις, Nonnihil conturbabat, Subterrefaciebat. Apud Aristot. vero Rhet. 3. quidam θράττει σε dixit scommatice. Ibi enim cum Aristot. dixisset τὰ παρὰ γράμμα ποιεῖν οὐχ ὃ λέγει, λέγειν, ἀλλ' ὃ μεταστρέφει ὄνομα, subjungit, tale esse Theodori in Niconem Citharœdum, Θράττει σε: simulare enim Theodorum sese dicere θράττει σε, sed decipere et fallere auditorem, quippe qui aliud dicere velit perjucundum ei qui intellexerit: sc. Θράττῃ σε, Thrassa te, sc. mulier genuit, i. e. serva: barbariem ei et servilem originem occulte et παρὰ γράμμα exprobrans. Ei vero, qui μὴ ὑπολαμβάνει Θρᾷκα εἶναι, inquit Aristot., οὐ δόξει ἀστεῖον εἶναι. ||Θράττειν Suidæ et Etym. est etiam δυσωπεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι. Apud Hes. vero legitur ET Θραξεῖται, expositum non solum ταράξεται, sed etiam πορεύσεται." ["Ad Timæi Lex. 93. 143. Koen. ad Greg. Cor. 269. Toup. Opusc. 1, 194. ad Mœr. 186. Markl. Suppl. 611. ad Rhes. 725. Musgr. El. 902. Gronov. Recens. Brevis p. 21. Brunck. Soph. 3, 406. 493. Jacobs. Anth. 12, 7. Heyn. Hom. 4, 684. Heind. ad Plat. Phædr. 237." Schæf. Mss. "Synes. 257." Wakef. Mss. Pind. Ἰ. 7, 56. θρασσέτω: "alter Schol. ταρασσέτω, cum Suida et al.: alter συνθραυέτω, hic utique doctius. Est enim a θράω, (unde θραύω,) θράσσω, Attice θράττω: v. Timæum Lex. Plat. in Ἐν-

A θράττειν, cum præstantiss. Interpr." Heyn. Cf. Blomf. Gloss. in Æsch. Pr. 649. Buttm. Lexil. 211. *Θραγμὸς, Fragor, Sonus e re aliqua contusa, Sext. Emp. Pyrrh. 1, 58. ἐρεικομένων κυάμων. *Θρακτὸς, unde] "Ἄθρακτοι, Hesychio sunt ἀτάρακτοι, Imperturbati, ideoque Quieti, Tranquilli: pro quo paulo post habet Ἄθρεκτοι. Si ex α priv. et θράσσω compositum esset, significaret Non puncti, acti stimulis; nam θράσσεται Gal. ap. Hippocr. exp. νύσσεται, κεντᾶται." ["Ruhnk. ad Timæi Lex. 94. Brunck. Lex. Soph. *Ἐνθράσσω, ad Mœr. 186. Timæi Lex. 93. et n." Schæf. Mss. Hippocr. 812. Foës. *Ἐπιθράττω, J. Poll. 1, 246. Ἐπιθράξαι, Hesychio *ἐπινύξαι. *"Συνθράττω, Planudes Ovid. Met. 9, 38." Boiss. Mss.]

"Θραττεύομαι, Hesychio συντρίβομαι, συγκόπτομαι, Conteror, Concidor: quod et θραύομαι."

ΤΑΡΒΟΣ, τὸ, Herodian. ap. Etym. derivat a ταράσσω, facto sc. τάραβος e ταράσσω, inde autem per sync. τάρβος, quod exp. φόβος, i. e. Terror, Timor, B Metus, Pavor: afferens tamen et alias duas etymologias minus probabiles, quas ap. eum vide. Apoll. Rh. 1, (465.) ἦέ σε δαμνᾷ Τάρβος ἐπιπλόμενον, Metus s. Terror superveniens. Et ap. Suid. Ὧι μὴ 'στὶ δρῶντι τάρβος, οὐδ' ἔπος φοβεῖ, i. e. ὁ μὴ τὸ ἔργον δεδοικὼς, οὐδὲ τὸν λόγον. ["Beck. ad Eurip. p. 193. Valck. Phœn. p. 131. Τάρβους θυγατὴρ, Brunck. Soph. 3, 474." Schæf. Mss. Il. Ω. 152.] Dicitur ET Τάρβη ead. signif.; nam idem Suid. Τάρβη, inquit, καὶ τάρβος, εὐλάβεια καὶ φόβος: quæ et in Ms. Cod. leguntur. Verum et Eust. confirmat etymon, et rationi valde consentaneum est: quia sc. ταραχὴ sibi conjunctum φόβον habet. Sed priorem locum verbo ταρβέω dat Eust., posteriorem huic nomini veluti verbali, sicut Pavor quoque et Timor et Terror et Metus possunt dici verbalia verborum Paveo, Timeo, Terreor, Metuo. AT Ταρβῆς nescio unde VV. LL. afferant pro δεινὸς, φοβερὸς, Attonitus, Densus. Ταρβοσύνη, ἡ, i. q. τάρβος, (ut γηθοσύνη i. q. γῆθος,) i. e. Terror, Pavor, Timor, Me- C tus. Od. Σ. (341.) λῦθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης Ταρβοσύνῃ. Utitur idem et vocabulo τάρβος, Il. Ω. (152.) Μηδέ τί οἱ θάνατος μελέτω φρεσὶ, μηδέ τι τάρβος. [*Ταρβόσυνος, Pavidus, Æsch. S. c. Th. 226. φόβῳ.]

Ταρβαλέος, Terribilis, Timorem et metum afferens, δεινὸς, φοβερὸς, Hes.: ap. quem tamen SCRIBITUR Ταρβαρέος. In VV. LL. exp. non solum Terribilis, sed etiam Metuens; afferturque e Nonno, (Jo. 75.) Ταρβαλέοι δ' ἀλάλαζον: [vide et Hom. Hymn. in Merc. 165.] "Ταραβέος, Timendus, VV. LL.; sed perperam scriptum esse videtur pro ταρβαλέος, aut certe ταρβαρέος, quod habet Hes."

Ταρβέω, Paveo, Timeo, Trepido, Metuo, i. propemodum q. ταράσσομαι, unde derivatum est; nam et ipsum signif. Terreor, Metu consternor et percellor, ut supra ex allatis exemplis manifestum fit. Od. Σ. (330.) ἀλλ' ἐνθάδε πόλλ' ἀγορεύεις Θαρσαλέως πολλοῖσι μετ' ἀνδράσιν· οὐδέ τι θυμῷ Ταρβεῖς, Il. N. (285.) Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὐδέ τι λίην Ταρβεῖ, Φ. (288.) Πηλείδη, μήτ' ἄρ τι λίην τρέε, D μήτε τι τάρβει, O. (280.) Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός. Idem Hom. junxit et accusativo rei, sicut Timeo, Exhorresco, et similia ap. Latinos quoque suum regunt itidem accus.: Il. Z. 470. Ταρβήσας χαλκόν τε ἰδὲ λόφον ἱππογαίτην: Junxit et cum μὴ, Od. Π. 179. Ταρβήσας δ' ἑτέρωσε βάλ' ὄμματα, μὴ θεὸς εἴη, Metuens ne deus esset. Sic et ταράττομαι μὴ, Timeo ne. Similiter ap. Suid. e quopiam Tragico, (Soph. Tr. 297.) Καὶ μὴν ἔνεστι τοῖς μὲν εὖ σκοπουμένοις Ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα μὴ σφαλῇ ποτε. || Idem Suidas, cum ταρβεῖ exposuisset φοβεῖται, subjunxit, ap. Soph. ταρβεῖν accipi pro τιμᾶν, ut in (Œd. C. 292.) Ταρβεῖν μὲν, ὦ γεραιὲ, τἀνθυμήματα Πολλή σ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ. ["Markl. Suppl. 327. Musgr. 328. Jacobs. Anth. 9, 63. 12, 212. Brunck. Soph. 3, 530. Heyn. Hom. 6, 78. 282. Valck. Phœn. p. 131. Hom. H. in Ven. 251. Cum accus., Brunck. Aristoph. 3, 32. ad Eur. Hipp. 1350. Ilgen. Hymn. 48." Schæf. Mss. Soph. Trach. 725. Phil. 1251. Œd. T. 1011. Eur. Herc. F. 549.

* Τάρω, * Ταρέω, Ταρβέω, Valck. Schol. in N. T. 2, 116. * Ταρβητὸς, unde Ἀτάρβητος, quod vide.]

[* Ἀμφιταρβὴς, Undique terrens, Æsch. Choëph. 545.] Ἀταρβὴς, ET Ἀτάρβητος, Intrepidus, Minime pavidus et meticulosus, Qui metu et timore non consternatur s. percellitur, ἄφοβος, ἄτρομος, ut Suid. et Hes. exp.: Hesiod. Ἀ. (110.) ἐπεὶ οὔτι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν Οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, Il. Γ. 64. Ὥς τοι ἐνὶ στήθεσσιν ἀτάρβητος νόος ἐστὶν, Mens imperterrita. Initio comparationis dixerat, Αἰεί τοι κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής. || Hes. ἀτάρβητον exp. non solum ἄφοβον, θρασὺν, sed etiam ἄθικτον, ἄψεκτον, Inculpatum, Irreprehensum, ἀνεπίληπτον. Præcedente autem ἀταρβὴς utitur Idem in exponendo VERBO Ἀταρβίζομαι, cum sc. ἀταρβίζεται ait esse ἀταρβὴς φαίνεται, Imperterriti hominis speciem præ se fert. [Ἀταρβὴς, Soph. Trach. 23. " Ἀτάρβητος, Porson. Hec. p. 79. Ed. 2. Heyn. Hom. 4, 464. Lobeck. Aj. p. 250." Schæf. Mss. Dorice Ἀτάρβατος, Pind. Π. 4, 149. ubi in var. lectt. (e * Ταρβακτὸς,) * Ταρβάζω,] " Ἀταβέες, Hes. affert pro B " ἄφοβοι: sed metuo ne perperam pro ἀταρβέες scri- " ptum sit." Ab ἀτάρβητος autem sunt ADVV. Ἀτάρβητα ET Ἀταρβήτως, Intrepide, Citra terrorem, Sine metu. Suid. exp. ἀνειμένως, ap. Soph. ἐχθρῶν δ' ὕβρις ἀταρβήτως ὁρμᾷ. Qui locus ex Ajace (197.) desumtus est, et in vulg. Ed. sic legitur, Ἐχθρῶν δ' ὕβρις ὧδ' ἀτάρβητα Ὁρμᾶται ἐν εὐανέμοις βάσσαις. Ubi Schol. quoque similiter exp. ἀταρβήτως, ἀνειμένως, Libere, Secure, Absque metu. [" Brunck. Aj. l. c. El. 129. Lobeck. Aj. p. 250." Schæf. Mss. * " Παντοτάρβητος, Nicet. Eugen. 5, 343." Boiss. Mss. * Βαρυταρβὴς, Æschylus Strabonis 10. p. 721. " Musgr. Hel. 1363. Jacobs. Anth. 6, 272." Schæf. Mss.] " Ἐριταρβὴς, Admodum gravis et meticulosus, μεγά- " λως δειλὸς, Hes." [* Πανταρβὴς, Omnia horrens, Manetho 2, 167. 3, 377. * Παντάρβη, ἡ, (fem. a * Πάνταρβος,) Heliod. 8. p. 391. Gemma sic dicta, 4. p. 177. 390. 392. Philostr. V. A. 3, 46. * Πολυταρβὴς, Nonn. D. 43. p. 1132. " Huschk. Anal. 278." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. 202.]

Ἐκταρβέω, Extimesco, Expavesco, Exhorresco, nisi forte transitive accipiatur pro Exterreo, Expavefacio: quoniam Hes. ἐκταρβημένον exp. ἐπτοημένον, Attonitum. [* Προταρβέω, Soph. Ant. 83. Trach. 89. " Musgr. Herc. F. 546. 970." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 322.] Ὑποταρβέω, i. q. ταρβέω simplex: nisi forte præp. signif. imminuat aliquantum. Il. P. (533.) Τοὺς ὑποταρβήσαντες ἐχώρησαν πάλιν αὖτις. [" Heyn. Hom. 7, 774." Schæf. Mss.]

" Ταρμοσύνη, in VV. LL. Timor; sed fortasse per- " peram pro ταρβοσύνη: quamvis ap. Hes. extet Ταρ- " μύξασθαι expositum φοβηθῆναι." [" Ταρμύσσω, Bentl. ad Horat. Carm. 1, 3, 18." Schæf. Mss. * Ταρμυκτὸς, unde] " Ἀτάρμυκτον, Etym. proprie esse dicit τὸ μὴ " μύον, ἀτενὲς, παρὰ τὸ ἄτερ καὶ τὸ μύειν: ut ap. Eu- " phorionem, ἀτάρμυκτον τρέπον ὄμμα. Sed verisimi- " lius et magis consentaneum est alterum etymon, " quod Idem affert, sc. ἀτάρμυκτον dici τὸν ἄφοβον, " παρὰ τὸ ταρμύσσειν, τὸ φοβεῖν. Idem igitur est " quod ἀταρβὲς s. ἀτάρβητον, Intrepidum, Imperter- " ritum, Impavidum: ut Schol. quoque Nicandri " ἀταρμύκτῳ exp. ἀφόβῳ in h. l. Ἀ. (161.) Ὀξὺ μέλος " βοόωσιν ἀταρμύκτῳ φρένας οἴστρῳ. Significat etiam " τὸν θρασὺν, ut Etym. addit." [" Bentl. l. c. Wakef. S. Cr. 3, 188. Porson. Hec. p. 79. Ed. 2." Schæf. Mss.]

ITEM ET Τάρταρος a ταράσσω dictus existimatur διὰ τὸ τεταράχθαι ἐκεῖ τὸν ἀέρα: qua de re et in Ταρταρίζειν. Sic autem vocant Profundissimam et imam inferorum sedem: ut satis patet ex Il. Θ. (13.) Ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον· Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Itidem et Hesiod. Θ. (720.) dicit eum esse Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης. Quo respexit Virg., cum Æn. 6. dixit, tum tartarus ipse Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum. Rursum Hesiod. in eod. l. A 118. Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης: similiter ut Lat. Poëtæ dicunt Ima tartara, Intima lethi tartara, Profunda tartara: imitantes et ipsi metaplasmum generis. Iterum Hesiod. Ἀ. (255.) ψυχὴ δ' ἄϊδόσδε κατεῖεν Τάρταρον εἰς κρυόενθ'. Et Θ. (841.) Ὠκεανοῦ τε ῥοαὶ καὶ τάρταρα γαίης. Item Pind. ap. Plut. (6, 394.) Ταρτάρου πυθμένα πιέζεις ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις. Quo cum optime convenit hoc Aristoph. N. (192.) Οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν τάρταρον. Stultas uterque contemplationes et investigationes iis verbis significans. [" Jacobs. Anth. 12, 288. Dionys. H. 2, 831. Boiss. Philostr. 294. Heind. ad Plat. Gorg. 266. Τὰ τ., Gesner. Ind. Orph. Τάρταρος, ἡ, Musgr. Or. 270." Schæf. Mss. Τάρταρον, τὸ, Etym. M. v. Κέλευθος, Schol. Ven. Il. A. 312. Τάρταρα, τὰ, Passow de Fin. et Rat. Cond. Lexx. p. 74. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 169. Τάρταρος, ἡ, Pind. Π. 1, 29. Ταρτάρῳ ἐν αἰνᾷ. Conf. c. Γάργαρος, ad Greg. Cor. 710. " Nicander Θ. 203." Wakef. Mss. Eur. Phœn. 1544. Æsch. Eum. 72. Τάρταρος, ὁ, ἡ, Τάρταρον, τὸ, Passow ad Longum p. lxxxiv. * Ταρταρηφόρος, Greg. Naz. 2, 237. * " Ταρταρώδης τιμωρία, Suid. v. Σοβαρός." Schleusn. Mss. Athanas. 2, 702. * Ταρτάρειος, Eur. Herc. F. 907. " Bergler. Alciphr. 451. * Ταρτάριος, ibid." Schæf. Mss. Orph. H. 17, 2. 36, 3.] UNDE Ὑποταρτάριος, Qui sub tartaro est, Tartarum incolens. Alii, Sub tartarum detrusus. Il. Ξ. (279.) Ὤμνυε δ' ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας Τοὺς ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται, Hesiod. Θ. (851.) Τρέσσε δ' ἀΐδης ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων, Τιτῆνές θ' ὑποταρτάριοι. Latini Tartareus eo sensu dicunt: ut, Tartareus deus, Tartareæ umbræ, Tartareus canis. [" Heyn. Hom. 6, 584. Wolf. ad Hesiod. p. 130." Schæf. Mss. * Ταρτρόεις, Euseb. Hist. Eccl. 489. * " Ταρταραῖος, Basil. Sel. V. Theclæ 242." Boiss. Mss. * " Ταρταρεὺς, Clementis Epist. ad Jacob. §. 14." Kall. Mss.] INDE ET Ταρταρόω, In tartarum dejicio, In tartara detrudo, s. præcipito, Ad impia tartara mitto, ut Virg. loquitur. Petrus C 2 Ep. 2, (4.) Ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους, Ad tartarum detrusos catenis caliginis tradidit, damnationi servatos. [Theo Schol. Arati 16. " Heyn. Hom. 6, 654. Fischer. ad Palæph. p. 40." Schæf. Mss. * " Καταταρταρόω, Apollod. Bibl. 1, 1, 3. Schol. Arat. Ph. 15. Psellus in Cantic. Cant. 2, 9." Boiss. Mss. " Orig. c. Cels. (423.) 435." Kall. Mss. " Ad Hesych. 1, 1232. n. 17." Dahler. Mss. Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. 3, 24. Schol. ad Lycophr. 177. ad Il. A. 609. ad Æsch. Pr. 351. ad Eur. Med. 1296.] AT Ταρταρίζω, Tartareo frigore tremo, Plut. (9, 737.) Διὸ καὶ τάρταρος οὗτος (sc. ὁ ᾅδης) ὑπὸ ψυχρότητος κέκληται· δηλοῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος, εἰπὼν, Τάρταρον ἠερόεντα· καὶ τὸ ῥιγοῦντα πάλλεσθαι καὶ τρέμειν, ταρταρίζειν: i. e. Proinde e frigore tartarus appellatus est: quod Hesiodus ita declarat, qui dixit, τάρταρον ἠερόεντα: declarat et verbum ταρταρίζειν, quod est Algentem quassari et intremiscere. Verum ut hoc ταρταρίζειν dicitur a τάρταρος, quasi D Tartareo frigore quassari et intremiscere; ita ipse tartarus a ταράσσω dictus videtur: vel διὰ τὸ ταραχῶδες ἐκεῖ τοῦ ἀέρος: vel quoniam opacis suis tenebris aut etiam frigore ταράσσει καὶ ταρβεῖν ποιεῖ, Exterret et tremefacit. [" Fischer. ad Palæph. p. 40." Schæf. Mss. " Villois. Anecd. Gr. 1, 379. Eust. Il. 574, 20." Wakef. Mss. Schol. Il. Γ. 404. Spanhem. ad Julian. Cæs. p. 350.]

" ΤΑΡΧΕΑ, (τὰ,) Inferiæ, Justa, Parentalia. Item " Τάρχαι, pro eodem, ap. Homeri Schol.: ut vide- " bis mox in Ταρχύω. Apud Hes. est etiam Ταρ- " χάνιον et Τάρχανον: qui illud exp. ἐντάφιον: at " Τάρχανον, (nam τέρχανον errore librarii scriptum " esse pro τάρχανον, ostendit et ipsa series alphabe- " tica,) esse dicit πένθος et κῆδος. Verbum vero illud " Ταρχύω, Exequias facio, Funus curo, Sepelio, ap. " Hom. legitur non uno in loco: Il. H. (85.) Τὸν δὲ " νέκυν ἐπὶ νῆας ἐϋσσέλμους ἀποδώσω, Ὄφρα ἑ ταρχύ- " σωσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ, Σῆμά τε οἱ χεύωσιν ἐπὶ " πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, ubi Schol., i. e. Auctor bre-

" vium Scholiorum, ταρχύσωσι exp. θάψωσι: addens, " τάρχαι esse τὰ ἀπονενομισμένα τοῖς νεκροῖς πρὸς " κηδείαν, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: intellige autem, ita vo- " cari ἀπὸ τῆς ταραχῆς: perinde est enim ac si dice- " ret, ἀπὸ τῆς ταραχῆς οὕτω καλούμενα. Sic enim et " Eust. verb. ταρχύσωσι exp. ἐνταφιάσωσι μετὰ συνή- " θους ταράχου. Pro qua derivatione facere potest " Τάρχη, quod Hes. exp. τάραξις:" [et *"Ατάρχον, Eid. ἀχείμαστον.] " Affertur et Ταρχεύω pro Ταρ- " χύω: unde " [* Ταρχευτὸς, e quo] " Ἀτάρχευτος, " Insepultus." [" Τάρχεα, Heyn. Hom. 5, 324. Ταρ- χανὰ, Hemst. ad Plutum p. 350. Ταρχεύω, Heyn. l. c. Ταρχύω, ibid. ad Charit. 446. Brunck. Apoll. Rh. p. 17. Visconti Iscriz. Triop. p. 104. Wakef. S. Cr. 1, 66." Schæf. Mss. Lycophr. 728. Il. Π. 456. Apoll. Rh. 1, 83. 3, 208. Phanias Ep. 8. * Ταρχυτὸς, unde] " Ἀτάρχυτος, Inhumatus, Insepultus, Phocyl. " (94.) Γαῖαν ἐπιμοῖρασθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι, i. e. " ἀτάφοις. Quidam Codd. habent ἀταρχεύτοις: sed mi- " nus recte; nec enim ταρχεύω reperi, sed ταρχύω, " quod significet θάπτω." [Lycophr. 326. " Jacobs. Anth. 11, 22." Schæf. Mss. * Περιταρχύω, Quint. Sm. 7, 157.] " Ἐπίταρχον, Hes. exp. ἐπιτάφιον et ἐντά- " φιον." " Ταρχήματα, vide in Τάρχεα:" [frustra quæras aut ibi aut alibi. Cf. Ταριχεύω, e quo verbo ταρχεύω s. ταρχύω Schneidero contractum videtur.]

" Ἀρχύω, Sepelio, Humo. Hes. enim ἀρχύσωσι " affert pro θάψωσι. Alioqui ταρχύω dicitur hac " signif."

ΤΑΡΙΧΟΣ, ὁ, εος, τὸ, Salsamentum. Proprie quidem dicitur Caro piscium sale condita, et exiccata, ac præsertim eorum cervices et ventres, ceteræque partes pinguiores, ut scribit Orib. 2. Reliquæ enim partes minus pingues, VOCANTUR Μελάνδρυα, non autem τάριχος. Verum ut varii sunt pisces, ita sunt salsamentorum variæ differentiæ et facultates. Qui enim sunt natura minimum excrementitii, (sive molli carne præditi sint, ut omnes saxatiles: sive dura, ut mulli,) inepti sunt ad salsamenta: qui vero excrementosi sunt, h. e. qui succum in se continent pituitosum, si sale asserventur, τάριχος fient præstantissimum, atque eo quidem magis, quo ille fuerit crassior et copiosior. Sardica salsamenta, (Sardas hodie vocant,) maxime commendat Gal., deinde coracinos, pelamidas, et quæ Sexitana vocabantur, alii ὡραῖα, quæ ET Κύβια dicuntur, laudarunt: (fiebant autem ea e pelamide minore:) et ab his θύννια, quæ e pelamide majore erant. Quamvis vero τάριχον nomen de piscibus sale conditis intelligatur, attamen ad alia etiam accommodatur, quæ alia quavis conditura asservari possunt. Nam et ap. Gal. 5 τῶν Κατὰ Τόπους, legitur, Πύρεθρον ὄξει δριμυτάτῳ ἐφ' ἡμέρας μ' ταριχεύσας τρίψον. Item τάριχος dicitur Cujuscunque animalis inveterata caro, etiam citra salis conditiram, ut ap. Diosc. 1. cap. de adipe, mentio fit στέατος δίχα ἁλῶν τεταριχευμένον. Item ap. Plin. 28. de adipe suillo, quem inveterari scribit duobus modis, aut cum sale, aut sincerum. Hæc Gorr. Multa περὶ ταρίχων ap. Athen. 3. fere sub finem, ubi inter alia e Diphilo Siphnio hæc afferuntur, (120.) Τὰ ταρίχη τὰ ἐκ τῶν θαλασσίων καὶ λιμναίων καὶ ποταμίων γινόμενα, ἐστὶν ὀλιγότροφα, * ὀλιγόχυλα, κανσώδη, εὐκοίλια, ἐρεθιστικὰ ὀρέξεως· κράτιστα δὲ τῶν μὲν ἀπιόνων, κύβια καὶ ὡραῖα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γένη· τῶν δὲ πιόνων τὰ θυνναῖα, καὶ κορδύλη· τὰ δὲ παλαιὰ, κρείσσονα καὶ δριμύτερα, καὶ μάλιστα τὰ Βυζάντια. Ibid. commemorantur ἐλεφάντινα ταρίχη: (275.) ταρίχη Ποντικὰ, ubi dicit quosdam Romæ emisse κεράμιον ταρίχων Ποντικῶν trecentis drachmis. Apud Eund. (27.) Hellespontiaca ταρίχη commendat Hermippus, dicens, Ἐκ δ' Ἑλλησπόντου σκόμβρους καὶ πάντα ταρίχη. Rursum (119.) affert e Clearcho Solensi hunc Proverbialem senarium, Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ. Cui adde hunc versum Anaxandridis ap. Eund. (68.) καὶ ὀρίγανον, ὃς δὴ Σεμνύνει τὸ τάριχος ὁμοῦ μιχθεὶς κοριαννῷ. Sic enim ibi legere Eust. observavi pro τάριχον ὁμοῦ μιχθέν. Veruntamen et ap. Plut. (7, 730.) legitur τὸ τάριχον, post Aldinam in mea Ed. p. 782. Ἐνὶ δακτύλῳ τὸ τάριχον ἅψασθαι,

A δυσὶ τὸν ἰχθὺν, σῖτον, κρέας: nec non ap. Suid. in Ms. quoque Cod. Τάριχα, ὄψα πολυτελῆ: a NOMIN. Τάριχον, τό: sequitur enim mox, καὶ ταρίχη συχνά. Nihilominus tamen ea scriptura valde mihi suspecta est, ac malim legere τὸ τάριχος. Ceterum frequentius dici de Piscium carne sale condita et inveterata, patet ex illo Diphili loco quem supra citavi, item ex hoc Athen. 8. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἀπέραντον πλῆθος ἰχθύων, ὥστε τοὺς περιοίκους ἅπαντας ἱκανὸν εἰς τὴν ἑαυτῶν χρείαν συντιθέναι τάριχος. Apud Plut. vero, (8, 479.) dicitur, Τάριχος, ἂν ἅλμῃ βρέχηται, γλυκύτερον γίνεσθαι: solent enim carnes salsæ, si aqua salsa laventur, salsitudinem nimiam amittere et dulciores fieri. At Prov. Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ, vide ap. Athen. 1., item ap. Erasm. Chil. Ubi et hæc, Tarichus boni consulitur, ubi desunt carnes: et, Tarichus non feret se digna. Apud Athen. autem genitivi ταρίχους et dat. ταρίχει exempla invenies: ap. quem legitur et plur. numero, masc. genere, ταρίχους, 7.: ap. Lucian. vero ταρίχου, gen.
B masculini generis, (2, 28.) Sic Cratinus ταρίχους Ποντικοὺς dicit ap. J. Poll., qui annotat Atticos neutro genere vocare τάριχος, raro autem masc.; nam id Ionum et Doriensium esse magis proprium. Suidas exp. κρέας ἁλσὶ πεπασμένον, subjungens, παρὰ τὸ εἰς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι. Quibus verbis etymon illius innuit. [" Ad Phalar. 313. Thom. M. 148. 790. 834. 840. Brunck. Soph. 3, 461. Clark. ad Il. A. 265. Mœr. 369. et n., Toup. Opusc. 1, 463. Emendd. 4, 474. 502. Herod. 745. T. ἐλεφάντινον, Aristoph. Fr. 248.: Ποντικὸν, ad Diod. S. 2, 609." Schæf. Mss. " Eust. Il. 55, 35. Homo nequam, nos A pickled fellow, Casaub. ad Athen. 229." Wakef. Mss. Ælian. H. A. 13, 21. 15, 9. ad Greg. Cor. 615. Vide Ταριχεύω.]

[* " Ταριχόπλεως, Salsamentis abundans, Pseudo-Hesiodus ap. Athen. 116. Βόσπορος." Schw. Mss.] Ταριχοπώλης, ὁ, Qui salsamenta venditat, Salsamentarius, ut vocat Auctor Rhet. ad Herenn.: Plut. (8, 499.) Ὁ γὰρ εἰπὼν ταριχοπώλην, αὐτόθεν ἐλοιδόρη-
C σεν, [Lucian. 1, 551. Athen. 118. 119. 339. " Heind. ad Plat. Charm. 83." Schæf. Mss.] Ταριχοπωλέω, Sum salsamentarius, Salsamenta vendito, J. Poll. 7, c. 8. Ταριχοπῶλαι, ταριχοπωλεῖν. Ubi etiam affert ὡραῖον τάριχος, ὡραῖα τεμάχη· χρηστὸν τάριχος, πονηρὸν τάριχος· σαργάναι ὡραῖαι καὶ σαπραί. Utitur autem hoc verbo Lucian. (1, 480.) Ταριχοπωλοῦντες ὑπ' ἀπορίας. [Cf. Creuzer. Comm. Herod. 1. p. 11. * Ταριχοπωλεῖον, Schol. Aristoph. Ἱππ. 1244. Theophr. Char. 6.] Ταριχέμπορος, ὁ, i. q. ταριχοπώλης, Cetarius, Bud. e Diog. L. Infra synon. ταριχευτής. [Suid. v. Ἀγκών.] Ταριχηγὸς, Qui salsamenta advehit: ξένος, Athen. (120.) ex Alexide. Ibid. ταριχοπώλης dicitur.

[* " Ἡμιτάριχος, Ælian. H. A. 723." Wakef. Mss. Archestr. Athenæi 117.]

Φιλοτάριχος, ὁ, ἡ, Amans salsamentorum, Qui salsamentis delectatur, Cui gratus est salsamentorum esus, Athen. [125.]

Ὠμοτάριχος, Salsamentum crudum, ὠμὸν τάριχος,
D Alexis ap. Athen. (117.) Ἔστ' ὠμοτάριχος πέντε χαλκῶν. Qui paulo ante dixerat, Τάριχός ἐστι πρῶτον ὡραῖον τοδὶ, Ὀβολοῦ μόνον τοῦτ' ἔστι. Apud Eund. (135.) e Matrone, Ὠμοτάριχον ἐῶν χαίρειν, Φοινίκιον ὄψον. Diosc. 2, 32. Ὁ δὲ ὠμοτάριχος λεγόμενος, σάρξ ἐστι θύννου τεταριχευμένου, Ruell. Conditanei thynni caro, quam Omotarichon vocant. [Gl. Cetum crudum.] Dicitur ET Ὠμοτάριχον neutro genere, Athen. (121.) Τὸ δὲ ὠμοτάριχον, φησὶν ὁ Δίφιλος, κήτημά τινες λέγουσι. Ubi NOTA Κήτημα, i. e. κήτους τεταριχευμένον κρέας, Ceti carnem sale asservatam. Ὡρατάριχος, ap. J. Poll. legitur, 7, c. 8. Τάριχος ὡραῖον, καὶ ὡραῖα τεμάχη, ὡρατάριχος. Sed malim ὡραιοτάριχος: puto enim ὡραιοτάριχος dici τὸ ὡραῖον τάριχος, sicut ὠμοτάριχος vocatur τὸ ὠμὸν τάριχος. Videntur vero ὡραῖα ταρίχη esse Salsamenta e piscibus æstivo tempore captis: sicut ὡραῖαι σαργάναι ibid. Salsamenta Sardiana e piscibus æstate captis, ad differentiam τῶν ἐαρινῶν, de quibus ibid.

Ταριχηρὸς, Qui est e genere salsamentorum, ut, cum dicimus τὰ ταριχηρὰ, Quæ e salsamentorum genere sunt, Salsamenta: sicut σιτηρὰ dicuntur Quæ e frumentorum genere sunt, Frumenta. Vel Ταριχηρὰ dicuntur Quæ saliri solent, Athen. 8. Τὰ δὲ ἀγελαῖα γένη τῶν ἰχθύων τούτων τὴν μὲν ἐδωδὴν ἡδεῖαν ἔχει, πίονα γάρ ἐστι, βαρεῖαν δὲ καὶ δυσκατέργαστον· διὸ καὶ ταριχεύεσθαι δύναται μάλιστα, καὶ ἔστι τῶν ταριχηρῶν βέλτιστα γένη ταῦτα. Apud Eund. (118.) Ταριχηρῶν σιλούρων, i. e. τεταριχευμένων, Sale conditorum et servatorum. Sic ap. Diosc. 2, 34. Γάρον τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν: 30. Σμαρίδος ταριχηρᾶς ἡ κεφαλή. Quibus ταριχηροῖς opp. ibid. τὰ πρόσφατα s. τὰ νεαρὰ, i. e. Recentia. Plin. recentia opponit servatis, 32, 10. Psilothrum est thynni sanguis, fel, jecur, sive recentia sive servata, i. e. εἴτε πρόσφατα εἴτε ταριχηρὰ, s. εἴτε νεαρὰ εἴτε τεταριχευμένα. Dicitur autem simpliciter servata, quoniam non aliter quam sale condita servari possunt, sale, inquam, quo putredo arcetur. Sic Arrian. (4, 21, 18.) ap. Suid. Ὁ δὲ ἔδωκε σῖτόν τε καὶ οἶνον καὶ κρέα ταριχηρὰ κατὰ σκηνήν. Rursum ap. Athen. (67. e Sophocle) τοῦ ταριχηροῦ γάρου, pro γάρου ἰχθύων ἢ κρεῶν τεταριχευμένων: nisi Garum ibi pro Pisce accipias, ut Plin. Item ταριχηρὸν στέαρ, Adeps salsus, sale inveteratus et servatus, Diosc. 1, 144. de glandibus, Σὺν στέατι δὲ χοιρείῳ ταριχηρῷ πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πρὸς πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσιν. Unde Plin. 24, 2. Glans intrita duritias, quas Cacoëthe vocant, cum salsa axungia sanat. Alii malunt ibi στέαρ χοίρειον ταριχηρὸν interpretari Axungia inveterata. Vide et Ταριχεύω, quod proxime sequitur. [" Ad Phalar. 313. Brunck. Soph. 3, 451. Casaub. ad. Athen. 117. 139. Toup. Opusc. 1, 465." Schæf. Mss.]

Ταρίχιον, τὸ, dimin. forma dicitur τὸ τάριχος ab Aristoph. (Eip. 563.) teste J. Poll. Legitur et ap. Diog. Menedemo [161. Athen. 119.]

Ταριχεύω, Sale conditum servo, condio, conficio, macero, invetero, conditum inveteratumque et arefactum servo, ut cum carnes vel piscium vel aliorum animantium aut olera sale condita et macerata servantur sive in muria, sive extra muriam siccantur et arefiunt, Plato Symp. Ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ τέμνοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν. Ubi etiam nota ap. Vett. ova quoque fuisse solita ταριχεύεσθαι, ut constat et ex Athen. (121.) Τὰ μέντοι τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ταρίχων ᾠὰ πάντα, δύσπεπτα. Longin. (43, 2.) Κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν ἱερείων. Sic supra in Ταριχηρὸς habuimus ἰχθῦς τεταριχευμένοι, et στέαρ τεταριχευμένον ap. Diosc. 1. cap. ult. de radicibus iberidis, Ἀγαθαὶ πρὸς ἰσχιαδικοὺς σὺν λίπει ὑείῳ τεταριχευμένῳ, Cum salsa axungia, Ruell.: recte, siquidem Plin. ap. eund. Diosc. στέαρ χοίρειον ταριχηρὸν itidem interpr. Axungia salsa, ut in Ταριχηρὸς docui. Non semper tamen salsa sunt τὰ τεταριχευμένα, ut patet e Diosc. 2, 88. quod περὶ στέατος inscribitur, Στέαρ πρὸς μὲν τὰ περὶ μήτραν ἁρμόζει τὸ νεαρὸν, χήνειον ἢ ὀρνίθειον, καὶ δίχα ἁλῶν τεταριχευμένον, Adeps anserinus aut gallinaceus recens et sine sale conditus, Ruell.: Plin. certe 28, 9. de suillo adipe ait, Inveteratur duobus modis, aut cum sale, aut sincerus; tanto utilior quanto sit vetustior. Et ibid. sinceram axungiam vocat τὴν δίχα ἁλῶν τεταριχευμένην, cui opp. salsam, τὴν ταριχηρήν. Utraque autem e recente fit, quæ νεαρὰ s. πρόσφατος dicitur: illa, si sine sale, hæc autem, si sale condita s. macerata asservetur. Similiter ap. Gal. 3 τῶν Κατὰ Τόπους, quod Archigenes dicit, Ἀλώπεκος στέαρ τεταριχευμένον, interpretantur, Adeps vulpinus asservatus et inveteratus; ac nolunt addere In sale, s. Sale. Plerumque tamen de iis, quæ sale condita macerataque asservantur et inveterantur, dici solet, ut e supra dictis apparet. Eaque vel in sale et muria relinquuntur maceranda, vel eximuntur et suspensa assiccantur. Posterioris exemplum sunt carnes quæ in muria maceratæ solent infumari in caminis, aut alibi suspensæ exiccari; prius autem illud patet e Diosc. de mandragora, Ταριχευθέντα δὲ τὰ φύλλα ἀποτίθεται: quem Plin. sic reddidit, Folia mandragoræ servantur in muria: ut ταριχεύεσθαι "hic i. sit q. ἁλμεύεσθαι, Muria condiri, s. ἐν ἅλμῃ διατηρεῖσθαι, In muria servari. Et hoc modo accipere malim in loco illo Platonico quem supra attuli, Οἱ τὰ ᾠὰ τέμνοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, Qui ova dissecant et in muria servare volunt. Sicut et Colum. de servandis ovis dicit, Alii in muria tepefacta durant ova: pro quibus in Geop. hæc leguntur, Τινὲς δὲ εἰς ἅλμην χλιαρὰν ἐμβάψαντες γ' ἢ δ' ὥρας, οὕτω διατηροῦσι. Nec vero in muria ταριχεύονται tantummodo carnes et similia alia, sed etiam in aceto, ut patet e Gal. quodam loco in Τάριχος citato, ubi ὄξει δριμυτάτῳ ταριχεύειν est Aceto acerrimo condire s. macerare. Porro ταριχεύειν accipitur etiam pro Arefacere, Exiccare, etiam citra salem, ut manifestum est ex iis quæ in comp. Προταριχεύω afferam e Gal. Quo modo et e Diosc. ταριχηρὸν κρόμμυον pro Cepa assiccata; nam ταριχηρὸς et τεταριχευμένος idem signif. Suidas quoque ταριχεύει exp. τήκει, ξηραίνει, Macerat, Arefacit, Exiccat: paulo post itidem scribens, Σημαίνει δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν, καὶ οἷον εἰς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι. Quæ tamen posteriora verba potius ad præcedentem signif. pertinent. Ligna etiam ταριχεύεσθαι dicuntur, Cum in aqua asservantur s. macerantur, ut sc. indurescant, Theophr. H. Pl. 5, (4, 8.) Ταριχεύουσι δὲ τὰ ξύλα, οὐκ ἐν ἴσῳ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τῇ γῇ, τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω: 4, (2, 2.) de ficu Ægyptia, Εἰς βόθυνον δὲ ἐμβάλλουσιν καὶ εἰς τὰς λίμνας εὐθὺς, καὶ ταριχεύουσι· βρεχόμενον δὲ ἐν τῷ βυθῷ ξηραίνεται καὶ ἐπινεῖ. Sed proprie ταριχεύεσθαι dicuntur Cum in marina aqua macerantur, quæ salsa est, et muriæ vicem præstat: ταριχεύονται autem ut inarescant et indurescant. Metaph. Chrys. 192. Τεταριχευμένος καὶ κατεργασθεὶς, Maceratus et confectus, sc. afflictionibus, Bud. [Demosth. 788. " Ad Diod. S. 1, 102. 2, 556. ad Herod. 662. Toup. Opusc. 1, 465." Schæf. Mss. Æsch. Choëph. 290. Πάντων δ' ἄτιμον κἄφιλον θνήσκειν χρόνῳ, Κακῶς ταριχευθέντα * παμφθάρτῳ μόρῳ. " Ταριχεύω, Exicco. Proprie vero Sale condio; et, quoniam cadavera ταριχευτὰ macie corrugantur, hinc ταριχεύειν valet Emaciare, Exiccare. Sophron ap. Schol. τὸ γῆρας ἄμε μαραῖνον ταριχεύει. Herod. 9, 120. Τεθνεὼς, καὶ τάριχος ἐών. De cadaverum ταριχεύσει doctissime egit Gataker. ad M. Anton. 175. Hinc forma contracta ταρχύειν, Sepelire, Il. H. 85. Apoll. Rh. 1, 83. Epigr. ap. Huschk. Anal. Cr. 220." Blomf. Gloss. Ταριχεύω νεκρὸν, Gl. Pollingo.]

Ταρίχευσις, ἡ, Conditura quæ sale fit, Salsura, Salitura, ut Colum. loquitur. E quodam Anonymo affertur, Ἐς ταρίχευσιν κομίζω, pro, Ad condiendum porto. Ταριχευτὴς, Qui carnes salire et sale conditas maceratasque ac inveteratas vendere solet, i. e. Salsamentarius, i. q. ταριχοπώλης et ταριχέμπορος. Affertur ex Herod. [" Ad Diod. S. 1, 102. * Ταριχευτὴρ, ad 1, 94. 102." Schæf. Mss. Manetho 4, 267.] Ταριχευτὸς, Salsus, Sale conditus ac maceratus, inveteratus et asservatus aliquandiu. Plut. Symp. 5. fin., cum dixisset salem augere genituram, Οἱ γοῦν τὰς κύνας φιλοτροφοῦντες, ὅταν ἀργότεραι πρὸς συνουσίαν ὦσιν, ἄλλοις τε βρώμασιν ἁλμυροῖς καὶ ταριχευτοῖς κρέασι κινοῦσι καὶ παροξύνουσι τὸ σπερματικὸν αὐτῶν ἡσυχάζον, i. e. ταριχηροῖς, τεταριχευμένοις, Salsis, Salitis. [Ταριχευτὸν, Hes. τηκτὸν, ξηρόν.] Ἀταρίχευτος, ὁ, ἡ, Qui sale conditus s. maceratus non est. E quo intelligitur πρόσφατος, νεαρὸς, Recens, etiam Qui sine sale inveteratus est; nam quædam et δίχα ἁλῶν ταριχεύονται.

Ταριχεία, ἡ, i. q. ταρίχευσις, i. e. Salsura, Salitura, Conditura quæ sale fit. Aristot. H. A. 9. Εἰς ταριχείας φαῦλοι, Inepti ad salsuras. Gaza vertit, Ad rem salsamentariam mali. Athen. Εἰσὶ δὲ κητώδεις ἐπιτήδειοι εἰς ταριχείαν: unde et κητήματα vocant κήτη τεταριχευμένα, s. κητῶν τεμάχη ταριχηρά. Strabo 3. Οὐκ ὀλίγη δὲ οὐδὲ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία, de Hispania loquens, i. e. Cetaria multa et salsamenta, Bud., qui etiam addit eum sæpe sic uti. Gaza ταριχεία Græce reddidit, quod Cic. de Sen. Succidiam appellarat. [" Ad Herod. 110. 154. ad Diod. S. 1, 94. 102." Schæf. Mss. Suicer. Thes. Eccl. Ionice Ταρι-

χήτη, Locus ubi pollinctura fit, Herod. 2, 15. * Ταριχεία, Nom. propr. 113.]

[* Ἐκταριχεύω, Nicet. Annal. 10, 9.] Προταριχεύω, Prius sale condio, Sale præmacero. Porro sicut ταριχεύειν simpliciter accipitur pro Macero et exicco s. arefacio, ita προταριχεύω pro Præmacero, Ante exicco et arefacio, ut Gal. Meth. Med. 9. dicit Medicos diatritarios triduana fame προταριχεύσαντας τὸν ἄνθρωπον, ἄρχεσθαι τρέφειν, Cibum ei præbere tunc primum, cum triduana fame eum præmacerarint et exiccarint, i. e. vehementem siccitatem inedia induxerint.

ΤΑΣΣΩ, vel Τάττω, ξω, χα, Ordino, (ut τάξις est Ordo: quamvis nomen hoc, quod Ordinem signif., ex illo ipso verbo factum sit, et, quatenus verbale est, sonet Ordinatio,) Colloco: sed ea potissimum Collocandi signif., qua dicimur milites collocare, cum aciem instruimus: quam signif. aliqua derivata sequuntur. Thuc. 4. Τάσσειν καὶ παρασκευάζεσθαι ὡς ἐς μάχην. Sic τάσσεσθαι sæpe dicuntur milites: 3. Ἐτάσσοντο ἀμφότεροι ὡς ἐς μάχην. Et sine hac adjectione, ap. Eund. 2, (81.) Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες τεταγμένοι τε προσῄεσαν, Ibant instructa acie. Rursum 3, (107.) Τὸ δὲ ἄλλο (κέρας) Ἀκαρνᾶνες ὡς ἕκαστοι τεταγμένοι ἐπεῖχον, Ut cuique locus in acie obtigerat. Herodian. 3, (7, 8.) Πολύ τι ὑπερέσχεν ἡ φάλαγξ τοῦ Ἀλβίνου στρατοῦ, καθ' ὃ μέρος ἐτέτακτο Σεβῆρος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατός. Lysias, Καὶ πάντων προειδότων ὅτι δεήσει κινδυνεύειν, ἑτέρων ἀναδυομένων, ἐγὼ διεπραξάμην ὥστε τῆς πρώτης τεταγμένος μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις: ita enim ap. eum legitur, subaudiendo sc. substantivum τάξεως, quod alibi addit: pro qua lectione habetur alia mendosa, sc. τοῖς πρώτοις, in edit. Comm. Bud. Ubi etiam scribit τεταγμένους milites Æliano esse Centuriatos et merentes: contra ἀτάκτους Qui non sunt in numeros redacti. Dicitur autem et ταχθεὶς εἰς τάξιν, ut τάσσειν εἰς τάξιν. Sed ut voce pass. Τεταγμένοι hi dicuntur, ita etiam voce media interdum legitur Ταξάμενοι. Synes. Ταξάμενοι οὖν περιέμενον ὡς, ἢν ἐμβάλωμεν, ἀμυνούμενοι, Acie instructa stantes. Idem, Καὶ ἡμεῖς ἐταξάμεθα, ὡς, εἴ τις ἐπίοι, δεξόμενοι. Dicitur porro et de navibus hoc verbum, Thuc. 2. Ἔπλεον ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς. Idem eod. l. Νῆές τε αὐτοῖς αἱ μὲν περὶ τὴν ὑμετέραν εἰσὶν, αἱ δ' ἐφ' ἡμῖν τετάχαται. Cum illo autem priore loco convenit hic Xen. (Ἑλλ. 3, 4, 13.) Οἱ μὲν Ἕλληνες ἱππεῖς, ὥσπερ φάλαγξ, ἐπὶ τεττάρων τεταγμένοι [παραγετ.] Itemque hic, (6, 2, 11.) Οἱ δ' ἐπ' ὀκτὼ τεταγμένοι, ἀσθενὲς νομίσαντες τὸ ἄκρον τῆς φάλαγγος ἔχειν: quibus verbis signif., a fronte introrsus octonariam militum dispositionem fuisse, Bud. Sed et τάττειν τὸν κόσμον, Ordinare mundum, Idem vertit ap. Plat. Epinomide, Ὃν κόσμον ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος. Multo autem latius extendendo hanc Collocandi signif., itemque Ordinandi, interdum dicitur τάττω σε μετὰ τῶν ἀδελφῶν, q. d. Colloco te inter fratres, pro In ordinem fratrum repono, In fratrum numero te habeo, Fratris loco te habeo, Synes. Τὸν δ' ὁμοψυχότατον ἡμῖν Γάϊον εὖ οἶδ' ὅτι φρονῶν ὅσα ἐγὼ, μετὰ τῶν συγγενῶν τάττεις. Sic τάττω εἰς, ap. Xen. Ἐμαυτὸν τοίνυν τάττω εἰς τοὺς βουλομένους, κ. τ. λ., In eam classem me adopto, Bud. Eadem certe constr. dicitur εἰς ἄνδρας ταχθεὶς, qui et εἰς ἄνδρας τελεῖν ἀρξάμενος, item εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένος. Idem affert ex Aristot. hoc verbum cum alia constr., sc. cum præp. ἐν, Ἔταξαν τὴν μουσικὴν ἐν παιδείᾳ, pro In doctrinarum numerum redegerunt, annumerarunt, et locum dederunt. Cui loco similis est hic, qui affertur e Plut. Solone, Αὐτὸν ἐν τῇ τῶν πενήτων μερίδι τάττει, In pauperum ordinem se redigit, Inter pauperes se numerat, Pauperibus se annumerat. Et rursus e Xen. (Ἀπ. 2, 4, 6.) Ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πᾶν ἐλλεῖπον φίλῳ καὶ τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων, pro Se substituit vicarium. Cui loco subjungit hunc Dem. (438.) Ὃς γὰρ ἑαυτὸν τάξας τῶν ἀπιστούντων εἶναι Φιλίππῳ, ηὐτομόλησε καὶ προὔδωκε κ. τ. λ., pro Qui se inter eos censeri voluit. Qui locus melius convenit cum præcedentibus, quam ille

A Xen., in quo vertit Se substituere vicarium, ideoque potius eos proxime subsequi debuit. Interdum τάττω est Certum hominem alicui rei præficio, constituo, Destino: ut Idem scribit, afferens tamen locum Xen., in quo non activa, sed pass. voce utitur, (K. Π. 4, 5, 6.) Ὁ δὲ τασσόμενος πορεύεσθαι, ἔφη, πῶς, ὦ δέσποτα, ἐγὼ εὑρήσω ἐκείνους; Talis autem est usus hujus verbi et in isto Aristot. loco, Τέτακται δὲ κατὰ μὲν τὸ γεγονὸς μία τῶν Μοιρῶν Ἄτροπος, Constituta est iis quæ præterierunt, Suæ illi partes assignatæ sunt, Officium suum illi constitutum est et assignatum. Sed et verbo Præfici non minus commode quam alio ullo videtur τάσσεσθαι reddi eo in loco posse. Apud Plat. de Rep. 1. alia constr. Τῇ δὲ ποιμενικῇ οὐ δήπου ἄλλου του μέλει ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται: ut dicitur Præfici alicui negotio. Cum hac ipsa constr. habes ex Isocr. Τοὺς ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις τεταγμένους. At vero activa voce cum ἐπὶ habente accus. ex Aristot. Polit. 3. Τάττει ἐπὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων. Et e Plat. de Rep. 2.
B Ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διανοίαν τάττουσι ταύτην. Affertur præterea ex Isocr. Ἐπὶ τὰς πράξεις σὲ τάττουσι, pro Præficiunt te negotiis. Et e Dem. (217.) Ἐτάξατε στρατηγὸν ἐπ' αὐταῖς τριήρεσι, pro Præfecistis triremibus. At vero, Ἐφ' ἑνὶ τούτων ἐμαυτὸν ἔταξα, pro Unum horum mihi sequendum delegi. Sed ut ad passivum redeam, affertur et ex Herod. ταχθεὶς cum eadem illa constr., in qua habuisti τασσόμενος e Xen., ubi ille scribit, Ταχθεὶς παρὰ τὴν λίμνην φρουρέειν, Cui datum erat negotium paludis custodiendæ. Sic e Plut. Camillo, Οἱ δὲ τοὺς τόπους ἀναλαβεῖν καὶ ὁρίσαι ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Καμίλλου. Huc pertinet τεταγμένοι e Plut. de agentibus stationes, VV. LL. At ταχθεὶς ἐπ' Αἴγυπτον, quod et ipsum ex Herod. affertur, videri queat ad illum verbi Constituo usum magis proprie pertinere, quo dicit Cic. Constituere regem populis. Affertur et ταχθέντες sine præp., cum nomine πρέσβεις, et exp. Constituti s. Designati legati. Quemadmodum porro dicitur aliquis τάσσεσθαι, sic etiam aliquid τάσσεσθαι, id sc. cui aliquem
C præficimus, et quod ei injungimus. Atque adeo affertur e Soph. (Aj. 528.) τὸ ταχθὲν τελεῖν, pro Facere quod imperatum est, Imperium exequi: ut sc. sit ταχθὲν pro προσταχθέν. Jam vero quæ afferuntur e Luciano, Τάττεται ὑπὸ θεῷ, pro Subjicitur deo, et (1, 720.) Τάττομαι ὑπ' ἄλλῳ, pro Subjectus sum alii, possunt et ad Ordinandi et ad Constituendi signif. referri; nam τάττομαι ὑπ' ἄλλῳ non est aliud quam τάττομαι ὑπ' ἐξουσίαν ἄλλου: ut legimus ap. Luc. 7, (8.) Ὑπὸ ἐξουσίαν ταττόμενος, quod redditur Sub potestate constitutus. Rursumque qui τάττεται ὑπ' ἄλλῳ, non ejusd. est ordinis, sed inferioris: ut contra μετ' ἐμοῦ τέτακται e Greg. Naz. habemus pro Mei est ordinis. At e Philostr. Τάττω ἐμαυτὸν μετὰ σοῦ, pro Accedo tuæ sententiæ. Ceterum antequam longius a verbo Constituo discedam, sciendum est, τεταγμένον pro Constituto dici, ea quoque in signif., qua dicitur Tempus alicui rei constitutum, (quo pertinet ap. Terent. Constitutæ nuptiæ in hunc diem): nam τεταγμένη ἡμέρα, et τεταγμένη ὥρα, et τεταγμέ-
D νος χρόνος, dici eod. solent modo pro Tempore constituto, stato. Synes., inquit Bud., ἡμέραν διηγορευμένην, Diem constitutum appellavit, h. e. τεταγμένην, et διωρισμένην, s. συγκεκροτημένην et συγκειμένην, Compactam et condictam diem. Idem, ἡμέρα τεταγμένη, Dies constitutus et certus. Et χώρα τεταγμένη, Xen. (Œc. 8, 22.) Locus condictus. Plut. (6, 719.) Ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται, Certa et fixa. Unde τεταγμένα dicuntur Quæ constitutas et statas vices habent, ut ortus occasusque siderum. Nec vero a Constituendi signif. remotum mihi videtur verbum τάττω, (ab ea quidem certe, qua dicimus Pretium s. Mercedem et Stipendium constituere,) et cum jungitur accusativo τιμὴν, τὰ ἐπιτίμια, vel τὴν ἀξίαν. Aristot. Œcon. 2. Εἶτα ἐξαγωγὴν ἔδωκαν τῷ βουλομένῳ, τάξαντες τιμὴν, Cum pretium constituissent. At cum reliquis duobus accuss. aliter redditur. Nam τάττω Bud. interpretans Statuo, Impono, Irrogo, affert e Dem. (382.) Τῶν νόμων τὰ ἔσχατα ταττόντων ἐπιτίμια. Item cum accus. θάνατον, ex Eod.

(498.) Ἐφ' ᾧ τοῖς ἄλλοις θάνατον ζημίαν ἐτάξατε. Quibus subjungit, sic dici ut τάττειν τὴν ἀξίαν τῶν ὠνίων, Statuere: quod venditoris est ut plurimum, indicantis quanti vendere velit, et interdum emtoris: quod etiam τιμᾷν dicitur: unde Taxare verbum in usum venit, quo etiam Plin. usus est. Addit vero et locum in quo τάττειν optime convenit cum verbo Constituo, habente accus. Mercedem: ubi sc. Aristot. de mercede itidem ac remuneratione præceptorum philosophiæ loquens, Eth. 9, (1.) scribit, Ἀλλ' ὅμως ἡ ἀμοιβὴ γίνεται πρὸς τοσοῦτον ὅσον ἂν τάττωσιν οἱ λαβόντες· δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσοῦτον τιμᾷν ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσον πρὶν ἔχειν ἐτίμα. Cum autem his exemplis alia interjiciat in quibus τάττω longe alium usum habet, eum sc. de quo initio dixi, ego contra his subjungo τάττειν constructum cum accus. φόρον, quod idem Bud. vertit, Indicere tributum et imperare, ejusque modum unicuique statuere; affertque h. l. absque Auctoris nomine, cum is sit Thuc. 3, (50.) p. 100. meæ Ed. Ὕστερον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι φόρον μὲν οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, πλὴν τῆς Μηθυμναίων, τρισχιλίους, —σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν, οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν, αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν. Lingua vernacula, inquit, Taxare hoc appellat, (intellige autem nostrum Taxer, pro quo nonnulli pronuntiant Tauxer,) h. e. Tributarios facere. Alter Thuc. locus, qui huic adjungitur, habet ταξάμενοι, quod exp. τεταγμέναις ταῖς καταβολαῖς: ideoque pertinere videri possit ad ea quæ de τεταγμένος paulo ante dicta fuerunt, cum τεταγμένος χρόνος exponeretur Statum tempus. In VV. LL. ex Æschine (90.) Τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησι. Item, Ἐτάξατο φόρον, sequente infin. φέρειν, e Plat. Epist. 7. Ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις. Et, Ταξάμενοι χρήματα φέρειν, afferunt e Thuc., ubi dicitur Schol. ταξάμενοι exponere ὁρίσαντες: cum tamen l. 1., ubi Schol. ita exp., non addatur infin. φέρειν: unde fit ut eorum in h. l. citando fidem suspectam habeam. Quin etiam, Ἐτάχθησαν φέρειν τὸν φόρον, ex Anonymo quopiam. Denique et cum gen., e Thuc. 4, (26.) Ταξάντες ἀργυρίου πολλοῦ, pro Cum taxassent ingenti pretio.

Τεταγμένος, Compositus, Frugi, Non dissolutus, Bud. e Plut. de Pompeio, Φύσει γὰρ ἦν σώφρων καὶ τεταγμένος ταῖς ἐπιθυμίαις. Sed hunc participii τεταγμένος usum male intermiscet aliis verbi τάττω signiff. nihil huc pertinentibus. Aliud autem exemplum usus hujus participii τεταγμένος videbis in nomine Ἄτακτος. UNDE Τεταγμένως, (cui opp. ἀτάκτως,) Ordinate, Servato certo ordine, Stato tempore, Statis temporibus, Statis viribus. Bud. exp. etiam Ratione stata, et certa lege. Vide Τεταγμένος. [Conf. c. τεταμένως, Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 1, 24.]

Ιτεμ Τέκμωρ ead. signif. reperitur qua τέκμαρ, i. e. pro Fine et exitu, Od. Δ. 466. 'Ως δὴ δήθ' ἐνὶ νήσῳ ἐρύκομαι, οὐδέ τι τέκμωρ Εὑρέμεναι δύναμαι, Nec finem ullum hujus mei erroris invenire possum, Il. I. 47. μαχησόμεθ' εἰσόκε τέκμωρ 'Ιλίου εὕρωμεν, Donec finem Ilii inveniamus, Ilium se tandem dedat, etiam Donec Ilii fata videamus. Nam et alibi idem Poëta dicitur τέκμωρ accepisse pro eo, quod passim vocat τέλος θανάτοιο, μόρον, θάνατον. Eust. vero aliter accipit; exponens enim hunc versum 418 ejusd. libri, Οἴκαδ' ἀποπλείειν· ἐπεὶ οὐκέτι δήετε τέκμωρ 'Ιλίου αἰπεινῆς: annotat, Poëtam, quod supra dixerat, οὐκέτι Τροίαν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν, hoc loco παραφράζειν, et τέκμωρ vocare τὸ ἐν 'Αχαιοῖς σκοπιμώτατον τέλος, Finem quem præcipue spectabant Græci, veluti scopum suum. Et sic τέκμωρ dicetur etiam Finis alicujus actionis, i. e. Finis ad quem actio aliqua velut in scopum dirigitur. Ubi etiam ΝΟΤΑ Δήετε, quod exp. εὑρήσετε, (recte, ut patet ex ante citato loco,) et dicit inde DERIV. Δηῶ; de qua in Fabulis. Rursum pro τέλος accipit idem Il. A. 526. Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς· Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον Τέκμωρ· οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Exponens enim eum locum, Τὸ δὲ κατανεῦσαι, inquit, τῇ κεφαλῇ τὸν Δία, μέγιστον ἦν τέκμωρ ἤτοι τέλος πράξεων: ut innuat Poëta, si quid annuat Jupiter, fore ut finem suum consequatur, et ad exitum perducatur; et tunc ejus βουλὴ dicitur τελεῖσθαι, Finem et exitum consequi ejus quod volebat. || Ab Hes. exp. τέλος φανερόν, μαρτύριον, σημεῖον. Quas signiff. τέκμαρ etiam habere, paulo ante docui. [" Ad Charit. 229. 238. Heyn. Hom. 4, 139. 5, 264. 313. 619. 6, 373. 641. 7, 223. Brunck. Apoll. Rh. 234. (Schæf. T. 2. p. 328.) Porson. Hec. p. 76. Ed. 2." Schæf. Mss. "Finis, Manetho 2, 457." Wakef. Mss. Il. H. 30. Π. 472.]

Τεκμαίρομαι, Ad finem et exitum perduco, Perficio, i. q. τελέω s. τελειόω, aut ἐπὶ τέλος ἄγω: quomodo accipit Eust. Od. H. 312. Πομπὴν δ' ἐς τόδ' ἐγὼ τεκμαίρομαι αὔριον, exponens τελειῶ: quemadmodum et Il. H. 70. "Ορκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν, 'Αλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι, Idem exp. τελειοῖ: ut et brevium Scholl. Auctor, τελειοῖ, ἐπὶ τέλος ἄγει. Eodemque modo et Hesychio τεκμαίρεται est ἐπὶ τέλος ἄγει, περαίνει: qui et τεκμήρατο affert pro συνεπεράνατο, et τεκμαίρομαι exp. per fut. ἀποτελέσω. Sed notandum est, a Scholl. brevium Auctore illius τεκμαίρεται afferri et aliam exp., sc. βουλεύεται; quemadmodum et ap. Hesiod. "Εργ. (1, 227.) οὐδέ ποτ' αὐτοῖς 'Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς, exp. βουλεύεται, κατασκευάζει, Machinatur, Struit et molitur, Inferre parat. At in meo Ms. Homeri exemplari legitur et alia ejus versus paraphrasis, ἀλλὰ κακὰ φρονῶν καὶ βουλευόμενος ἀμφοτέ-

A ροις φαίνεται: quasi τεκμαίρεται accipiatur passive pro φαίνεται et δῆλός ἐστι; cujus usus exemplum desidero. || Τεκμαίρεσθαι, Hesychio est etiam φράζεσθαι, Dicere, etiam Denuntiare; ut accipi potest (Od. Λ. 111.) Εἰ δέ κε σίνηαι, (sc. boves solis,) τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον Νηΐ τε καὶ ἑτάροις, Si vero boves solis læseris, interitum tibi denuntio, prædico. Ubi Eust. τεκμαίρομαι exp. σημειοῦμαι καὶ μαντεύομαι, ut et Hes. τεκμαίρομαι exp. σημειώσομαι; et Τεκμαίρεο, σημείωσαι, Nota, Observa: et Dionys. P. (178.), τεκμαίρεται οὖρον dixit pro σημειοῦται, Notat et observat terminum; ut nonnulli interpr. || Rursum Hes. τεκμαίρομαι exp. non solum σημειοῦμαι, Noto, sed etiam σκέπτομαι, i. e. Speculor, Dispicio, Considero: item στοχάζομαι, Conjicio. Quorum utrumque metaphorice sumtum est ab iis, qui ad scopum sagittas mittunt. Ut enim στοχάζεσθαι τοῦ σκοποῦ dici supra docui, ita et pro Conjicere usurpari patet e Quintil. cum 3, 7. ait, Conjectura dicta est a conjectu, i. e. directione quadam rationis

B ad veritatem: unde etiam somniorum atque ominum interpretes Conjectores vocamus. Qui conjectus et στοχασμὸς habet et ipse suum τέκμαρ, i. e. Scopum et signum in quod dirigit et conjicit sagittam. Ita ut τεκμαίρεσθαι et στοχάζεσθαι sit E conjectu ratiocinationis ad veritatem colligere aliquid: quod simpliciter dicitur Conjicere, item Conjectare; nec non Conjectura judicare, Conjectura prospicere s. providere, Conjectura percipere, reperire, assequi s. consequi, item et Conjecturam facere. In qua signif. interdum cum ὅτι construitur; ut ap. Thuc. 1. p. 1. Τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντες ἦσαν, Conjiciens eos vigere et pollere. Interdum cum infin., ut Lat. Conjicio et conjecto, Herodian. 4, (9, 12.) 'Ως δὲ ἐτεκμήρατο ἤδη αὐτοὺς εἶναι ἔνδον τῶν ὅπλων περιειλημμένους, Cum vero conjiceret ipsos jam esse militum suorum armis conclusos. Interdum cum dat., Xen. K. Π. 1, (3, 5.) p. 5. Καὶ τίνι δὴ σὺ τεκμαιρόμενος, ὦ παῖ, λέγεις; Quanam nitens conjectura? Undenam conjecturam faciens? Sic Herod. Τεκμαί-

C ρομαι τῇ ἐσθῆτι, E veste conjecturam facio, E vestibus conjecturam capio s. duco, Plut. Lycurgo, Τεκμαίρομαι τοῖς ἀπομνημονεύμασιν; Galba, Τεκμαιρόμενοι τῇ φωνῇ, E voce conjecturam facientes: Numa, Τοῖς τοῦ 'Ρωμύλου παθήμασι τεκμαίρομαι. Plato de LL. dixit etiam, Τούτοις τεκμαίρονται τίνος ἐπιθυμεῖ τὰ παιδία, Ex his signis conjiciunt quarumnam rerum cupiditate infantes ducantur. Ubi τίνος ἐπιθυμεῖ τὰ παιδία accusativi vice ponitur. Nam huic dat. aliquando subjungitur accus. rei, quam conjectura quærimus, aut judicamus percipimusve. Isocr. Paneg. Εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, Si de rebus futuris conjectura facienda est e præteritis. Sed notandum, dat. instrumentalis loco, qui in præcedentibus est, interdum poni ἐκ, interdum ἀπὸ cum suis genitivis: ut Plut. Solone dixit, Τεκμαιρόμενος τὰ νῦν ἐκ τῶν τότε, De præsentibus conjecturam capiens e præteritis. Et in Lycurgo, 'Απὸ τῆς αὐτοῦ πραότητος τεκμαιρόμενος τὸν τρόπον, Ex ejus mansuetudine conjiciens quali præditus esset inge-

D nio; Numa, 'Απὸ τῶν ἔργων τοὺς τρόπους τῶν πολιτῶν τεκμαιρόμενος. Sic Gal. 1 ad Gl. "Εστι γὰρ ἐκ τούτων τεκμαίρεσθαι κἂν τοῖς ὑγιαίνουσι τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. Rursum loco accusativi ponitur interdum περὶ cum suo gen., ut cum Plut. Fabio dixit, Τεκμαίρεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος ὀρθῶς τὸν ἀγαθὸν στρατηγόν, De rebus futuris eum, qui bonus dux sit, recte conjectare. Sic Isocr. Archid. Εἴπερ χρὴ περὶ τῶν μελλόντων τεκμαίρεσθαι τοῖς ἤδη γεγενημένοις. Nonnunquam eum dat. illo instrumentali, aut certe qui instrumentalis locum obtinet, aliquid subaudiendum relinquitur: veluti cum Plut. (8, 637.) dicit, Ταῖς ῥωγμαῖς τεκμαίρεσθαι τοὺς τὰ ὕδνα μετιόντας, relinquitur subaud. ποῦ εἰσι: signif. enim eos, qui tubera quærunt, e rimis conjectare ubinam ea lateant. Ubi etiam manifeste nota dat. instrumentalem ῥωγμαῖς positum esse pro ἀπὸ ῥωγμῶν s. ἐκ ῥωγμῶν. Diversa autem constr. affertur e Theophr. C. Pl. 3, (11, 6.) Τεκμαίρομαι πρὸς τοῦτον τὸν χρόνον, cum hac Gazæ interpr. Ad normam hujus temporis moderor. Sed et activi VERBI

Τεκμαίρω aliquis usus est: cujus hoc exemplum Bud. affert ex Arato (18.) τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδὴν, cum hac Scholiastæ exp. πιστώσασθε διὰ τεκμηρίων, ἢ δείξατε, Certis signis ostendite et probate. E quo loco VV. LL. finxerunt THEMA Τεκμήρω, Indico. [Pind. 'O. 6, 123. τεκμαίρει Χρῆμ' ἕκαστον, N. 6, 14. Τεκμαίρει καὶ νῦν Ἀλκιμίδας Τὸ συγγενὲς ἰδεῖν, Æsch. Pr. 605. Τορῶς τέκμηρον. " Τεκμαίρομαι, Valck. Phœn. p. 59. Beck. p. 186. Bergler. ad Alciphr. 64. Toup. Emendd. 2, 388. Wakef. S. Cr. 3, 58. Ilgen. ad Hymn. 303. Græv. Lectt. Hes. 552. Diod. S. 1, 118. ad Lucian. 1, 486. 739. Zeun. Ind. in Xen. K. Π. Luzac. Exerc. 191. Jacobs. Anth. 7, 161. 320. 8, 409. 12, 57. Antip. Thess. 56. Diod. Sard. 11. Menses Ægyptiorum. Porson. Phœn. 185. Hemst. ad. Plutum p. 420. Kuster. Aristoph. 213. Brunck. Soph. 3, 420. Heyn. Hom. 5, 264. 321. 719. Boiss. Philostr. 327. De navigatione, Apoll. Rh. 1, 108. Brunck. p. 10. De constr., ad Callim. 1. p. 32. Cum gen., Philostr. 58. Boiss." Schæf. Mss. " Nicander 'A. 105. Arat. Ph. 38. D. 69." Wakef. Mss. Hom. Hymn. 1, 285. Pind. 'O. 8, 4. Apoll. Rh. 4, 73. 217. Demosth. 820. Xen. A. 8, 2. Dionys. P. 100. Æsch. Pr. 336.]

Τέκμαρσις, ἡ, Conjectura, στοχασμὸς, Schol. Thuc. 2, (87.) p. 77. Εἴ τις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλησιν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι. E Gal. affertur pro Cognitio quæ fit per τεκμήριον: exp. vero et Interpretatio. [" Probatio, Dionys. H. 3, 1483." Schæf. Mss. * Τεκμαρτέον, Hippocr. 746. * Τεκμάρτὸς, Cratinus Hephæstionis p. 6. Οὐδὲν ἰδόντι τεκμαρτόν.] Ἀτέκμαρτος, ὁ, ἡ, Qui ad finem perduci nequit, ad exitum pervenire et perfici nequit, ut Hes. et Suid. ἀτέκμαρτον exp. ἀτέλεστον: a τεκμαίρομαι significante τελειόω et περαίνω. || Item ἀτέκμαρτος dicitur De quo nulla certa conjectura fieri potest, Qui nulla conjectura capi s. deprehendi potest, Quem assequi s. consequi conjectura non possumus: ut ab Hes. quoque exp. ἄγνωστος, ἄσημος, Qui cognosci non potest, sc. conjectura aliqua, Qui nulla nota deprehendi nec ullo signo cognosci potest. Plut. de Orac. Pyth. Ἐν τούτοις γὰρ οὐδὲν ἀτέκμαρτον, οὐδὲ τυφλὸν; Thuc. 4, (63.) p. 141, Καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος, et Eunap. ap. Suid. ἀτέκμαρτον τύχην dicit τὴν ἀκατανόητον, ut quidem ille exp. Homo etiam aliquis ἀτέκμαρτος dicitur active pro ἄσκοπος, Inconsideratus, Nullas conjecturas aut signa sequens in re aliqua, Qui τεκμάρσει non utitur, Aristoph. Ὄρν. (170.) Ἄνθρωπος ἀστάθμητος, ὄρνις πετόμενος, Ἀτέκμαρτος, ubi Suid. οἷον σημεῖον διὰ τῆς πτήσεως οὐκ ἐμφαίνων, una cum Schol. Idem Suidas ἀτέκμαρτον paulo ante exp. * ἀκαταστόχαστον. [Herod. 5, 92, 3. " Paus. 3, 171. Dionys. H. 2, 1087." Schæf. Mss. Chio Epist. 7. " Opp. 'A. 2, 206. 381." Wakef. Mss. Pind. Π. 10, 98. Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.] UNDE Ἀτέκμαρτα ET Ἀτεκμάρτως adverbialiter pro Sine conjectura, Nullam sequendo conjecturam, Absque conjectura, Synes. de Insomn. Ὁ τοιοῦτος ἀτέκμαρτα πλεῖ, Nulla nititur conjectura nec ullis signis in navigatione, Inconsiderate navigat. Xen. vero dicit, (Ἀπ. 1, 4, 4.) Τὰ δ' ἀτεκμάρτως ἔχοντα ὅτου ἕνεκά ἐστι, pro ἃ οὐκ ἔστι τεκμαίρεσθαι ὅτου ἕνεκά εἰσι, Quæ ad quem finem tendant, conjici nequit. [Plut. 7, 568. Pind. 'O. 7, 83. Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος.] " Δυστέκμαρτος, Conjectu auguratuque difficilis, Soph. Œd. T. (109.) p. 154. ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται Ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας; Ubi Suidas cum Schol. exp. * δυσεύρετον, δυσκατάληπτον: afferens et δυστεκμαρτότερον pro * δυσκαταληπτότερον." [" Barnes. ad Eur. Hel. 717. Dionys. H. 2, 715." Schæf. Mss.] " Εὐτέκμαρτον, Conjectu facile, καλῶς τυπούμενον, Hes."

A τεκμαίρομαι est et COMP. [* Ἀποτεκμαίρομαι, Apoll. Rh. 4, 1538.] Διατεκμαίρομαι, Per signa demonstro, ut conjectare sit facile, Significo, Certis notis ostendo, Hesiod. Ἔργ. (2, 16.) ἐργάζευ, νήπιε Πέρση, Ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο. Ubi Moschop. διετεκμήραντο exp. ἐγνώρισαν, τεκμαίρεσθαι ἔδωκαν: subjungens, Poëtam θεοὺς ibi vocasse τὰ στοιχεῖα, Elementa: quoniam sc. ἀπὸ τούτων τεκμαιρόμενοι οἱ ἄνθρωποι τὰ τῆς γεωργίας ἔργα ἐργάζονται. [" Græv. Lectt. Hes. 552." Schæf. Mss. Manetho 6, 750. * " Ἐκτεκμαίρω, ad Callim. 2, 15." Schæf. Mss. " Euseb. Pr. E. 215." Wakef. Mss. * Ἐντεκμαίρομαι, Hippocr. 261, 40. * Ἐπιτεκμαίρομαι, Arat. 456. 932. * " Περιτεκμαίρω, Joseph. Hypomn. 144." Schleusn. Mss. * Προστεκμαίρομαι, Hippocr. 817. * Προατεκμαρτέος, 390.] " Συντεκμαίρομαι, Conjicio, Conjecturam facio: Suid. συντεκμηράμενος, συμβαλὼν, καταστοχασάμενος: affe" rens ex Eunapio, Τὸν πάντα βίον αὐτοῦ συντεκμηράμενος ἐκ τῶν ἐναργῶν περὶ αὐτὸν συμβόλων τε καὶ σημείων." [" Cattier. Gazoph. p. 90." Schæf. Mss. * Ὑποτεκμαίρομαι, J. Poll. " Aristoph. Fr. 237." Schæf. Mss.]

Τεκμήριον, τὸ, Id quo conjicimus, conjectura nostra nititur, Signum, Nota, Indicium, Argumentum. Peculiariter tamen de Certo et indubitato signo dicitur ap. Rhett.: qualis est, quam Cic. Propriam rei notam appellat. Aristot. Rhet. 1. Τούτων δὲ (τῶν σημείων) τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. Ubi nota eum τεκμήριον definire σημεῖον ἀναγκαῖον: pro quo ibid. dicit σημεῖον ἄλυτον: et ex hoc signorum genere fieri syllogismum ait, addens, Ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεσθαι οἴωνται λῦσαι τὸ λεχθὲν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον, ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον: quoniam sc. τέκμαρ, (unde derivatum τεκμήριον,) et πέρας antiqua lingua usurpabat pro eodem. Itidem Quintil. 5, 9. Signorum alia necessaria sunt, quæ Græci vocant τεκμήρια: alia non necessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt, quæ aliter habere se non possunt. Alia sunt signa non necessaria, quæ εἰκότα Græci vocant: quæ etsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adjuncta ceteris plurimum valent. Ubi etiam annotat, τεκμήρια vix ad præcepta artis videri pertinere: quoniam ubi signum est insolubile, ibi ne lis quidem est. Id autem accidere cum quid aut necesse est fieri factumve esse, aut certe omnino non potest fieri vel factum esse: quo in causis posito, lis non est nisi facti. Hoc autem genus per omnia tempora perpendi solere, pluribus ibid. exemplis docet. Ubi etiam Signum et Argumentum non idem esse ostendit: quoniam signa, sive indubitata sint, non sunt argumenta: (quia ubi illa sunt, quæstio non est, argumento autem nisi in re controversa locus esse non potest;) sive dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent. Signum vero, inquit, vocant σημεῖον: quanquam id quidam Indicium, quidam Vestigium nominarunt, per quod alia res intelligitur, ut per sanguinem cædes: idque ut per se non sufficit, ita ceteris adjunctum, testimonii loco ducitur. Sed et ap. Medicos τεκμήριον dicitur Id, quod perpetuo unum aliquid significat: quod non est aliud quam argumentum ab indicatione sumtum, sive Ipsa Indicatio: et argumentum necessarium: qua re differt ἀπὸ τοῦ σημείου, quod non est perpetuum neque necessarium, ut quod non desumatur a propria cujusque rei indicatione, quam natura suggerit, sed ab observatione empirica, quam τήρησιν appellant; est enim σημεῖον proprium τῆς ἐμπειρικῆς, sicut τὸ τεκμήριον τῆς ἀκολουθίας λογικῆς, quod non est aliud quam Indicatio. Hæc de peculiari τοῦ τεκμηρίου signif. ap. Medicos, et Rhett.: ap. quos sunt qui etiam interpr. Argumentum nervosum. Alioqui in communi usu simpliciter accipitur pro Signum, Nota, Indicium, Argumentum, Documentum, Testimonium, Isocr. (ad Demon. init.) Ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας, Plato Apol. Socr. (20.) Μεγάλα δ' ἔγωγ' ὑμῖν τεκμήρια παρέξομαι τούτων. Itidemque Aristot. H. A. 9. Ὧι τινὲς τεκμηρίῳ χρῶνται ὡς τῶν μὲν, ἀρρένων ὄντων, τῶν δὲ, θηλειῶν, Quibus signis conjiciunt quosdam masc. esse sexus, quosdam feminini. Dicitur item aliquis τεκμήριον ποιεῖσθαί τι, pro τεκμηρίῳ χρῆσθαί τινι, Aliquo veluti signo et conjectura niti, ap. Plat. Nec non et

τεκμήριον προσφέρειν: ut Plut. in Lyc. Τεκμήριον προσφέρων τὸν Ὀλυμπιάσι δίσκον, ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον. Aliquando reperitur in fine alicujus sententiæ τεκμήριον, omisso verbo substantivo ἐστὶ, s. ἔστω, aut εἴη ἄν, Argumento et documento sit: velut ap. Xen. Ἱππ. (10, 14.) p. 554. Ὡς δὲ καὶ τῷ ταχὺ θεῖν ἵππος ἥδεται, τεκμήριον· ἐκφυγὼν γὰρ οὐδεὶς βάδην πορεύεται, ἀλλὰ θεῖ: Hoc sit documento et argumento, quod nullus cum effugerit, pedetentim incedit, sed currit. Sic et in principio sententiæ postquam aliquid affirmavimus, aut negavimus, dicimus τεκμήριον δὲ, pro τεκμήριον δὲ τούτου εἴη ἄν, aut ἔστω, Argumento autem sit, Ejus rei documentum et indicium hoc sit: quomodo reperitur et σημεῖον δὲ, ἀπόδειξις δὲ, ut suis locis docui. Thuc. 2, (50.) p. 64. Τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο ἔτι, Signum autem et indicium unde id conjicere licet, h. e. quod aves illæ manifesto desinebant esse, nec amplius cernebantur. Ubi etiam nota ἔλλειψιν conjunctionis ὅτι: quam non itidem B omisit Xen. cum Ἱππ. (10, 4.) dixit, Τεκμήριον δὲ ὅτι τούτοις ἥδεται· ὅταν γὰρ, κ. τ. λ. Rursum Thuc. 3, (66.) p. 105. Τεκμήριον δὲ ὡς οὐ πολεμίως ἐπράσσομεν· οὐ γὰρ ἠδικήσαμεν οὐδένα. Sic et alibi ap. alios. [" Zeun. ad Ken. K. Π. 30. Ammon. 127. Eran. Philo 173. ad Diod. S. 1, 13. Lennep. ad Phal. 138. Wakef. S. Cr. 4, 179. Argumentum, Xen. Mem. 1, 1, 2. antea λόγος: (K. Ἀ. 1, 9, 16.) Τεκμήριον δὲ, Boiss. Philostr. 347.: seq. γὰρ, Morus ad Isocr. Paneg. p. 39. Valck. ad Chrys. p. 7., cf. Wyttenb. Select. 359. T. περί τινος, Plato Hipp. p. 128. Ἐν δ' ἐμοὶ τ., Wakef. S. Cr. 2, 9. Τεκμηρίῳ χρῆσθαι, Brunck. Œd. T. 492." Schæf. Mss. Wolf. ad Leptin. 225. " Τεκμήριον, Aristot. Rhet. 1, 2. Genus demonstrationis; quod fit ex iis quæ necessario consequuntur, Ὅταν μὴ ἐνδέχεσθαι οἴωνται λῦσαι τὸ λεχθὲν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον ὡς δεδειγμένον καὶ πέρας, ταυτὸν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν: 2, 25. Τὸ τεκμήριον καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα οὐκ ἔσται λῦσαι, Refutari, Dissolvi non possunt: unde mox C ἄλυτον dicit. Sed vide quæ ad v. Σημεῖον annotata sunt. Auctor Rhet. ad Alex. 247. Ald. τεκμήρια, quæ inter πίστεις numerat, hoc modo definit, Ὅσα ἂν ἐναντίως ᾖ πεπραγμένα τῷ περὶ οὗ ὁ λόγος, καὶ ὅσα ὁ λόγος αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιοῦται: cf. Schol. Anonym. ad Hermog. περὶ Εὑρ. 3. p. 366.. Etiam τὰ τεκμηριώδη et τὰ ἀληθῆ ut synonyma jungi solent, v. c. Eustathio ad Hom. Od. T. p. 1864. Vide Suid. in Ἀπόδειξις et Τεκμήριον. Hes. τεκμήριον· σημεῖον ἀληθές. Cic. de Invent. 1, 29. Argumentationem necessariam appellat." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. " Apud Græcos σημεῖα Signa sunt naturalia; τεκμήρια vero Signa, s. Indicia, quæ ratiocinando colliguntur. Antiphon ista duo distinxit ap. Ammon. v. Σημεῖον: Andocides in Orat. deperdita ap. Clem. Alex. 6. p. 747. Χρὴ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, E præteritis de futuris oportet conjecturam facere. Eur. Phœnice: τάφανῆ Τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται. Thucydideum ἐκ τεκμηρίων σκοπεῖν, Herodoto est τοῖς D ἐμφανέσι τεκμαίρεσθαι." Valck. Schol. in N. T. 1, 194. Indicium clarum et evidens, Act. Apost. 1, 3.] Τεκμηριώδης, Constans ex iis quæ vocantur τεκμήρια, Aristot. Rhet. 2. fin. Τὰ δὲ τεκμήρια καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα, κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον οὐκ ἔσται λῦσαι. Ubi τεκμηριῶδες ἐνθύμημα appellat Enthymema confectum e signis necessariis: veluti si est illud, Lac habet, ergo peperit. De quibus consule Quintil. 5, 9. Τεκμηριόω, Nitens conjecturis et τεκμηρίοις pronuntio, Thuc. 3, (104.) p. 117. Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἦν τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ, Schol. διὰ τεκμηρίου ἐδήλωσε. Sic 1, (3.) Τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος· πολλῷ γὰρ ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος, οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντάς ὠνόμασεν Ἕλληνας. Sic Arrian. 6, (28, 3.) p. 231., (7, 13, 6.) et Theodor. H. E. 2, p. 31. 41. teste Bud., qui τεκμηριοῦν interpr. Indicare, Indicio significare: quod Aratus τεκμαίρειν dicit. [Longin. 28, 2. " Toup. Opusc. 1, 233. 2, A 110. Wyttenb. Select. 361. H. Steph. de Dionys. Imitat. Thuc., Dionys. H. 1, 232." Schæf. Mss. " Ælian. H. A. 49." Wakef. Mss. " Ἱκανὸς τεκμηριῶσαι, fundus formulæ est Thuc. 1, 9. unde sumsit Ælian. V. H. 4, 21. et alibi sexcenties: et diligens Thucydidis imitator Dionys. H. in Demosth. 199., cf. Bibl. Crit. 1, 3. p. 49." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. Philo J. p. 18. Maii, Τεκμηριώσαιτο ἄν τις τὴν πρὸς γονεῖς εὐσέβειαν ἐκ τῶν εἰρημένων. Vide Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 3, 264. * Τεκμηρίωσις, Arrian. 4, 7, 8. 5, 4, 2. * Συντεκμηριόω, Eunap. V. Soph. p. 11=15.]

" ΤΕΛΛΙΝΗ, Piscis, quem Athenæus esse putat " illum qui Lat. Mytulus s. Mutulus vocabatur; " sed quidam ab Athenæo dissentientes annotant " Mytulos Plinio esse quos Aristot. μύας, Diosc. " μύακας appellat: atque hunc de piscibus qui τελ- " λίναι dicuntur, seorsum agere: quorum et Paul. " Ægineta meminerit, nec non Aët. Adduntque, " Plin. pro tellinis Pectunculos accepisse videri, tri- " buentem his quæ Diosc. tellinis." [* " Τέλλη et Τελλίνη, Piscis, a figura etiam ξιφύδριον denominatus, Xenocr. c. 30. In loco Epicharmi ap. Athen. 3. p. 335. Schw. * τέλλιν legitur, ubi olim τέλλην extabat; et p. 337. metrum * τελίναν postulare videtur." Schn. Lex.]

ΤΕΛΛΩ, Existere et oriri facio. Cujus pass. τέλλομαι, Existo, Orior: at Hes. τέλλεται exp. γίνεται, ἀνύεται, i. e. Fit, Perficitur: nec non ἐπιτελεῖν φαίνεται, quod mendosum est. Ita ut τέλλειν, sequendo istas ejus expp., sit Facio, Efficio, Perficio. At ἀνατέλλω transitivum, est Existere et oriri facio: Ἐπιτέλλω autem, Faciendum et perficiendum injungo: de quibus mox. Idem tamen Hes. rursum τέλλον exp. non solum ἐποίουν, verum etiam ἔμελλον. Etymologo autem τέλλω est προστάσσω, κελεύω, quo modo ἐντέλλω et ἐπιτέλλω accipiuntur. Alii vero et pro στέλλω nonnunquam usurpari ajunt per aphæresin. Utut sit, rara sunt hujus verbi exempla, adeo ut de ejus signif. nihil certi possit statui, et tantum Lexicographorum vestigiis insistendum sit, et e compp. aliquid divinandum. [Soph. El. 699. ἡλίου τέλλοντος pro ἀνατ. " Brunck. ibid. ad Charit. 787. Wakef. Phil. 495. Apoll. Rh. 1, 688. Brunck. p. 139. Porson. Phœn. 1651. Heyn. Hom. 5, 486." Schæf. Mss. Pind. Ὀ. 2, 126. ἔτειλαν Διὸς Ὀδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-Σιν. " H. e. κατὰ τὴν ὁδὸν Διὸς, τὴν ἐπὶ Κρόνου τύρσιν (regiam) ἄγουσαν. At ἔτειλαν insolens prorsus est; etsi sententia obvia: ἐπορεύθησαν. Schol. ἔτειλαν, ἐτελείωσαν, ἤνυσαν. Esset igitur τέλλειν nova forma pro τελειοῦν, ducta a * τέλω, tanquam primitivo: (unde τελέθω, ut νέμω νεμέθω.) Obvium est ἔτειλαν pro ἔστειλαν habere; in Aug. Cod. glossa est, ἐστείλαντο, ἐπορεύθησαν. Ita ἔτειλαν pro ἔστειλαν, et hoc pro ἐστείλαντο. Analogiam haberent hæc. Sed exemplum nondum vidi. Apud Apoll. Rh. 3, 277. τέλλεται pro στέλλεται dictum vult Schol. At ibi, οἷόν τε νέοις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος Τέλλεται, est pro ἐπιτέλλεται, Invadit. Supra Ὀ. 1, 122. τέλλεται erat pro γίνεται. Ἔστειλαν Pal. C. cum Gott.: Gilb. Wakef. em. ἐτέλεσαν, S. Cr. P. 2. p. 3." Heyn. Pind. Π. 4, 455. γένος Εὐ-Φάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ Τέλλετο, pro ἐφυτεύθη εἰς τὸ λ. αἰεί. " Τέλλεσθαι ab ortu siderum lyrice translatum." Heyn. Τέλλω et στέλλω conf., Schæf. Apoll. Rh. T. 1. p. 340. T. 2. p. 236.]

Ἀνατέλλω, Oriri facio, Matth. 5, (45.) Ἀνατέλλει ὁ Θεὸς τὸν ἥλιον, Deus oriri facit solem. Capitur et generaliter pro ἀναφύω, Oriri s. Enasci facio, Existere facio, Produco, Emitto. Il. E. (777.) Τοῖσιν δ' ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε. Et sic τέλλειν quoque pro Existere et oriri facio, usurpari putatur. Sed et neutraliter accipitur Ἀνατέλλω, pro Orior, Exorior. Ac proprie sol et luna dicuntur ἀνατέλλειν, secundum quosdam Gramm., reliqua autem sidera ἐπιτέλλειν. Sunt et qui de sole duntaxat proprie usur-

pari tradant, Xen. K. Π. 8, (3, 1.) Πρὶν ἥλιον ἀνατέλλειν. Apud Herod. (4, 52.) ἀνατέλλειν pro Oriri, de fluvio etiam usurpatur; et ap. Paus. Arcad. aqua itidem dicitur ἀνατέλλειν. [Pind. 'I. 6, 111.] Et ad Hebr. 7. Dominus dicitur ἀνατεταλκέναι ἐξ Ἰούδα. || Enascor, Emico, Existo, Apparere incipio. Apoll. Rh. (1, 810.) σκοτίη δ' ἀνέτελλε γενέθλη: 2, (1249.) ὀρέων ἀνέτελλον ἐρίπναι. [" Phryn. Ecl. 48. Wakef. Trach. 203. Phil. 1138. Brunck. ibid. Crinagor. 28. Jacobs. Anth. 9, 474. ad Diod. S. 1, 179. 2, 165. Orior, Valck. Phœn. p. 185. ad Lucian. 1, 474." Schæf. Mss. Xen. K. 'A. 2, 3, 1. Herod. 2, 142. Pind. 'I. 4, 111. φλὸξ ἀνατελλομένη. Vide Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 286. Valck. Schol. in N. T. 1, 63. 2, 528. Lobeck. Phryn. 124. Barker. ad Etym. M. 1081-2.]

UNDE Ἀνατολή, ἡ, Ortus, Exortus. Proprie ἀνατολή dicitur de sole et luna; vel, secundum quosdam, de sole duntaxat; de reliquis sideribus ἐπιτολή: de qua differentia a nonnullis Gramm. posita, itemque de alia, dicetur in Ἐπιτολή. Sciendum est vero, B dici aliquando ἀνατολὴ ἡλίου, sæpe vero gen. ἡλίου omitti. Plut. Probl. Rom. Ἡ πράξεως μὲν ἀρχὴν ἐποιοῦντο τὴν ἀνατολὴν, παρασκευῆς δὲ τὴν νύκτα. Dicitur vero et pluraliter ἀνατολαὶ ἡλίου: et ab Aristot. de Mundo triplices constituuntur, Αἱ μὲν θεριναὶ ἀνατολαὶ, αἱ δὲ ἰσημεριναὶ, αἱ δὲ χειμεριναί. Ἀνατολή, Oriens, Orientalis pars. Sæpissime autem usurpatur in hac signif. pluralis pro singulari. Plut. Probl. Rom. Τοῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἀποβλέπουσιν ἐν ἀριστέρᾳ γένηται τὸ βόρειον, Herodian. (6, 3, 1.) κατὰ τὰς ἀνατολὰς identidem, pro In oriente. [" De Fonte fluvii usurpavit Polyb. 2, 27. Τὰ περὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου κείμενα. Cf. Ἀνάτέλλω." Schw. Mss.] Ἀνατολή, Album illud quod est juxta unguium radices, J. Poll. [" Valck. Phœn. p. 184. Callim. p. 65. Bergler. ad Alciphr. 38. Eran. Philo 171. ad Herod. 528. Phryn. Ecl. 49 (=124. Lob.) Αἱ ἀνατολαὶ, ad Dionys. H. 2, 786." Schæf. Mss. Æschin. Dial. Socr. 3, 17. Valck. Schol. ll. cc. Barker. l. c.] " Ἀντιτολαὶ τοῦ ἡλίου, e Plut. Rom. affertur C " pro Ortus solis: quod poëticum esse videtur pro " ἀνατολαί: alioqui iidem Poëtæ ἀντολαὶ dicunt." Ἀνατολικὸς, Orientalis, Eous, [Plut. 9, 517. Herodian. 3, 2, 4. 4, 5, 10. Joseph. A. J. 20, 9, 7. Barker. l. c. " Eust. 130. ult." Seager. Mss. " Smilax aspera, Diosc. Notha 472." * Ἀνατολικὸν, Clymenum, 462." Boiss. Mss. * " Ἀνατολία, Ortus, Oriens, Manetho 2, 113." Schleusn. Mss. " Ἀνατολίη, Suid." Kall. Mss.]

Inde et BICOMP. Ἐξανατέλλω ET Παρανατέλλω. Est autem ἐξανατέλλω, Exoriri et existere facio, etiam Excito. Plut. Pericle, Θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλει, Magnum tumultum excitat, Facit ut magnus exoriatur tumultus. Nonnunquam et Produco exponi potest. Item et neutraliter interpr. Exorior, Existo: quo modo et ἀνατέλλω accipi ex antedictis patet. [" Wakef. Trach. 223." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 4, 1423. χθονὸς ἐξανέτειλαν Ποίην. " Orior, Suid. 2, 659." Wakef. Mss.] Παρανατέλλω vero s. παρανατέλλομαι, Juxta exorior, Juxta orior: vox Astronomis usitata, e quibus affertur ET Παρανατέλλον, τὸ, Sidus oriens juxta aliud sidus. Nisi forte scr. potius est παρανατέλλον. [" Leontius 15." Schæf. Mss. " Synes. 267." Wakef. Mss. Schol. Thuc. 3, 22.] ITEM Ἐπανατέλλω exp. Orior, Exorior: NEC NON Προανατέλλω, Prius orior: [Plato Timæo p. 96.] ET Συνανατέλλω, Una orior, de quibus infra in Ἐπιτολή. [" Ἐπανατέλλω, Eur. Phœn. p. 37. Valck., Porson. 103. ad Herod. 609. Jacobs. Anth. 6, 55. 8, 411. ad Charit. 771. 787. Wakef. Herc. F. 1055." Schæf. Mss. Plut. Æmil. 19. Herod. 3, 84. Conf. c. ἀνατέλλω, Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 660. Barker. ad Etym. M. 1081. * " Προσανατέλλω, ad Lucian. 1, 464." Schæf. Mss. Eur. Suppl. 687. " Andr. Cr. 30. Χάριν προσανατέλλουσα χάριτι, Gratiam gratiæ addens." Kall. Mss.] " Συνανατέλλομαι, Coorior, " Simul orior s. exorior," [" Ptolem. de Appar. Fix. init. Activo utitur Ælian. V. H. 13, 1. p. 783. Συνανέτελλε δὲ αὐτοῖς καὶ ὑάκινθος, καὶ ἄλλη πολλὴ χροιὰ ἀνθέων." Maii Obss. SS. 4. p. 200. " Euseb. A V. C. 1, 43. p. 353. Schol. Arat. Ph. 137. 177. Nonn. D. 3, 429." Boiss. Mss. " Eudocia p. 156." Schleusn. Mss. " Valck. Phœn. p. 393." Schæf. Mss. * Συνανατολή, Strabo p. 24, 1205. * " Ὑπανατέλλω, Orior, Suid. v. * Ὑπανίσχει." Schleusn. Mss. Ælian. H. A. 15, 4.]

Poëtice pro Ἀνατέλλω DICITUR Ἀντέλλω, metri causa, ut ἀμπνέω pro ἀναπνέω. Atque ut ἀνατέλλω et transitivam et intransitivam habet signif., ita et ἀντέλλω. Transitive enim et active usurpatur pro Existere et oriri facio, Excito, Produco, Apoll. Rh. 2, (44.) χνοάοντας ἰούλους Ἀντέλλων, Producens, φύων. Intransitive autem et neutraliter pro Existo, Orior, Exurgo, (1007.) Ἠὼς ἀντέλλει, Aurora exoritur, Aristoph. N. (754.) Εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη. In Epigr. vero quidam dixit, Ἄνθεα δ' ἀντέλλουσι κατὰ χθόνα. Passivum quoque ἀντέλλομαι reperitur pro Orior s. Exorior, Existo. [" Manetho 3, 90. 106." Schleusner. Mss. Pind. 'I. 6, 111. " Brunck. ad Eur. Phœn. 1420. Valck. Callim. p. 146. ad Charit. 736. Musgr. Herc. F. 1052. Brunck. Aristoph. 2, 98." Schæf. Mss.] UNDE Ἀντολή pro ἀνατολή itidem metri causa, Ortus, Oriens, Apoll. Rh. 2, (527.) Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς, Ante ortum caniculæ, Antequam canicula exoriatur. Ubi nota etiam, confundi differentiam quam inter ἀνατολὴν et ἐπιτολὴν quidam statuerunt, de qua paulo ante dictum est. [" Brunck. ad Eur. Phœn. 1420. Valck. p. 184. Musgr. p. 197. Antip. Thess. 20." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1081.] Ab Hes. vero ἀντολαὶ exp. γενέσεις: qui ET Ἀντολίη dici scribit pro ἀνατολή. Quod ἀντολίη ita usurpatum legitur in Epigr. [" Crinag. 18. ad Charit. 741. 758. Ruhnk. Ep. Cr. 246. Ἀντολία, Toup. Opusc. 1, 174." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 527.] Ἀντολίηθεν, Ab ortu, Ab oriente. [" Probl. Arithm. 34. Monum. Byz. 11. Manetho 2, 11. 3, 49." Schæf. Mss. Ἀντολίηθε, Opp. K. 2, 123.] Alioquin ἀντολίη adjective quoque accipi potest pro ἀνατολική: nam DICITUR ET Ἀντόλιος pro Orientalis, Eous: ἀνατολικός. [* " Ἀντολικὸς, Paul. Silent. Ambo 212. 265." Schæf. Mss.] Inde et BICOMP. Ἐπαντέλλω, quod itidem exp. Orior, Exorior. [" Eur. Phœn. p. 36. Valck., Toup. ad Longin. 297. ad Charit. 302." Schæf. Mss. " Manetho 3, 228. 5, 287." Schleusn. Mss. Pind. 'O. 8, 37. Æsch. Ag. 27. Opp. K. 2, 97. 563. ubi olim. * Ἀπαντέλλω. * Ἐπαντολή, Eur. Fr. Inc. 432. e Clem. Alex. 306. δι' ἀστέρων ἐπαντολάς. * " Παραντέλλω, Huschk. Anal. 273." Schæf. Mss. * Προσαντέλλω, Eur. Suppl. 668. τὴν εἰς οὐρανὸν Κόνιν προσαντέλλουσαν. * Ὑπεραντέλλω, Apoll. Rh. 1, 776. * Ὑπαντέλλω, Manetho 6, 142. " Ad Charit. 785." Schæf. Mss.]

[* Ἀποτέλλω, unde * " Ἀποτεταλμένως, Orig. c. Cels. 315." Kall. Mss.]

[* Ἐκτέλλω, unde * Διεκτέλλω, Nicander ap. Athen. 683.]

Ἐντέλλω, Faciendum injungo, Mandatum impono quod aliquis exequatur, ut sit ἐπιθεὶς τι ἀνύειν καὶ ποιεῖν κελεύω: nam τέλλειν significare ἀνύειν, τελεῖν, ποιεῖν, Hes. auctor est. Passiva quoque et D media vox itidem active usurpantur pro Faciendum injungo, Mandatum do, Præcipio, Jubeo. Herodian. 3, (12, 14.) Ταῦτα εἰπὼν, ἐντέλλεται τινι τῶν πιστοτάτων ἑαυτῷ, ἀγγεῖλαι Πλαυτιανῷ ἥκειν τὴν ταχίστην, Injungit cuidam sibi fidissimo, nuntiet Plautiano ut acceleret et adsit quamprimum. Et aliquanto ante, Ἐνετείλατό μοι φόνον σόν τε καὶ σοῦ παιδὸς, Cædem mihi tuam filiique tui mandavit. Ibid. (11, 19.) Ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, Tyrannis mos est, cum aliquem indemnatum occidi jubent, per literas potissimum injungere: 1, (9, 21.) Τῶν ἀγγέλων εἰπόντων ταῦτα, καὶ τὸν πατέρα ἐντετάλθαι ῥήμασι, Hæc patrem suis ipsius verbis mandasse. At pass. voce simul ac signif. dixit 7, (6, 14.) Διαλεχθῆναι αὐτῷ ἰδιαίτερον, ἀπαγγεῖλαί τε τὰ ἐντεταλμένα, Mandata principis exponere: quemadmodum et Xen. K. Π. 5, (5, 2.) Ἐπεὶ ἔλεξε τὰ ἐντεταλμένα, Postquam mandata exposuit, Exposuit quæ ei in mandatis data erant. Sic ἐντέταλται ἡμῖν, Præceptum

nobis est. ["Thom. M. 339. Brunck. Soph. 3, 510. ad Mœr. 135. 162. Valck. Phœn. p. 553. Wessel. ad Herod. 207. Fut., Heyn. Hom. 8, 615." Schæf. Mss. Lucian. 1, 328. 3, 368. 599.] Ἔνταλμα, τὸ, Id ipsum quod alicui faciendum injunctum est, Præceptum, Mandatum, Jussum. Et Ἐντολὴ, pro eod. Ambo passim occurrunt in N. T., ut ad Coloss. 2, (22.) Κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων, ad Tit. 1, (14.) Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων, Præceptis s. Præscriptis hominum. Quæ opposita sunt ταῖς Θεοῦ ἐντολαῖς, Dei mandatis. In eodem N. T. aliquis dicitur ἐντολὴν διδόναι et γράφειν, veluti superior: alius autem λαβεῖν, item et ἔχειν, et τηρεῖν, vel etiam παραβαίνειν, παρέρχεσθαι, λύειν, ut e seqq. ll. patebit: Jo. 12, (49.) Αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω, Ipse mihi in mandatis dedit, s. mandavit, quid loquar, 1 Ep. 2, (7.) Οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, Non novum præceptum meis ad vos literis mando, sed vetus et ab ipso Christo datum, qui Jo. 15, (12.) dixerat, Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, Act. 17, (15.) Λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν, ad Hebr. 7, (5.) Ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν, Jo. 14, (15.) Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε, Si diligitis me, mandata mea servate, 15, (10.) Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου, Luc. 15, (29.) Οὐδέποτε τὴν ἐντολήν σου παρῆλθον, Matth. (15, 3.) Παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Pro quo Marc. 7, (8.) Ἀφέντες τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων. Rursum Matth. 5, (19.) Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐλαχίστων. Nota igitur de Quovis mandato dici, et cujusvis hominis, sive pii sive impii, et tam Christi mandata in N. T. data ἐντολὰς vocari, quam ea quæ per Mosen in V. T., et peculiariter de decem illis mandatis quæ duabus inscriptæ erant tabulis, s. generaliter de mandatis legis, ut ad Roman. 7, (9.) Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, Matth. 19, (17.) Εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. Sic Marc. 10, (19.) et 12, (28.) atque alibi passim. Nec vero in N. tantum T. hujus verbalis usus est, sed et ap. Dem. (250.) Ἔδοξε τῷ δήμῳ πρέσβεις ἑλέσθαι πρὸς Φίλιππον περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀνακομιδῆς, καὶ ἐντολὰς δοῦναι, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ψηφίσματα. ["Musgr. Herc. F. 1102. ad Lucian. 1, 736. Apoll. Dysc. p. 42. Teuch." Schæf. Mss. Αἱ ἐντολαὶ, Præcepta Decalogi, Luc. 18, 20. * "Ἐντολεὺς, i. q. ἐντολὴ, Cod. Pseud. V. T. 690: eadem analogia qua Dores ὁ τομεὺς dicunt pro ἡ τομή." Schn. Lex. Suppl. Exponitur autem in Glossis, Procurator. * Ἐπεντέλλω, Soph. Ant. 218: "Κατεντέλλομαι, Jubeo, cum dat., Amphiloch. 94." Kall. Mss.] Προσεντέλλω s. Προσεντέλλομαι, Insuper mando, injungo, Xen. [K. Π. 4, 5, 12. 34. Polyb. 14, 2, 6. 31, 12, 12.]

Ἐπιτέλλω, i. q. ἐντέλλω. Frequens ap. Hom., qui interdum sine adjectione ponit pro Jubeo, Mando, Præcipio, Od. (P. 185.) ἐπεὶ πόλινδ' ἰέναι μενεαίνεις Σήμερον, ὡς ἐπέτελλεν ἄναξ ἐμὸς, Ut jubebat herus meus, Il. P. (360.) Ὡς Αἴας ἐπέτελλε πελώριος, Sic jubebat Ajax. Aliquando cum dat., itidem pro Jubeo, Mandata do, N. (213.) Τὸν μὲν ἑταῖροι ἔνεικαν, ὁ δ' ἰητροῖς ἐπιτείλας, Ἤϊεν ἐκ κλισίης, Cum medicis mandata dedisset de eo curando. Nisi quis malit repetere accus. τὸν, ut sit, ὁ δ' αὐτὸν ἰατροῖς ἐπέτειλεν, Medicis eum commendavit: quæ exp. videtur insolentior. Alias cum accus. rei quæ injungitur s. exequenda imponitur, Idem junxit, Il. E. (818.) Ἀλλ' ἔτι σῶν μέμνημαι ἐφετμέων, ἃς ἐπέτειλας. Cujus accus. loco sæpe infin. ponit, M. (84.) Ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ ἐπέτελλεν ἕκαστος Ἵππους εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν, Φ. (230.) ὅ τοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλε Τρωσὶ παριστάμεναι καὶ ἀμύνειν, Od. M. (273.) ἥ μοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλε Νῆσον ἀλεύασθαι τερψιμβρότου ἠελίοιο. Item et pass. voce ac signif. Il. B. (643.) Τῷ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο ἀνασσέμεν Αἰτωλοῖσι, Imperium in Ætolos ei commissum fuerat, Mandatum ei fuerat ut Ætolis imperaret s. præesset, Schol. προσετέτακτο, ἐνεκεχείριστο, ἐπὶ τούτῳ ἦν τὸ πᾶν τῆς ἐξουσίας. Interdum vero omittitur dat. personæ, Hesiod. Θ. (995.) τελέσας στονόεντας ἀέθλους, Τοὺς πολλοὺς ἐπέτελλε

A μέγας βασιλεὺς, Quos ei multos injungebat et exequendos imponebat, Ἀ. (94.) ἐμοὶ δαίμων πολλοὺς ἐπέτειλεν ἀέθλους. Sic enim quidam legunt, cum alii Codd. habeant ἐπιτέλλετ'. Nam et pass. ἐπιτέλλομαι pro ἐπιτέλλω ponitur, et quidem in hoc ipso loquendi genere. Dixit enim Hom. Od. Λ. (621.) ὁ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους. Cui prorsus simile Hesiodicum illud Ἀ. 94. Αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπιτέλλετ' ἀέθλους. Atque adeo easdem habet constrr. ἐπιτέλλομαι, quas ἐπιτέλλω. Aliquando enim seorsum et solum ponitur, sicut et ἐπιτέλλω, Od. P. 20. Οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμὶ Ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι, Ei qui imperarit et injunxerit quippiam. Interdum dat. personæ junctum habet, Od. M. (217.) Σοὶ δὲ κυβερνῆθ' ὧδ' ἐπιτέλλομαι· ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ Βάλλευ, Sic tibi præcipio, Hæc tibi mando. Nonnunquam cum hoc personæ dat. habet accus. rei, ut et ἐπιτέλλω: velut Il. A. 295. Ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο· μὴ γὰρ ἔμοιγε Σήμαινε, T. 192. Σοὶ δ' αὐτῷ τόδ' ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ἠδὲ

B κελεύω. Cujus accus. vice interdum inf. ponitur, (Od.) Φ. 240. θύρας ἐπιτέλλομαι αὐλῆς Κληῖσαι κληῗδι. Diversam vero signif. habet, cum idem Hom. Il. A. 25. dicit, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε, Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω, Schol. ἔλεγε, Dicebat. Possis etiam interpretari, Addebat, Duris verbis hæc imperabat, Ne te, senex, cavas apud naves offendam. || Pass. ἐπιτέλλομαι habet et alias signiff. Ponitur enim pro Orior s. Exorior, et Existo, Hesiod. (Ἔργ. 2, 185.) Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται, de arcturi ortu. Quibus additur et hoc in diversa Oriendi signif., ex Apoll. Rh. 2, (83.) βρυχὴ δ' ἐπιτέλλετ' [ὑπετ.] ὀδόντων. ["Ἐπιτέλλω, Phryn. Ecl. 48. Thom. M. 339. Musgr. Ion. 41. Jacobs. Anim. 271. Callim. 1. p. 499. 511. Heyn. Hom. 4, 350. 7, 276. 8, 380. 754. Conf. c. κελεύω, 6, 190. 256.: cum ἐπιτελῶ, ad Charit. 581. Orior, Existo, ad Dionys. H. 1, 159. Valck. Phœn. p. 185. Ἐπιτέλλομαι, Heyn. Hom. 4, 403. Mœr. 136. et n. Εὖ ἐπιτ., Il. K. 63. 72. cf. Heyn. Hom. 6, 339." Schæf. Mss. "Ptol. de

C Appar. Fix. ap. Fabr. B. Gr. 4. p. 425. 427." Kall. Mss. Il. Λ. 840. Od. A. 327. Ψ. 349. Pind. N. 10, 145. Π. 1, 135. Arat. 641. Apoll. Rh. 1, 343. 3, 277. Æsch. Pr. 100. Vide Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 286. 586. Barker. ad Etym. M. 1081. Spitzner. de Versu Gr. Her. 80. Pro ἀνατέλλω, Lobeck. Phryn. 124.] Ἐπιτολὴ, ἡ, Ortus, Exortus, ut e Thuc. affertur, (2, 78.) Περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολὰς, pro, Sub exortum arcturi. Quid vero discriminis quidam Grammatici inter ἀνατολὴ et ἐπιτολὴ statuant, supra in Ἀνατολὴ exposui. A quo longe diversum est, nec perinde vanum, quod a Schol. Arati traditur. Is enim cum προτρυγητῆρα nominatum esse dixisset, quoniam πρὸ τῆς τοῦ τρυγητοῦ ὥρας ὀλίγον προανατέλλει, (nam τὴν κεφαλὴν et τοὺς ὤμους τῆς παρθένου ἐπιτέλλειν τῷ λέοντι,) subjungit, Aliud igitur esse ἀνατολὴν, et aliud ἐπιτολήν: nam ἀνατολὴν quidem esse τὴν τοῦ ζωδίου παντὸς, Cum totum signum s. sidus exoritur, καθό ἐστιν ἡ ἡλίου ἐπιφάνεια: ἐπιτολὴν vero τὸ ὑπὸ τὸ ζώδιον: nam cum συνανατέλλει ἐπί τινι, tunc

D dici ἐπιτέλλειν, ut Hesiod. Ἔργ. 2. init. Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων. Pleiades enim sunt ἐπὶ τὴν τοῦ ταύρου τομὴν, et τῷ κριῷ ἐπιτέλλονται, Cum sol in ariete est, initio æstatis, quo tempore hordeum meti incipit. Certe manifestum inter hæc duo verbalia discrimen facit Greg. Naz. Ἐπιτολαὶ καὶ ἀνατολαὶ ἄστρων: ubi perperam Mosellanus vertit Ortus occasusque siderum. Atque adeo et Theophr. non sideri integro, sed stellæ alicui in sidere insigniori tribuit τὴν ἐπιτολὴν, C. Pl. 1. Ἐν τῇ τοῦ κυνὸς ἐπιτολῇ μετ' ἀρκτοῦρον, (cf. 1, 13, 3.): 6, (7, 6.) Ἐπὶ τῆς τοῦ ἄστρου ἐπιτολῆς. Plin. Exortum vocat; nam hunc locum Aristot. H. A. 5, 22. Μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ μάλιστα ὅταν κατασκήψῃ ὁ σείριος· ὅλως δ' οὐ γίνεται μέλι πρὸ πλειάδος ἐπιτολῆς: ipse sic vertit 2, 12. Venit hoc ex aëre, et maxime siderum exortu: præcipueque ipso sirio explendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu. Ita ut ἐπιτολὴν cum Eo interpretari possimus Exortum: quanquam Idem et exortum solis dicit, quæ potius est ἀνατολή: nam sol est

integrum per se sidus, non stella aliqua in sidere aliquo insignior, ut προτρυγητὴρ in Virgine, et arcturus in Boote, quales etiam pleiades in Tauro. ["Phryn. Ecl. 49(=124. Lob.) Thom. M. 340. Musgr. Ion. 41. Valck. Phœn. p. 185. Bergler. ad Alciphr. 38. ad Diod. S. 1, 22. Conf. c. ἀνατολὴ, ad 2, 331." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1081. Ἐπιτολαὶ ἀνέμων, Ortus ventorum, Palæph. 18, 2. "Eudocia p. 13. "Schleusner. Mss. Schol. Arat. 137. De Fonte fluvii, Chishull. p. 135.]

Περιτέλλω, Circumvolvendo s. Circumvertendo perficio: pass. περιτέλλομαι, Circumvertendo s. Circumvolvendo perficior, quo modo ap. Hom. annus dicitur περιτέλλεσθαι, cum circumvolutus perficitur et exigitur. Il. B. (551.) Ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται Κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, ubi de penteride s. lustro vertente intelligit, Θ. (404.) Οὐδέ κεν ἐς δεκάτους περιτελλομένους ἐνιαυτοὺς, Nec integro decennio, ubi Eust. quoque annotat, περιτελλομένους ἐνιαυτοὺς dici, quos alibi περιπλομένους vocat, i. e. συντελουμένους: ut et Hes. περιτελλομένων exp. πληρουμένων, περιερχομένων. Quem hujus verbi sensum esse satis ostendit ipse Hom. Od. Λ. 294. Ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο, Ἂψ περιτελλομένου ἔτεος. Lat. dicunt Vertente anno, Volvente anno; nec non Vertente mense. [Orph. Fr. 2, 25. " Athen. p. 22. Hymn. in Cer. 445. Wessel. ad Diod. S. 1, 32. Mitsch. Cer. 183. Heyn. Hom. 5, 486." Schæf. Mss. " Arat. Ph. 215. 232. D. 7. 96. 396." Wakef. Mss.]

[* " Προτέλλω, Musgr. Hel. 452." Schæf. Mss.]

Ὑπερτέλλω, Exorior et existo supra alios, Supereminео. Proprie de stella quæ ortu suo alias omnes superat s. supereminet, Quæ cum orta est, alias omnes antecellit. Quo refer ὑπερτέλλων, quod Hes. exp. ὑπερανατέλλων, ὑπερφαινόμενος τῶν ἄλλων ἄστρων: qui tamen ὑπερτέλλοντες affert etiam pro ἀνατέλλοντες. Ex Herod. autem (3, 104.) Ὑπερτείλας ἥλιος, pro, Sol effervescens, s. potius Cum usque ad umbilicum cœli pervectus est. [Imo, Postquam exortus est, ad aliquam in cœlo altitudinem pervenit. Vide locum ipsum, et Animadv. Schw.] Pro Existo, s. Sum supra, accipi potest in hoc loco Greg. Naz. Invect. 2 in Jul. Οὐ δίψῃ κολαζόμενος ἐν λίμναις * ἐπιγενείοις, ἢ κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, ὡς τῇ τραγῳδίᾳ δοκεῖ, Nec metuens lapidem supra verticem existentem, ubi intelligit lapidem quem Jupiter Tantalo ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησε, ut loquitur Athen. (281.): ut et Pind. dicit τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς Ταντάλου λίθον: de quo vide locum Plat. et Virgilii supra in Τάνταλος. [Eur. Hec. 996=1000. "Phœn. p. 366. Valck., Bergler. ad Alciphr. 131. Jacobs. Anim. in Eur. p. 10. Anth. 11, 148. Valck. Diatr. 32. ad Lucian. 1, 406. ad Charit. 335. Musgr. Ion. 1549. Monum. Byz. 15." Schæf. Mss. " Med., Opp. 'A. 5, 126." Wakef. Mss. Eur. Or. 92.]

[* Ὑποτέλλομαι, Orior, Fio, Apoll. Rh. 2, 83. βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων Ἄσπετος.]

" Τελλὶς, Totum, Ordo, Pars, ὅλον, τάξις, μέρος, " Hes."

" Τελέθω poëtice, Sum. Unde τελέθεσκον, Eram, " Epigr. pro ἐτέλεθον. Affertur autem et pass. " Τελέθομαι, non pro Sum duntaxat, sed et pro Fio, " Orior, e Phocyl. (98.) ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται, " Fiunt dii." [Vide Τέλλω. " Ad Charit. 274. (663. 755.) ad Greg. Cor. 207(=441., ubi et de * Τέλομαι, Fio, ' Porph. A. N. 13.' Wakef. Mss.) Heyn. Hom. 5, 355. 6, 339." Schæf. Mss. " Eo, Orph. Lap. 216." Wakef. Mss. Dionys. P. 207. Od. H. 72. Τελέθει, Hesychio τελεῖται. * Ἐκτελέθω, i. q. ἐκγίνομαι, Empedocles ap. Aristot. Phys. 8, 1. Ἡ δὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς, πλέον' ἐκτελέθουσι. * Ἐντελέθω, Nicander Θ. 660. * Συντελέθω, i. q. συντελέω, Pind. Π. 9, 100.]

ΤΕΛΟΣ, τὸ, Finis, Exitus. Nisi prima signif. hujus nominis existimari debet esse illa, quam habet ap. Hom. cum alibi, tum ubi dicit τέλος μύθῳ ἐπιτιθέναι: Il. T. (107.) Ψευστήσεις, οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις. Neque enim hic οὐδὲ τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις aliud est quam Non præstabis re, s. efficies quod dicis. Ideoque non satis apte reddi posse videtur hic τέλος voce Finis. Sed quæ commodior videatur, nulla alia in præsentia mihi occurrit quam Effectus; existimo enim talem esse ejus usum ap. Ovid. Non caret effectu quod voluere duo. Convenit autem hæc signif. nominis τέλος cum ea signif. verbi τέλλω, qua ponitur pro Efficio. Isocr. certe h. l. Homeri imitari videtur, cum dicit et ipse τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς λόγοις pro Verba ad rem conferre. Verum ubi ab eod. Poëta dicitur τέλος γάμοιο, neque nomine Finis, neque nomine Effectus reddi posse videtur, sed esse potius Confectio. Od. Y. (74.) Κούρης' αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο. Quod si acciperetur τέλος pro Fine, τέλος γάμου esset ἡ τεκνοποιΐα, ut etiam scribit Eust., qui alioqui τέλος γάμου vult περιφραστικῶς appellari γάμον. Eod. certe modo τέλος θανάτοιο ab eo poni existimatur περιφραστικῶς pro θάνατος. At vero τέλος πολέμοιο ab Eod. Victoria vocatur, quæ certe est finis belli. In soluta oratione τέλος pro Fine passim obvium est, ubi jungitur etiam cum verbo ἐπιτιθέναι, et διδόναι, et ἔχειν. Dicitur autem ἐπιτιθέναι τέλος τινὶ πράγματι, Qui rei alicui finem imponit, s. Qui rem quampiam ad exitum perducit. At διδόναι τέλος s. potius ἀγαθὸν τέλος, dicitur Deus ap. Xen. (K. Π. 3, 2, 14.) cum incepta secundat. Alia autem constr. ἄγειν εἰς τέλος rem aliquam dicunt, eod. sc. modo, quo Lat. Perducere rem aliquam ad exitum. Res vero dicitur ἔχειν τέλος, Finem habere, cum ad finem perducitur, s. potius cum ad finem s. exitum perducta est, seu cum finita est. Interdum et ἀχθῆναι εἰς τέλος. Sed et ἐκβαίνειν τέλος ex aliqua re dicitur ab Isocr. Aristoteli τέλος τῶν πράξεων et σκοπὸς et ὅρος idem significant, Bud. Invenitur et τέλος βίου vel ζωῆς pro Fine vitæ. Auctor Dialogi qui Axiochus inscribitur, (init.) Καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἐστίν. Item βίος dicitur τέλος λαμβάνειν, Herodian. 4, (12, 5.) Ἔδει γὰρ ἄρα τέλος λαβεῖν τὸν Ἀντωνίνου βίον. Idem (3, 4, 15.) dicit aliquem τοιούτῳ τέλει χρήσασθαι et (2, 2, 14.) τέλος τὸ πεπρωμένον aliquem καταλαβεῖν. Sed nonnunquam etiam sine gen., sicut τελευτή. Atque adeo τέλος cum verbo illo ἔχειν jungunt, dicentes eum τέλος ἔχειν, qui moritur. Xen. dixit etiam ἔχειν τὸ κάλλιστον τέλος, eum qui morte pulcerrima moriebatur, K. Π. 7, (3, 3.) At præpositionibus junctum vocab. τέλος licet Finis signif. inclusam habeat, redditur tamen et reddi debet per adv.; nam εἰς τέλος est Postremo, Denique, Tandem: pro quo affertur et πρὸς τὸ τέλος e Plat. Sæpe vero et τέλος dicitur sine adjectione, item τέλος δὲ, nec non τὸ δὲ τέλος, pro Tandem, Denique, In summa. Item καὶ τέλος, Soph. (Aj. 391.) Τέλος θάνοιμι καὐτὸς, Tandem, Ad postremum, Ad extremum, Athen. Καὶ τέλος πόρρω προαγαγόντες ὕβρεως. At cum gen. πάντων, e Plat. Τέλος δὲ τῶν πάντων, Ad extremum omnium, Post omnia. Affertur et ἐπὶ τέλει e Luciano, pro Tandem. Sic certe Gallice dicimus En la fin, vulgus autem etiam En la parfin, pro Tandem. E Diosc. vero, Ἐπὶ τέλει πνίγονται pro Denique s. Postremo strangulantur. At εἰς τέλος κρύπτειν e Greg. Naz. pro Perpetuo celare: in qua signif. conveniret cum eo quod Lat. dicunt Sine fine. Sic etiam διὰ τέλους exp. Assidue, Jugiter, Soph. (Aj. 685.) διὰ τέλους, γύναι, Εὔχου. Sed ap. Isocr. accipi videtur pro Ad finem usque, A principio ad finem, init. Or. Ægin. Ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων γνώσεσθε, ἐπειδὰν διὰ τέλους ἀκούσητε τῶν πεπραγμένων. Hoc quoque sciendum est, afferri ETIAM Διατέλους, conjunctim scriptum, pro illa signif. adverbii Assidue.

Τέλος, Vectigal, Herodian. 3, (1, 11.) Προσόδοις ταῖς ἀπὸ θαλάττης τελῶν τε καὶ ἁλείας μεγάλως ὠφελεῖτο. E Plut. Alcib. Τὰ τέλη τὰ δημόσια. Signif. τέλη, inquit Bud., etiam Vectigalia, sicut φόροι Tributa: unde τελώνιον dictum, et τελωνῶ verbum. Sic distinguit Strabo 17. de Ægypto loquens, εἰσαγωγικὰ τέλη et ἐξαγωγικὰ vocans, quæ pro importatis et exportatis penduntur, h. e. τελοῦνται. Aliud est enim τέλος, et aliud φόρος.

Τέλος, Impensa, Sumtus, Thuc. Τοῖς ἰδίοις τέλεσι,

Schol. ταῖς δαπάναις: qui alibi annotat hinc esse εὐτελὴς atque πολυτελής. Idem alibi πολυτελὴς exponens πολυδάπανος, subjungit, τέλος γὰρ τὸ ἀνάλωμα. His autem ἰδίοις τέλεσι opp. ap. Plut. τέλεσι δημοσίοις. A

Τέλος, Dignitas, qualis est ejus qui magistratu fungitur: unde οἱ ἐν τέλει ὄντες dicuntur Ipsi magistratus, aut etiam Quicunque principem locum ap. aliquos obtinent. Redditur et Primores, Optimates, Soph. (Aj. 1352.) Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει. Et τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι itidem pro τοῖς ἐν τέλει ab Eust. affertur. Utitur Thuc. aliquoties, qui etiam quodam loco cum dixisset τοῖς ἐν τέλει, pro eod. dicit paulo post τοῖς ἄρχουσι. Ex aliis autem Scriptt. petita exempla hujus signif. habes ap. Bud. 227., interpretantem etiam Præfectos. Ibid. et τὰ τέλη pro οἱ ἐν τέλει e Xen. (K. 'A. 2, 6, 2.) Extat vero et ap. Thuc. [1, 58.]

Τέλος, Legio, Turma. Exp. etiam Cohors, Agmen, Manipulus, in VV. LL. Auctor libelli de Vocab. Milit. esse tradit Numerum equitum bis mille et quadraginta octo. Bud. τέλη pro Legionibus a Plut. B et Appiano passim poni testatur. Usus est autem et Hom., ap. quem exp. τάγμα, Il. H. 380. Δόρπον ἔπειθ' εἵλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσι, ubi Eust. scribit ab eo τέλη appellari τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, sicut et alibi. Affert vero et πάγχαλκα τέλη e Soph. Antig. (143.) quod ait posse significare τὰ ὁπλιτικὰ τάγματα: afferens tamen et aliam exp. Habent certe VV. LL. et ex Eur. (Rhes. 311.) τέλη πελταστῶν pro Agminibus. Item κατὰ τέλεα ex Herod. (7, 211.) pro Turmatim, Catervatim. Extat porro et sing. numerus Il. K. (56.) Ἐλθεῖν ἐς φυλάκων ἱερὸν τέλος. Ceterum τέλη de navibus quoque usurpasse Thuc. sciendum est, 1, (48.) Τρία τέλη ποιήσαντες τῶν νεῶν, ubi etiam redditur Agmina.

Τέλη, Mysteria, Bud. e Plat. de Rep. 7. Ἐκκενώσαντες καὶ καθήραντες τὴν τοῦ κατεχομένου ὑπ' αὐτῶν καὶ τελουμένου ψυχὴν μεγάλοις τέλεσι.

pars, cui sanitatis cura incumbit: ea autem dignitate ceteras antecellit, duobusque summis præceptis continetur: sc., optime valentia corpora similibus conservanda esse; quæ parum ab optima constitutione desciscunt, aut quodammodo ad neutrum statum accedunt, medico contrariorum usu esse revocanda ad mediocritatem. Ad quam pertinent Dioclis et Gal. Ὑγιεινὰ, nec non Ὑγιεινὰ παραγγέλματα Plutarchi. Aristot. Metaphys. 3. enumerans quædam πολλαχῶς λεγόμενα, ὑγιεινὸν dici scribit, τὸ μὲν, τῷ φυλάττειν· τὸ δὲ, τῷ ποιεῖν· τὸ δὲ, τῷ σημεῖον εἶναι ὑγιείας· τὸ δὲ, τῷ δεκτικὸν εἶναι ταύτης. [" Boeckh. ad Sim. p. xiii. Xen. Mem. 1, 2, 4. Wakef. S. Cr. 1, 72." Schæf. Mss. " Ὑγιεινὰ ἀποφθέγματα, Præcepta de sanitate tuenda, Mich. Apost. Prov. 9, 38. ubi Plutarcho tribuuntur." Schleusn. Mss.] Ὑγιεινῶς, Sane, Salubriter, ἀνόσως, ἀπόνως, ἐῤῥωμένως: synonymως enim hæc ponit J. Poll.: Plato de Rep. 9. Ὅταν δὲ ὑ. τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, Cic.: Aristot. Eth. 5, 1. Λέγομεν γὰρ ὑ. βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. [" Heind. ad Plat. Gorg. 260." Schæf. Mss. Xen. A. 2, 6. * ὑγιεινοτέρως διάγειν: Ἀπ. 3, 13, 2. ὑγιεινότερον διάξειν: 4, 7, 9. Πῶς ὑγιεινότατ' ἂν διάγοι. * Ὑγεινὸς, Gl. Salubris.]

Ὑγιαίνω, Sanus sum, Sano sum corpore, Valeo, Recte s. Bene valeo, Bona sum valetudine, Prospera utor valetudine. Athen. 7. Σὺ μὲν ὑγιαίνοντας δύνασαι, ὅταν βουληθῇς, ἀπολλύναι· ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σώσαι. Ubi nota sibi opponi ὑγιαίνειν et νοσεῖν, ut et in hoc titulo libri cujusdam a Diphilo Siphnio conscripti (ap. Eund. p. 82.) Περὶ τῶν Προσφερομένων τοῖς Ὑγιαίνουσι καὶ τοῖς Νοσοῦσι. At ap. Lucian. (1, 733.) ad imitationem Pindarici illius, Ἄριστον μὲν ὕδωρ, legimus, Ὑγιαίνειν μὲν, ἄριστον· τὸ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, πλουτεῖν. In salutationibus etiam usurpatur ὑγίαινε, Vale, Bene vale, cum sc. alicui prosperam optamus valetudinem, s. cum alicui salutem dicimus; idque vel in colloquio, vel in epistola. Alexis, Ὦ δέσποθ' ὑγίαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας, Salve here, s. Salvere te jubeo, Plurimam tibi salutem precor. Achæus, Ἥκω πεπραγὼς δεινά· σὺ δ' ὑγίαινέ μοι, Tu vero mihi salve. Tale est Od. Ω. circa finem, Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε· θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν: nam hoc οὖλε æquivalet illi ὑγίαινε, teste etiam Luciano. Sed postea usus obtinuit ut amicum accedentes dicerent potius χαῖρε, ab eo autem discedentes juberent ὑγιαίνειν: sicut et ap. Latinos salutationem et colloquium exordiebantur verbo Salve, claudebant autem verbo Vale. Sic ap. Aristoph. B. (164.) cum Hercules et Bacchus discedere a se invicem vellent, dixissetque Baccho Hercules, Καὶ χαῖρε πόλλ', ὦ 'δελφὲ, Vale, frater, et plurimum lætare, respondet ille, νὴ Δία καὶ σύ γε Ὑγίαινε, Vale et tu. Sic e nostratibus nonnulli discedentes ab aliquo dicunt, Portez-vous bien, commendantes ei suæ valetudinis curam: perinde ac si dicerent, Faites que vous vous portiez bien. Huc pertinet et quod in quibusdam Italiæ locis dicitur, State allegro. Eadem in epistolis ratio erat; eas enim a χαίρειν s. εὖ πράττειν inchoabant: claudebant autem verbo ὑγίαινε s. ἔῤῥωσο: ut et Cic. Epist. suis præmittere solet S. vel S. P. D. i. e. Salutem, et, Salutem plurimam dicit; claudere autem eas his a se usitatis, Vale, Etiam atque etiam vale, Cura ut valeas, Valetudine tuam cura diligenter. Hoc tamen sciendum est, ut Cic. in Epist. cujusdam fine dicit, Vale et salve, nec non et Salve: ita χαίρειν et εὖ πράττειν, non tantum exordiis epistolarum servire, sed etiam clausulis: ut in Epist. quadam Aristotelis ad Philip. Τὰ δ' ἄλλ' εὖ πράττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν, σῶμα δὲ πρὸς ὑγείαν ἄγων καὶ ἐπιμελούμενος. Diogenes vero suæ ad Dionysium Epist. hanc attexuit clausulam, Οὐκ ἔστιν οὖν σοι οὔτε χαίρειν οὔτε ἐῤῥῶσθαι, ὦ φίλτατε. Plato ut initio solet uti verbo εὖ πράττειν, ita in fine nonnunquam εὐτύχει: ut et Dem. sic exordiens, Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν, fini adjicit, εὐτυχεῖτε: idque non semel. Certa autem de causa Ptolemæus Lagi in Epistola ad Seleucum inverso ordine, Ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπὼν, ἐπὶ

A τέλει ἀντὶ τοῦ ἐῤῥῶσθαι ὑπέγραψε τὸ χαίρειν: ut et Hephæstion mane in tentorium Alexandri ingressus, eum sic compellavit, Ὑγίαινε, βασιλεῦ· καιρὸς ἤδη ταράττεσθαι: forsan quoniam in nuntio tristi non quadrabat consueta salutatio χαῖρε. Eadem propemodum ratio est, cum ὑγιαίνειν usurpant homonymως: veluti cum Agesilaus Menecrati ad hoc exordium epistolæ, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, rescripsit, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν: optans ei saniorem mentem, qui se Jovem cognominare non erubesceret. Quomodo et Cæsar ap. Plut. de Loquacitate, cum Fulvius ei more solito in salutatione matutina dixisset, Χαῖρε, Καῖσαρ, respondit, Ὑγίαινε, Φούλβιε: etiam ipse saniorem mentem Fulvio optans, qui secreta quædam ex ipso audita, uxori loquacissimæ commisisset. Procul dubio Lucian. quoque in homonymia ludere voluit, Ὃς ἀφικόμενος πρός τινα, ὡς προσείποι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι καὶ χαίρειν κελεύειν, ὑγιαίνειν αὐτὸν παρακελεύεσθαι ἠξίου: [cf.

B 1, 724.] Qua de re vide quæ scribat in Apologia ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ Προσαγορεύσει Πταίσματος. Vide etiam quæ supra de εὖ πράττειν dixi, T. 3. col. 523. 524. Sequitur nunc ut dicam de ὑγιαίνω ad animum s. mentem translato, cujus jam aliqua mentio facta est. Sciendum itaque est, ut Lat. dicunt Homo sanæ mentis, et Homo sanæ mentis compos, Poëtæ autem et Sanus mentis, ita Græcos dicere ὑγιαίνων. Plut. in suo περὶ Φιλαδελφίας libello, (7, 872.) Ὡς γὰρ εἰκόνα κοσμεῖν ἀδελφοῦ, τὸ δὲ σῶμα τύπτειν καὶ ἀκρωτηριάζειν, μανικόν· οὕτως τοὔνομα σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐν ἑτέροις, αὐτὸν δὲ μισεῖν καὶ φεύγειν, οὐχ ὑγιαίνοντός ἐστι. Ubi μανικὸν id esse dicitur Quod fit ab eo qui non ὑγιαίνει. Sic ληρεῖν et ὑγιαίνειν sibi opposita sunt ap. Dem. (116.) Ἂν δὲ ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. Aristoph. quoque sic usus est, (Πλ. 1066.) Γέρων ἀνὴρ ὢν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Plut. vero de Aud. Poëm. dixit etiam, Αὗται γάρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς: i. e., sunt hominum

C ὑγιαινόντων, qui sanæ mentis sunt, s. sapiunt, et recte sentiunt. Transfertur vero et ad alia verbum ὑγιαίνω, et modo signif. Salubris s. Salutaris sum, modo Recte habeo. Prioris signif. hoc exemplum legitur ap. Synes. Ep. 114. Γῆς ὑγιαινούσης χυμοὶ, Terræ salubris succi. Et hoc ap. Plut. de Educ. Lib. (6, 15.) Τοῦ ὑγιαίνοντος καὶ τεταγμένου βίου καταφρονεῖν, Salutarem et modestam vitam contemnere. Posterioris autem, hoc Demosthenicum, (434.) Τὰ παρ' ὑμῶν ὑγιαίνει. Ubi ὑγιαίνειν potest accipi etiam pro Salvum et incolumem esse: ut accipiunt ap. Synes. quoque Ep. 79. Ἀλλ' οὐχ ὑγιανεῖ ὁ μέγας Ἀνθέμιος, οὐδὲ παύσεται πυρέττων ὁ Ῥωμαίων ὕπαρχος, ἂν μὴ Μαξιμῖνος καὶ Κλεινίας ἀπόλωνται. Nisi forte ibi accipiendum pro Convalescet, Sanus evadet, præsertim cum VERBALE Ὑγίανσις significet q. d. Convalescentia, ut patet e Themistio in Phys. 2. Ὑγίανσις, ὁδὸς εἰς ὑγίειαν· ὡς θέρμανσις, ὁδὸς εἰς θερμότητα. [" Ὑγιαίνω, Wakef. S. Cr. 1, 71. 5, 141. Boiss. Philostr. 626. Thom. M. 773. 909. Paus. 1, 418.

D Valck. Diatr. 230. Mœr. 334. et n. Ὑγίαινε quando dictum, Jacobs. Anth. 8, 213. 10, 67. T. H. ad Plutum p. 381. Ὑγιαίνειν initio epistolarum, Thom. M. 909." Schæf. Mss. Plut. Timol. 5. Schleusn. Lex. V. T. " Ὑγιαίνειν, Sanum esse, Valere, 2, 4. 39. Opponuntur ei verba κάμνειν, ut ap. Xen. K. Π. 6, 2, 11.: et νοσεῖν: ut Luc. 5, 31. formula κακῶς ἔχειν." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. " Ὑγιανθεὶς, Sanatus, Athan. 2, 14." Kall. Mss. Ὑγίαινε, Valck. Schol. in N. T. 2, 41. Ὑγίανσις, Aristot. Phys. 5, 5. * Ὑγιαντὸς, Sanabilis, Schn. Lex. ἀμαρτύρως. * Ἀνυγιαίνω, Alex. Trall. 12. p. 748., ubi perperam extat ὅπως ἂν ὑγίαινε. * Διϋγιαίνω, Jambl. V. P. 102. " Wyttenb. ad Plut. 1, 530." Schæf. Mss.] " Ἐξυγιαίνω, Sano, Sanitati restituo, " Hippocr. (p. 3.) Ὅτι μὲν ἔνιοι ἐξυγιαίνονται τῶν " θεραπευομένων ὑπὸ ἰητρικῆς, ὁμολογέεται." [* Προϋγιαίνω, Hippocr. de Sept. lib. spur. 1, 166.]

Ὑγιάζω, άσω, Sanum reddo, Sanitatem restituo, Curo ut sanescat. Aristot. Polit. 3. Ἄρνυνται τὸν μισθὸν τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες, Ægris sanatis et

pristinæ valetudini restitutis. Sic Eth. 3, 3. Οὐ γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ εἰ πείσει. Pass. Ὑγιάζομαι, Sanor, Sanitati restituor, etiam Sanesco, Convalesco: ut ὑγιαζόμενα ἕλκη ap. Alex. Apr. Probl. 1. Ulcera quæ sanantur: itidemque ap. Eund. Ὑγιασθὲν μόριον. || Neutraliter etiam accipitur ὑγιάζω, ut ὑγιαίνω, pro Sanus sum, Salubri sum corpore, Bene valeo: Xen. Œc. (20, 18.) Ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ στάδια διακόσιά ἐστιν ὅτε τοῖς ἑκατὸν σταδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιάζοντες, [—αίνοντες,] Cum æquales sint, amboque valentes, Bud. 247. in Παρά. ["Luzac. Exerc. 74. ad Diod. S. 2, 249. Niclas ad Antig. 228. Ὑγιασμένος, Ammon. 107. 150." Schæf. Mss. "Max. Tyr. 21, 6." Wakef. Mss. Aristot. Phys. 5, 5. * "Ὑγίασμα, Sanatio, Suid. v. Ἀκέσματα." Kall. Mss. * "Ὑγιασμὸς, Bekk. Anecd. 364." Boiss. Mss. * "Ὑγίασις, Niclas l. c." Schæf. Mss. * Ὑγιαστὴρ, unde * Ὑγιαστήριος, e quo * Ὑγιαστήριον, Gl. Valetudinarium. * Ὑγιαστὴς, unde] Ὑγιαστικὸς, Sanandi vim habens, Cui inest vis sanandi. * Ὑγιαστὸς, Aristot. Phys. 5, 1. 9, 5. de Cœlo 4, 3. * "Ἀνυγίαστος, Hes. v. Ἀναλθές. * Ἀνυγιάω? Interpres Gr. Cæsaris 6, 36. ἀνυγιήσαντες." Boiss. Mss. * Ἀφυγιάζω, Jambl. V. P. 25. 114. * Ἀφυγιασμὸς, 64. * Ἐξυγιάζω, Polyb. 3, 88. Hippocr. 5, 19. * Ἐφυγιάζω, ad Hesych. 1, 1558. n. 18." Dahler. Mss. * "Καθυγιάζω, Niclas l. c." Schæf. Mss. * Καθυγίασις, Antig. c. 187. et n.]

[* "Ὑγιάτης, ου, ὁ, Cognomen Bacchi, i. q. ἰατρὸς, Athen. 36. (Casaub. p. 78.)" Schw. Mss.]

Ὑγιόω, Itidem signif. Sano, Sanitati restituo, [Hipp. de Vet. Med. 15.] vel etiam Sanor, Convalesco, ut patet ex Hes., ὑγιοῦν exponente θεραπεύεσθαι: pro quo puto scr. θεραπεύειν. Exp. vero Idem ὑγιοῦν etiam σαροῦν, quod est Verrere, Scopis purgare, s. mundare. Apud Eund. LEGITUR Ὑγυλὸν, quod exp. ὑγιές. Sed id procul dubio mendosum est, ut ex alphabetica etiam serie patet; positum est enim ante Ὑγιᾶ et ὑγιής: quare scr. pro eo existimarim ὑγειλὸς, ut derivatum sit ab ὑγεία, vel Ὑγιηλός. "Ὑκελὸν, Eid. ὑγιές." Apud Hippocr. vero habetur ETIAM Ὑγιηρός: ut ὑγιηρὸς γόνος: forsan ut non solum σιωπηλὸς dicitur, sed etiam σιωπηρός. [Pind. N. 3, 29. ὑγιηρὸν ἄκος πλαγᾶν. "Ὑγιηρότερος, ad Herod. 70. 139. 305. 363." Schæf. Mss. Herodotus ap. Bekk. Anecd. 115. * Ὑγιηρῶς, Hippocr. 675, 44. Apud Hippocr. de Aëre et Locis §. 58. Coraius in Ed. 2ª. * ὑγιηρῆς in ὑγιηρὴ mutavit.]

[* Ὑγίεις, εσσα, εν, Bœotice pro ὑγιής, Pind. Ὀ. 5, 53. ὑγίεντα ὄλβον. Vide not. ad Hes. v. Ἱερῆες, Hort. Adon. 209. "Jacobs. Anim. 132." Schæf. Mss. Sic πένεις, λέβεις, Heraclides Eustathii p. 1401.]

ΥΓΡΟΣ, Humidus, Humectus, Madidus; interdum et Liquidus, Fluidus: cui opp. ξηρὸς, Aridus, Siccus. Dicitur vero vel de iis quæ nonnisi humore constant, (ut cum Hom. dicit ὑγρὸν ἔλαιον et ὑγρὸν δάκρυ, nec non ὑγρὸν ὕδωρ, et ὑγρὸν γάλα: in quorum ultimis duobus ὑγρὸν potest dici etiam ad differentiam τοῦ πεπηγμένου: ut ὑγρὸν γάλα vocetur ad differentiam τοῦ πεπηγμένου καὶ ξηροῦ γάλακτος, quod est Caseus: ὑγρὸν ὕδωρ autem ad differentiam τοῦ πηγετοῦ s. πάγου, Glaciei; ea enim est humor frigore concretus;) vel de iis quæ solida quidem sunt compactaque, et aliquatenus sicca, ita tamen ut humor in iis dominetur: Xen. Ἱππ. (4, 3.) Τὰ ὑγρὰ καὶ λεῖα τῶν σταθμῶν, Stabula quæ sunt humidiora. Hippocr. Τοῖσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας, Qui natura sunt humidiores. Celsus vero ea verba sic vertit, In corporibus mollioribus, ideoque præcipue in mulieribus. Rursum de re quæ in totum humida est, ὑγρὸν dicitur, junctum tamen substantivo tali, ut ei τοῦ ξηροῦ quoque epitheton convenire queat: veluti cum Athen. vinum et alia, quæ bibuntur, ὑγρὰν τροφὴν appellat: itidemque cum Hom. ὑγρὰ κέλευθα mare vocat: ut Il. A. (312.) Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα. Ad-

A jecto enim τοῦ ξηροῦ vocabulo, ξηρὰ τροφὴ de Cibo sicco dicitur, ut sunt panis, carnes, caseus, et hujusmodi alia: ξηρὰ autem κέλευθα de terrestribus viis dici potest. Neutro GENERE τὸ Ὑγρὸν, Humidum s. Liquidum, dicitur etiam Humor, i. e. Id quod Humidum est aliquo in corpore. Aristot. de pulvere, Ἐκπίνων γὰρ ἐάν τι ἐνῇ ὑγρὸν, ξηραίνει; Omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat, Plin.: qui itidem ap. Diosc. Τὸ ἐν ταῖς φύσαις εὑρισκόμενον ὑγρὸν, interpr. Humor in folliculis nascens. Sic Xen. K. Π. 8, (8, 5.) de Persis, apud quos nec excreare nec emungere nasum licebat, Οὐ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι. Et ap. Medicos ἡ τῶν ὑγρῶν κρᾶσις. Horat. quoque ita Liquidum pro Liquore dixit, ut ad Mæcen. Sat. 1. Ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna. Nonnunquam vero τὸ ὑγρὸν strictius etiam accipitur pro Aqua: Athen. (312.) Ἐγχελύν φησι καὶ μύραιναν πολὺν χρόνον δύνασθαι ἔξω τοῦ ὑγροῦ ζῆν, Extra
B aquam. Non tantum vero pro aqua, sed etiam pro vino, lacte, aut alia re potabili, accipi potest, cum Plut. adversus Epicurum dicit, Καὶ οὐκ ἐφθόνει τῆς προσαγωγῆς τοῦ ὑγροῦ τῷ ὕδρωπι: nec enim aquam tantum sitiunt hydropici, verum etiam vinum. FEM. Ὑγρὰ, pro quo IONICE Ὑγρὴ, substantive ab Hom. accipitur pro ὑγρὰ κέλευθα, Mare, Pelagus, subaudito subst. κέλευθος: Il. Ξ. (308.) οἵ μ' οἴσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν, Qui me per mare et per terras ferent, Od. E. (45.) τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν, Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο, Il. K. (27.) τοὶ δὴ ἕθεν εἵνεκα πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν Ἤλυθον εἰς Τροίην πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες. Plut. (7, 831.) Ὑγρᾶς καὶ τραφερᾶς [vulgo τρυφερᾶς] βασιλεὺς Ἆγις μ' ἀνέθηκε. || Dictum est supra ὑγρὸς interdum reddi potius Liquidus quam Humidus: quomodo accipitur ap. Diosc. ὑγρὰ πίσσα, Pix liquida: quæ et ὑγρόπισσον voce composita nominatur: et ὑγρὰ ῥητίνη, Resina liquida: quæ omisso substantivo simpliciter DICI Ὑγρὰ solet a Medicis. Sic enim Gorr.,
C Ὑγρὰ, inquit, s. ὑγρὰ ἡ ἐκ τῶν κεραμίων dicta est veteribus Resina pinea quæ liquida esset. Ejus enim duas differentias, unam frixæ tostæque, alteram liquidæ s. humidæ, φρυκτῆς et ὑγρᾶς nominibus, citra ῥητίνης adjectionem designabant κατ' ἐξοχὴν, quod pinea resina, ut ait Diosc., omnium præstantissima haberetur, vel quod esset omnium maxime parabilis, ut ait Gal. Ceterum humida in Græciam apportabatur fictilibus et doliis, unde ἡ τῶν κεραμίων ὑγρὰ dicta est, e Colophone et Gallia et Tyrrhenia. Gal. 6 Meth. Med. Καὶ μέντοι καὶ μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἥ τ' ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μιχθεῖεν, 4 de Sanit. Tuenda, Ἀπορῶν δὲ τούτων, ἤτοι τὴν ἐκ τῶν κεραμίων μιγνύναι πιτυΐνην, ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ὀνομαζομένην. Itidem pro Liquidus accipitur ὑγρὸς, cum Plato de LL. dicit ὑγρὰ μέτρα, Mensuræ rerum liquidarum, ut vini, olei: quibus opp. τὰ ξηρὰ μέτρα, Mensuræ rerum aridarum, ut frumenti, tritici.

Metaphorice quoque accipitur ὑγρὸς interdum pro
D Tener, Mollis, in qua signif. tam de re animata quam inanimata dicitur. Plut. Erot. Τὸν ὑγρὸν τοῦτον καὶ οἰκουρὸν, ἐν κόλποις διατρίβοντα καὶ κλινιδίοις γυναικῶν, Mollem hunc. Aristoph. Σφ. (1208.) τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμναστικῶς Ὑγρὸν χύτλασον σαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν, Colloca te mollem in stragulis. Sic ὑγραὶ ἀγκάλαι dicuntur Molles et teneri lacerti. Eur. Theseo, Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις, Qui terram tenero circumjectu amplectitur, Cic. p. 110. mei Lex. Cic. Nisi forte hanc interpr. ex alio sumsit. Sed et ap. Hom. (Od. E. 478.) ὑγρὸν ἀέντων, exp. μαλακῶς πνεόντων, Molliter spirantium, de ventis. Pro Mollis, Tener, accipitur et in paulo alia signif., ut cum Plut. de Educ. Lib. (6, 10.) dicit, Εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης. Signif. enim puerilem ætatem esse mollem adhuc in modum ceræ vel argillæ, et fingi formarique posse, prout vult ille qui mores eorum informare conatur. Ad quam signif. hujus vocab. proxime accedit ea, qua ponitur pro Flexibilis et Agilis, Xen. Ἱππ. (1, 6.)

Τὰ σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζει, de equo loquens. Itidem pro Flexibilis accipi potest cum Longin. dicit Demosthenem esse ἀδιάχυτον, ἥκιστα ὑγρόν. Sic certe τὸ ὑγρὸν in moribus dicitur Flexibilitas, i. e. Ingenium flexibile modo in hanc, modo in illam partem, ut se cuivis accommodet. Plut. Pericle, Ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. Exp. vero etiam Laxus, Remissus, ut Bud. quoque annotat. Xen. ὑγρὸν et χαλαρὸν pro eod. ponere, i. e. pro Lento, laxo, et non contento. Itidemque ὑγρὸν βίον accipiunt pro Fluxo ac remisso vitæ genere. Meminit vero hujus ὑγροῦ βίου Athen. 6. de adulatoribus s. assentatoribus loquens, ubi ὑγρὸν βίον videri posset nominare τὸν τῶν κολάκων, qui sese in omnem partem flectere possunt: sc. a flexibilitate: sicut et Plut. de Discern. Amico et Adul. (6, 187.) dicit adulatorem esse ὑγρὸν καὶ πιθανὸν μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις, ut videbis p. 88. meæ Ed., sed itidem de aliis quibuslibet ὑγρὸς βίος dictum, Voluptariam vitam signif. [" Vide Athen. 258." Schw. Mss.] Hesychio vero et Suidæ ὑγρὸς est ὁ * εὐκαταφερὴς s. εὐκατάφορος εἰς τὰς ἡδονάς. Affertur autem et ὑγρὸς πρὸς τὴν δίαιταν, e Plut. Solone. Exp. et Fluxus, item Lubricus, ut a Plut. copulatur ὑγρὸς et περιολισθαίνων, de Fort. Rom. (7, 274.) ubi de trireme recens compacta loquens ait, Ἐὰν δὲ ὑγροῖς ἔτι καὶ περιολισθαίνουσι τοῖς ἁρμοῖς κατασπασθῇ, πάντα χαλάσει διατιναχθέντα, καὶ δέξεται τὴν θάλασσαν. Ubi etiam nota τῆς ὑγρότητος consequens esse τὸ χαλᾶσαι. Idem Symp. 7. dicit, Τὴν διάνοιαν ὑγρὰν ὑπὸ τῆς μέθης καὶ ἀκροσφαλῆ γεγενημένην. Rursum pro Mollis et Flexilis accipitur ap. Xen., in signif. paulum diversa a superiore, ut cum Ἱππ. (10, 10.) p. 554. scribit τὸν χαλινὸν vocari ὑγρὸν, quando οἱ ἄξονες εὐρείας καὶ λείας ἔχουσι τὰς συμβολὰς, ὥσπερ ῥᾳδίως κάμπτεσθαι: contra vero, ἣν χαλεπῶς ἕκαστα τοῦ χαλινοῦ διατρέχῃ καὶ συνθῇ, hoc dici σκληρὸν εἶναι. Quæ verba Cam. sic interpr., Molle frænum est, cum axes commissuras habent læves atque latas. In quo vero omnes particulæ fræni graviter discurrunt atque colliduntur, illud frænum rigidum erit. Ubi nota iterum sibi opponi ὑγρὸν et σκληρὸν, Molle et Durum s. Rigidum: ut ap. Eund. in eod. l. [K. 4, 1.] Μήτε ὑγρὰς λίαν μήτε σκληρὰς λαγόνας, Nec molles nimium nec duras. || At ὑγρὰ ὄρχησις dictum est quoddam ὄρχημα Περσικὸν καὶ σύντονον, quod et ὄκλασμα, J. Poll. 4, c. 14. forsan a molli aut agili crurum motu.

[" Ὑγρὸς, Beck. Commentt. p. xviii. ad Lucian. 1, 360. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 27. 31. 6, 161. 350. 9, 249. 11, 122. 317. 12, 389. Brunck. Antig. 1237. Trach. 849. Bergler. Alciphr. 411. Valck. Phœn. p. 486. Musgr. p. 221. 227. Plut. Mor. 1, 10. Toup. Opusc. 1, 286. Fischer. ad Anacr. p. 16. Eichst. Quæst. 76. Wakef. S. Cr. 3, 137. Georg. 121. 136. Ion. 1389. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 28. 146. ad Charit. 730. Huschk. Anal. 205. Mollis, Heyn. ad Virg. 1, 56. Wakef. S. Cr. 3, 55. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 16. Flexilis, Brunck. ad Phœn. 1448. In aquis degens, Germanic. Cæsar Epigr. De consonantibus, Herodian. 459. Pierson. De oleo, Alberti Peric. Cr. p. 81. Valck. Callim. 205. 233. De oculis, Bergler. ad Alciphr. 117. De lacrymis, Wakef. Ion. 1389. De signis Zodiaci, ad Charit. 231. 293. Ὄρνιθες ὑγροὶ, Boiss. Philostr. 642. Ὑγρὸν, Plut. Alex. p. 137. Schm. Ὑγρὰ δεδορκὼς, Wakef. Ion. 94. Jacobs. Anth. 7, 96. 8, 67. (Callim. Fr. 107. p. 230. Bl.) Ὑγρή, Wolf. ad Hesiod. 105. Mare, Mitsch. H. in Cer. 127. Aqua, Musgr. Hel. 1077. Jacobs. Anth. 7, 302. Heyn. Hom. 6, 13. De quant., Porson. Hec. p. lvi. Ed. 2." Schæf. Mss. " De carne, Aristot. Phys. 78. De flumine, Dionys. P. 919. De lascivis oculis, Julian. 350. Flexibilis, in amorem, Appian. 2, 722.: in misericordiam, Plut. 3, 146. Suid. 1, 384. Instabilis, Plut. 2, 558. Tener, Aristid. Quint. 77. Ælian. H. A. 391. V. H. 569. Morum facilis, Plut. 1, 421." Wakef. Mss. " Πᾶσα ὑγρὰ, Universa humida substantia, Philostr. 127." Kall. Mss. " Ὑγρὰ λέξις, Dionysio de Vi Dic. Dem. 20. p. 1013. est Dictio fluida, quæ molliter aures tangit: itaque addit, Ὁμαλὴ, καὶ ὥσπερ ἔλαιον ἀψοφητὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ῥέουσα, Instar olei sine strepitu et remora in aures influens. Opposita est γενναία, τραχεῖα, πικρή. Longino 34, 3. Demosthenes dicitur ὑγρὸς, h. e. Moro interprete, Mollis, Tractabilis, vel ut Cic. dixit de Orat. 2, 15. Cujus oratio fusa et tracta est, et cum lenitate æquabili profluit. Plut. Pericle 5. τὸ ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς jungit." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. Schleusn. Lex. V. T., Bekk. Anecd. 115. ὀρχηστής, Anal. 1, 229. 2, 26. ὑγρὰ δέρκεσθαι, Ælian. H. A. 6, 44. ὑγρὸν ὁρᾶν, Opp. Ἁ. 2, 412. ὑγρὸν ἀείδειν, Hom. Hymn. 19, 33. πόθος, Plut. Bruto 29. Πρὸς τοὺς συνήθεις ὑγρότερον τῷ γελοίῳ, Ælian. H. A. 7, 9. νεοττοῖς, Nonn. D. 1, 4. βρέφος, Il. Ω. 341. κέλευθα. Ὑγρὰ, i. q. θάλασσα, Aristoph. Σφ. 678. Valck. Schol. in N. T. 2, 584. Vide Τραφερά. " Ὑγρὸς, Pronus, Promtus, quasi Qui instar rami aut herbæ viridis facile flecti potest, Ino. ap. Suid. v. Αὐτοαπλότης, Πρὸς τὰς δωρεὰς ὑγρὸς καὶ καταφερής." Schleusn. Mss.]

Ὑγροβάτης, ὁ, [et Ὑγροβατικὸς, ἡ, ὀν,] Per humida ambulans, Undigradus. Vide Ὑγροτροφικός. [* Ὑγροθηρική, sc. τέχνη, J. Poll. 1. p. 68.] Ὑγροκήλη, ἡ, Hernia aquosa, Ramex aquosus, ὑδατώδης συλλογὴ περὶ θατέρῳ τῶν διδύμων, μεταξὺ τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ὑμένος, J. Poll. 4. Apud alios ὑδροκήλη scribitur: quam scripturam magis probo. AT Ὑγροκιρσοκήλη Auctori Definitionum Medicarum, qui Galenus esse creditur, est Dilatatio vasorum a quibus alimentum testibus suppeditatur, et lenti humoris in aliqua scroti parte collectio, Ὑγροκιρσοκήλη, inquit, ἐστὶν ἀνευρυσμὸς τῶν τρεφόντων τὸν δίδυμον ἀγγείων, καὶ ἀργοῦ ὑγροῦ συλλογὴ κατά τι μέρος τοῦ ὀσχέου. [* Ὑγροκόμος, Orac. Sibyll. 14, 139. Φάσιδος. * " Ὑγρολάξευτος, Fluctu marino saxo incisus, Philes p. 302." Schleusn. Mss. * Ὑγρομανής, Nonn. D. 43, 283. * Ὑγρομέδων, 31, 57. 37, 163. 42. p. 1084. 43. p. 1112.] Ὑγρομελής, Habens membra ὑγρὰ, i. e. Adhuc tenera et flexibilia, Bud. ap. Xen. K. (5, 13.) Τῶν δὲ μικρῶν λαγίων ὄζει μᾶλλον ἢ τῶν μεγάλων· ἔτι γὰρ ὑγρομελῆ ὄντα, ἐπισύρεται ὅλα ἐπὶ τῆς γῆς. [* Ὑγρομέλεια, Adamant. Phys. 205. Sylb., Polemon Phys. 1, 21. ubi male * Ὑγρομελία extat. * " Ὑγρομέτωπος, Jacobs. Anth. 10, 154." Schæf. Mss. * Ὑγρομόρος et ὑγροπόρος conf., Spitzner. de Versu Gr. Her. 58. " Nonn. D. 39, 88." Wakef. Mss.] Ὑγρόμυρον, τὸ, ap. Aët. 16, 114. est Compositio unguenti humidi odorati, Gorr. Sunt qui interpr. Unguentum liquidum. [* " Ὑγρόνομος, Nonn. D. 3, 37." Wakef. Mss.] Ὑγρόπισσον, τὸ, dicitur ἡ ὑγρὰ πίσσα, Pix liquida, Bud. Utitur eo vocab. Schol. Nicandr. Ἀ. (116.) cum de cantharidibus loquens, ait, Ὧν ἡ μὲν ὀσμὴ ὁμοία ἐστὶ πίσσῃ χυτῇ, ὅ ἐστι τῷ ὑγροπίσσῳ· ἡ δὲ γεῦσις, κεδρίσι. Ubi etiam nota ὑγρὸς exponi per χυτὸς, quod est Fusilis, Fluidus: ut ea sunt, quæ vel liquida sunt et fluunt per se, vel liquefieri queunt igne aut humore. [* " Ὑγροπίσσα, Geop. 18, 8." Kall. Mss. * " Ad Diod. S. 1, 120." Schæf. Mss. * Ὑγροποιός, Plut. 7, 436. Pisid. Opif. 397. * Ὑγρορρόης, unde * Ὑγρορροέω, Aristot. Probl. 1, 32. * " Ὑγρόστομος, Theod. Prodr. 237. ξίφος." Kall. Mss. * Ὑγροτόκος, Nonn. D. 22, 102. 32, 295.] Ὑγροτράχηλος, Mollem et flexilem cervicem habens: ut Aristot. ὑγροτράχηλα ζῶα vocat Quæ colla s. cervices suas facile queunt λυγίζειν, et versare huc illuc, velut aves et cameli. Ὑγροτροφικὸς, Qui in humido ali solet et nutriri: UT Ξηροτροφικὸς dicitur ὁ ἐν ξηρῷ τρεφόμενος: veluti ξηροτροφικὰ καὶ ὑγροτροφικὰ ζῶα ap. Athen. (99.) e Plat. Politico (264.) ubi et ξηροβατικὰ et ὑγροβατικὰ ζῶα memorantur, quæ sc. sicca et humida permeant: quorum illa sunt τὰ ὑγρόβια, Quæ in aquis degunt; hæc autem τὰ χερσαῖα, Terrestria. Ὑγρόφθογγος, In quo τὰ ὑγρὰ φθέγγονται. In Epigr. [Anal. 2, 271.] poculum ὑγρόφθογγον dici ajunt, In quo liquores resonabant. [" Jacobs. Anth. 9, 291. Toup. Opusc. 2, 242." Schæf. Mss. * Ὑγρόφλοιος, Geop. 9, 6, 2.] Ὑγροφοῖνιξ ap. Ælian. esse dicitur Nomen avis, forsan quod τὰ ὑγρὰ secta-

retur. [* Ὑγρόφοιτος, Lycophr. 88. p. 20. τόργος, Cætero Undivagus. "Wakef. Ion. 1479." Schæf. Mss. * Ὑγρόφορος, Maximus π. Καταρχ. 283. * Ὑγροφορέω, unde * Ὑγροφόρητος, Nonn. D. 15, 372. 43. p. 1132. * "Ὑγροφυής, Schol. Theocr. 1, 47." Boiss. Mss. * Ὑγροφυῶς, Aristæn. Ep. 1, 1, 47. Τὰ ὀστᾶ ὑγροφ. λυγίζεσθαι. "Abresch. p. 5. Jacobs. Anth. 8, 313." Schæf. Mss. * Ὑγρόχερσος, Pisid. Opif. 411. "Const. Manass. Chron. p. 80. 115. * Ὑγροχεύμων, Const. Manass. Chron. p. 4(=8.) Sic leg. e Cod." Boiss. Mss. * Ὑγροχίτων, Nonn. D. 23. p. 606. 618. * Ὑγρόχροος, Jo. Gazæus Ecphr. 278. ap. Rutgers. VV. LL. 2, 7. * Ὑγρόχυτος, Nonn. D. 8, 277. ὄμβρος, Jo. 2, 46.]

Ὑγρέμπλαστρον, τὸ, Emplastrum liquidum, non siccum. Ὑγρονσία autem pro Humecta substantia, sine Auctoris nomine affertur: videndumque ne pro ερ scr. sit ὑγρασία. ["Chalcid. in Plat. Timæum fol. xxxvi. verso, Ed. Ascens." Osann. Auct. Lexx. Gr. 159.] Non minus mendosa est vox Ὑγροσία, quæ non solum exp. Humiditas, sed etiam Flexibilitas. [* Ὑγρώπης, fem. Ὑγρῶπις, Tzetz. Anteh. 118.]

[* Ἄνυγρος, ὁ, ἡ, Diosc. 3, 148.] Δίυγρος, Humidus, Uliginosus, i. q. ὑγρός; γῆ, Terra humecta et uliginosa, et per quam humorum copia dispersa est. Exp. etiam Mollis, nec non Infirmus. ["Jacobs. Anth. 1, 1. p. 31. De oculis, Ruhnk. ad Rutil. 163." Schæf. Mss. "Suid. v. Γλάμων." Schleusn. Mss. Hippocr. 543, 10. Schol. Apoll. Rh. 3, 1397. Æsch. S. c. Th. 993.] Ἔνυγρος, itidem exp. Humidus, Madens, In quo ὑγρότης inest. Item, In humido degens, Aquatilis. ["Valck. Adoniaz. p. 397. ad Charit. 231. De Signis Zodiaci, 293." Schæf. Mss. Diod. S. 12. p. 316, 10. "Ἔνυγρον κόριον, Adiantus, Diosc. Notha 472." Boiss. Mss.] Unde Ἐνυγροθηρευτὴς, ὁ, dicitur ὁ ἁλιεὺς, Piscator, ap. Plat. de LL. (7. p. 824.) quoniam sc. θηρεύει τὰ ἔνυγρα. Legitur vero et ἐνυδροθηρευτὴς ab ἔνυδρος. [* Ἐνυγροθηρικὸς, Idem Soph. 220. 221.] "Ἔξυγρος, Prorsus "humidus s. aqueus. Hippocr. de Victu in Morb. "Acut. Τά θ' ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίγνεται. "Qua voce indicat μηδὲ ὅλως πεπέφθαι. Gal." [Alex. Aphr. Probl. τροφή.] Ἔφυγρος, Humens, Uliginosus, Irriguus, [Schneidero susp.] Κάθυγρος, Humidus, Humens, Madidus, Madens. Diosc. Καθύγροις μασχάλαις ἁρμόζει, Alis humentibus et ideo tetrum virus spirantibus. Unde quidam interpr. Alarum virus mitigat. ["Ad Charit. 730. (231. 293.)" Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 1, 4, 2. C. Pl. 1, 10, 4. Diod. S. 5, 28. Τοῖς μὲν σώμασίν εἰσιν εὐμήκεις, ταῖς δὲ σαρξὶ, κ. καὶ λευκοί. * "Πάνισπος, vox nullius pretii, Orac. Sibyll. 14, 145. Ed. Maii, ὃν πάντες πίνουσι. πάνισπον Ἀρμένιοι κρύσταλλον ἄγαν ῥείοντος Ἀράξεω. Fortasse scripsit Poëta * πάννυγρον, quanquam Schn. hanc vocem in suspicionem vocat." Osann. Auct. Lexx. Gr. 122.] Πάρυγρος, Leviter humidus, ut ὕφυγρος. Alii tamen simpliciter interpr. Humidus, Humens, Madidus. Apud Medicos πάρυγρον est Emplastri quoddam genus, inde nominatum, ut videtur, quoniam initio liquidum est, sed postea consistit et durescit. Heras enim ap. Gal. l. 7. τῶν Κατὰ Γένη id describens, cum dixisset, Adipis suilli recentis et curati uncias 44, ceræ unc. 24, cerussæ unc. 6. argenti spumæ unc. 6. subjungit, Liquida cum aridis permiscentur: ac manebit quidem aliquandiu liquidius, postea vero consistet per se, et compagem acquiret. Vide et Paulum atque Aëtium. Apud Gal. autem alicubi legitur Πάννυγρον, pro hoc πάρυγρον, ut videtur, Gorr. ["Vide Plut. Opp. Mor. 2, 459. Ed. Wytt. Oxon. (=9, 116. Hutt.)" Seager. Mss. "Πάρυγρος, de Signis Zodiaci, ad Charit. 231. 293. 329." Schæf. Mss. "Manetho 6, 422." Wakef. Mss.] Ὕφυγρος, Aliquantum humidus. Alii simpliciter interpr. Humidus. [J. Poll. φλύκταινα, Galen. Aristot. Probl. 2, 17.]

Ὑγρῶς, Humide, Liquide, Fluide. Signif. etiam Molliter. Athen. 11. Ὑ. ἀφεῖναι τὴν λάταγα. Item, Flexibiliter, Agiliter. Unde Ὑγροτέρως, compar. gradu, Mollius, Flexibilius. Xen. Ἱππ. (1, 6.) Πάντες γὰρ προϊόντος τοῦ χρόνου ὑγροτέρως κάμπτουσιν ἐν τοῖς γόνασι. Ibid. dixerat, Τά γε μὴν γόνατα ἢν βαδίζων ὁ πῶλος ὑγρῶς κάμπτῃ, εἰκάζοις ἂν καὶ ἱππεύοντα ὑγρὰ ἕξειν τὰ σκέλη. ["Lobeck. Aj. p. 317." Schæf. Mss.]

Ὑγρότης, ἡ, Humiditas, Humor. Lucian. (2, 279.) Ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, ut et Plut. 2 de Fort. Alex. Τῶν ὀμμάτων τὴν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες. Item Flexibilitas, ut ap. eund. Lucian. (2, 307.) Ἰσχύν τε ἅμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ἐπιτηδεύειν. Affertur et τοῦ ἤθους ὑγρότης pro Morum facilitas. ["Crobylus ap. Athen. 258. Τὴν ἀσωτίαν ὑγρότητα νῦν προσαγορεύουσί τινες. Metonymice ut ὑγρότητες dicuntur pro τὰ ὑγρὰ, Fluida, ap. Eund. 62." Schw. Mss. Schol. Hesiod. Θ. p. 249. "Ad Charit. 299. Valck. ad Phœn. 1261. Musgr. p. 221. Oculorum, Schmied. ad Plut. Alex. p. 9." Schæf. Mss. Lycurg. 162. Τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους τοῖς δακτύλοις εἰς ἔλεον προαγαγέσθαι, Plut. Cim. 3. περὶ τὰς ὑποδοχὰς ὑγρότης καὶ δαψίλεια.]

[* Ὑγρηδὼν, όνος, ἡ, idem, Hippocr. 598.]

Ὑγραίνω, Humecto, Madefacio. Plato de Rep. 1. Οὐδὲ ξηρότητος τὸ ὑγραίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Gal. ad Gl. 1. Ἐν δὲ τοῖς λουτροῖς οὗτος ὁ σκοπὸς γιγνέσθω, διαβρέξαι τε καὶ ὑγράναι τὸ σῶμα. Et rursum, Ὑγραινούσῃ καὶ εὐχύμῳ τροφῇ διαιτᾶν, Victu qui humectat, humidius reddat corpus, simpliciter etiam Victu humido. Pass. Ὑγραίνομαι, Humector, Madefio, Humesco, Madesco. ["Musgr. Tro. 226. Hel. 3. Wakef. Ion. 252. De aor. 1., Valck. Hipp. p. 255." Schæf. Mss. "Humecto lascivia, Philostr. 13." Wakef. Mss.] Ὕγρανσις, ἡ, Humectatio, Alex. Aphr. Ὑγρασία, ἡ, Humiditas, Humor, Uligo, i. q. ὑγρότης, ut θερμασία, i. q. θερμότης. Gal. Ἐν μὲν οὖν ταῖς κεφαλαῖς, ὅταν ὑγρασία γένηται, βάρη ποιεῖ. [Schleusn. Lex. V. T. * "Ὑγραντικὸς, Humectandi vim habens, Diphilus Medicus ap. Athen. 59." Schw. Mss. "Clem. Alex. 215(=183.)" Wakef. Mss. Procl. Paraphr. Ptol. 1, 4. p. 26.; 1, 6. p. 29.]

Ἀνυγραίνω, Humecto, Humefacio, Madefacio. Item Emollio, ut Plut. dicit vinum μαλακώτερον ποιεῖν et ἀνυγραίνειν, Animos agrestiores emollire. Bud. quoque interpr. Mollio, Mollifico, in hoc Ejusd. loco, Ὥσπερ ὁ ῥέων καὶ πεπυρωμένος χαλκὸς τῷ πεπηγότι καὶ ψυχρῷ περιχυθεὶς λέγεται τοῦ πυρὸς μᾶλλον ἀνυγραίνειν καὶ * συνανατήκειν. ["Jacobs. Anth. 1, 1. p. 31." Schæf. Mss. Plut. Pelop. 19. Τὸ ἄκρατον καὶ θυμοειδὲς ἀνιέναι καὶ ἀνυγραίνειν. * Ἀνυγρασμὸς, Archigenes Oribasii p. 159. Matth. * Ἀφυγραίνω, Aristot. H. A. 10, 60.: in c. 3. * Ἐφυγραίνω.] Διϋγραίνω, Madefacio, Madore perfundo. Exp. etiam Diluo, Excolo; sed sine exemplo. ["Διϋγραμμένος, Toup. Opusc. 1, 270." Schæf. Mss. Hippocr. 362. 20.; 521, 22. 24.; 526, 46. Theophr. C. Pl. 1, 13, 5. et alibi. * Ἐνυγραίνω, Alex. Trall. 7. p. 332.] Ἐξυγραίνω, i. q. διϋγραίνω: unde ἐξυγρανθεὶς, Madefactus, Humefactus. Quod vero Hippocr. dixit, (37.) Τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα, quidam interpr. Ventris resolutio. || Rursum ἐξυγραίνω redditur etiam Languidum reddo, sed sine exemplo. ["Aristot. H. A. 3, 19. Ἐξυγραινομένου δὲ (αἵματος) λίαν, νοσοῦσι." Gataker. Mss. "Molliter flecto, J. Poll. 1, 404. 407. De concocto cibo, Clem. Alex. 222. De arboribus luxuriantibus, Plut. 6, 54." Wakef. Mss. Aristot. 1, 476. Ἐξυγρασμένος, Theophr. Fr. 2, 10. * Συνεξυγραίνω, Plut. 9, 15. * Ἐφυγραίνω, Hippocr. 167. 183. 221. vide Ἀφυγρ.] Καθυγραίνω, Madefacio: καθυγρανθεὶς, Theophr. Madefactus, Madidus, Humidus, κάθυγρος, Bud. [C. Pl. 1, 13, 6. 6, 18, 9. 10. * Καθυγρασμὸς, Aët. p. 94, 34. Ἡ γλῶττα δεῖται καθυγρασμοῦ, ubi male in impressis καθ' * ὑγρασμοῦ.] "Παρυγραίνω, Aliquantum humecto, Leviter humecto, Athen. (356.) Παρυγραίνει δὲ καὶ κοιλίαν ἐψόμενος ἐπὶ πλεῖον." [* Προϋγραίνω, Hippocr. 1249. * Ὑπερυγραίνω, 446. 454.]

[* Ὑγράζω, Hippocr. 517, 53. * Ὕγρασμα, 268, 23. * "Ὕγρασις, Schneid. Scrr. R. R. 3, 2. p. 40." Schæf. Mss.]

[* Ὑγρύνω, Cassii Probl. 5. Schneidero susp. * Ὑγρώσσω, Madeo, Æsch. Ag. 1338.]

ὙΔΩ, Celebro, Cano, Dico. Hes. enim ὕδειν exp. ὑμνεῖν, ᾄδειν, λέγειν. Nicander Ἀ. pro Voco etiam posuisse hoc verbum fertur: [non hoc, sed

ὑδέω, vide vv. 47. 525. "Toup. Opusc. 1, 507. 2, 287." Schæf. Mss. Bast. ad Greg. Cor. 241.]

Ὑδέω, idem, siquidem Hes. ὑδέουσι exp. ὑμνοῦσιν, Celebrant, Decantant, Laudant, Carmine prædicant, Carmine pangunt vel dicunt: [Bast. l. c. "Toup. ll. cc." Schæf. Mss.] Pass. Ὑδέομαι, ap. Apoll. Rh. 2, (528.) Καὶ τὰ μὲν ὣς ὑδέονται, i. e. ᾄδονται καὶ λέγονται, Schol. [Aratus 257.] Metri causa dicitur ETIAM Ὑδείω, ut πνείω pro πνέω. Callim. Hymno in Jovem (76.) Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο, dicimus, λέγομεν, Schol.

Ὕδης, ὁ, Qui carmina pangit, carminibus laudes alicujus dicit, Poëta; ποιητὴς, συνετὸς, Sapiens, Intelligens, Prudens, Hes. In qua signif. posteriore legitur ap. Eund. ET Ὕδνης. Id enim ὕδνης exp. εἰδὼς, ἔμπειρος, Sciens, Peritus. Idem tamen ὕδναι attulerat etiam pro ἔγγονοι, σύντροφοι, i. e. Nepotes, Convictores. "Ὑδνεῖν, Nutrire. Vide Hes." [et Schn. Lex.]

ΥΜΝΟΣ, ὁ, Hymnus, Carmen; sed peculiariter in honorem Dei, quo Dei laudes dicimus: ut Ὁμήρου Ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, Ὀρφέως Ὕμνος εἰς Πλούτωνα, Καλλιμάχου Ὕμνος εἰς Δία. Extant enim horum Poëtarum Hymni aliquot in deos. Verum non solum ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, sed etiam ὕμνος Ἀπόλλωνος aut θεῶν dicitur pro Hymnus in Apollinem aut deos, Carmen in honorem et laudem Apollinis aut deorum decantatum. Athen. (p. 22.) Καὶ Ὅμηρος δὲ, ἢ τῶν Ὁμηριδῶν τις, ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνοις φησὶν, Ἀπόλλων Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων χάριεν κιθάριζε, Καλὰ καὶ ὕψι βιβάς. Quæ verba leguntur sub finem Homerici in Apollinem Hymni; sed ibi pro χάριεν vulgatæ Edd. habent ἀγαθὸν, et κιθαρίζων pro κιθάριζε. Idem Athen. 14. (p. 627.) Οἱ ἀρχαῖοι περιέλαβον ἔθεσι καὶ νόμοις τοὺς τῶν θεῶν ὕμνους ᾄδειν ἅπαντας ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, Hymnos deorum, in deorum laudem conscriptos. Paulo ante dixerat, Παρὰ γοῦν Ἀρκάδων οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, οἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. Ubi e Teleste etiam attulerat, Οἱ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον: ut inde constet ad πηκτίδας etiam, lyras, citharasque, cantata fuisse ejusmodi carmina. Unde Etym. e Didymo hoc inter προσῳδίαν et ὕμνον discriminis constituit: προσῳδίαν sc. dictam fuisse ὅταν προσιόντες ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾖδον: ὕμνον vero, cum πρὸς κιθάραν. Davidis etiam Psalmi vocantur ὕμνοι a Philone, paulo infra in Ὑμνογράφος. Non semper tamen tam stricte accipitur, verum etiam de Quovis carmine dicitur, quod sc. decantatur: ut cum idem Athen. 4. dicit, Ἐμμελῶς ᾀδόντων γαμικὸν ὕμνον, Carmen nuptiale: quod ἐπιθαλάμιον etiam dici solet. Itidemque ap. Hesiod. Ἔργ. 2, (275.) ἔνθα με φημὶ Ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα, Ibi me dico carmine victorem obtinuisse tripodem auritum. Et rursum, Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν, Carmina dicere. Hom. vero periphrastice ὕμνον ἀοιδῆς dixit pro ᾠδὴν s. ὕμνον, Od. Θ. (429.) Δαιτί τε τέρπηται, καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων. || Hesychio χρησμὸς, Oraculum: forsan quoniam ἐμμέτρως solebant reddi oracula, et responsa dari consulentibus. || Dicitur etiam θρῆνος: quo modo Anacreontem hoc vocab. usurpasse testatur Eust. Sic vero et Schol. Soph. p. 99. annotat, ὕμνον proprie esse τὴν εἰς θεὸν ᾠδήν: ap. Poëtas autem simpliciter accipi pro ᾠδὴ, εἴτε, inquit, ἐπὶ ποιητικῆς ἐμμελείας, εἴτε μέλους θρηνώδους. Vide et Ὑμνέω. [" Theocr. Epigr. 2. Antip. Thess. 24. Jacobs. Anth. 12, 409. Boiss. Philostr. 589. ad Phalar. 280. Thom. M. 562. Musgr. Tro. 512. 1188. Ion. 1091. Köppen Blumenl. 1. p. 4. Ammon. 139. Gesner. Ind. Orph. Ruhnk. Ep. Cr. 289. 293. Herodian. Philet. 478. Koppiers. Obss. 144. Valck. Phœn. 373. Ilgen. ad Hymn. 216. 456. Brunck. El. 382. Wolf. Prol. 107. I. q. θρῆνος, Heyn. Hom. 6, 644. Conf. c. ὕπνος, Abresch. Æsch. 2, 33. Eorum genera, Heyn. Hom. 4, 681. Cum dat., Heind. ad Plat. Gorg. 229. ad Apol. p. xi." Schæf. Mss. " Læta cantio, Clem. Alex. 2." Wakef. Mss. Plato de Rep. 10, 7. p. 359. ὕμνους θεοῖς. Schleusn. Lex.

A V. T. Vide Ὑμνέω.]

Ὑμνογράφος, Hymnorum scriptor: ut Homerus, Orpheus, Callimachus: inter Christianos autem Gregorius, Synesius, Tertullianus, Ambrosius, Prudentius, atque alii. Eo autem nomine κατ' ἐξοχὴν vocatur interdum David a Christianis Scriptt. Sic Philo de Mundo, Μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ ὁ ὑμνογράφος, οὑτωσὶ λέγων, Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ δι' ἀγγέλων πονηρῶν: [4 Macc. 18, 15.]

Ὑμνοθέτης, ὁ, Hymnorum compositor, Carminum conditor, Poëta; ποιητὴς, Hes. Sic supra habuimus ὕδης. [" Meleager 123. Jacobs. ad Eund. p. 3. Anth. 6, 146. 7, 200. 8, 192. Anal. 1. p. 2. Toup. Opusc. 1, 510. Add. in Theocr. 407." Schæf. Mss. * " Ὑμνοθετήρ, Etym. M." Wakef. Mss. * " Ὑμνολόγος, Dionys. Areop. 182. Andr. Cr. 132. Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 209." Kall. Mss.] Ὑμνολογέω, SIVE Ὑμνολογίζω, Hymnum dico. Martian. Capella 1. init. Nondum vulgata materie cantare deproperas, et ritu nictantis antistitis, priusquam fores aditum-
B que reseres, ὑμνολογίζεις. Sic enim reponendum pro γυμνολογίζεις. [" Ὑμνολογέω, Greg. Nyss. 3, 243." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * " Ὑμνολόγημα, Andr. Cr. 144." Kall. Mss. * " Ὑμνολογία, (Gl. Carmentalia,) Chrys. in Ps. 149. T. 1. p. 908, 10." Seager. Mss. Symm. Job. 33, 26. Ps. 64, 9. " Dionys. Areop. 6, 30. 92. 97. 111." Kall. Mss. * Ὑμνολογικὸς, Athan. 2, 275. " Acta Jun. Bacchi p. 105. Combef." Boiss. Mss. * Ὑμνοποιὸς, Eur. Suppl. 180. Rhes. 6. 51. Μούσης. * Ὑμνοποιέω, Symm. Ps. 55, 11.] Ὑμνοπόλος, i. q. ἀοιδοπόλος, ab ὕμνος, quo significatur ᾠδὴ ποιητικῇ ἐμμελείᾳ συντεθεῖσα, Schol. Soph. p. 99. Suidæ ὁ περὶ τοὺς ὕμνους ἀναστρεφόμενος, afferenti hoc hemistichium, πολλαὶ μητέρες ὑμνοπόλων, de Alcmane; nam et is εὐφθόγγοιο λύρης ἠσκήσατο τέχνην, Δώριον εὐκελάδοισι μέλος χορδῇσιν ὑφαίνων, ut Epigr. 5. in eum quidam cecinit. Utitur et Phalaris eo vocab., Ep. 53. de Stesichoro loquens, Ὃν ἐξ ἁπάντων αἱ καθαρώταται θεαὶ μοῦσαι προὐτίμησαν ὑμνοπόλων, δι' οὗ μέλη καὶ χοροὺς ἐξή-
C νεγκαν. Alibi ὑμνοπόλος κεφαλὴ legitur ap. Eund. [Meleager 1, 13. " Jacobs. Anth. 6, 326. 7, 136. Antip. Sid. 35. Thess. 24. Toup. Opusc. 2, 194. Bergler. ad Alciphr. 250. Valck. Phœn. p. 508." Schæf. Mss. * " Ὑμνοπολέω, Sophronius, Jacobs. Anth. 13, 617." Boiss. Mss. * Ὑμνοπολεύω, Synes. H. 8, 5. Apollin. Metaphr. 171. 180. 210. Lobeck. Phryn. 566.] Dicitur vero ET Ὑμνηπόλος pro ὑμνοπόλος, ut γραμματηφόρος pro γραμματοφόρος. Ὑμνηπολέω, i. e. περὶ ὕμνους ἀναστρέφομαι, Circa hymnos et carmina versor, Occupor in scribendis hymnis s. carminibus: Hes. et Suid. ὑμνηπολεύω, ὑμνείω. [" Boeckh. in Min. 192." Schæf. Mss. * Ὑμνοτόκος, Nonn. D. 26, 203. p. 688.]

Ὑμναγόρας, ὁ, Qui carmina dicit s. pangit, i. q. ὑμνοθέτης, ὑμνοπόλος, ὑμνῳδός: Ἀπόλλων, Epigr. [Anal. 2, 518.] Ubi tamen videndum ne potius id epith. Apollini tribuatur, quia Poëtis sua carmina dictat, s. quoniam lauro eorum tempora redimiens ad dicenda carmina incitat: unde ap. Ovid. Vatis
D Apollinei vocalia ora. [* Ὑμνηγόρος, unde * " Ὑμνηγορέω, Theod. Prodromi Εὐχαριστήριος in Notit. Mss. 6, 526. (7, 249.)" Boiss. Mss. * Ὑμνηγορία, unde * Αὐτοϋμνηγορία, Epiph. 1, 959.

Ὑμνῳδὸς, ὁ, (ἡ,) Hymnorum cantor, Qui carmina pangit, carmina decantat Greg. Naz. adjuncto gen. Ὑ. θείας δόξης, quod interpr., Hymnos de divina majestate canens. [" Eur. Herc. F. 393. (ὑμνῳδοὺς κόρας,) Huschk. Anal. 108." Schæf. Mss.] UNDE Ὑμνῳδία, ἡ, Hymnorum decantatio, etiam Hymnus qui decantatur. De carmine lyrico ap. Phalar. Ep. 53. (p. 268.) Θεῖον ἄνδρα, περὶ κάλλους ὑμνῳδίας ἐπαινούμενον: de Stesichoro, qui in Epigr. λιγύθροος dicitur, et ἀμέτρητον στόμα μούσης. Eund. ibid. dicit Phalaris Musas προτιμῆσαι ἐξ ἁπάντων ὑμνοπόλων, item eum γηρᾶσαι ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι. [" Musgr. Ion. 682." Schæf. Mss.] Inde et VERB. Ὑμνῳδέω, Hymnos canto, Carmina decanto. Plato de LL. 3. Θεῖον γὰρ δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐνθεαστικὸν ὂν γένος, ὑμνῳδοῦν, πολλῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων σύν τισι

χάρισι καὶ μούσαις ἐφάπτεται, Dum carmina pangit, versus condit. || Sicut vero dictum est ὕμνον vocabulo vocari interdum τὸν χρησμὸν, ita sciendum est ὑμνῳδεῖν accipi etiam pro χρησμῳδεῖν, Oracula edere, Responsa dare : ut Eust. quoque ap. Dionys. P. annotavit, Euripidem innuere ὕμνον usurpari ἐπὶ μαντείας, cum ὑμνῳδεῖν dicat pro θεσπίζειν, in Ione, ὀμφαλὸν Μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς, Oracula edit et responsa dat mortalibus. Sed addit Eust. posse ὑμνῳδεῖν accipi etiam pro ἀμέτρως ᾄδειν : forsan quia non omnia responsa ἐμμέτρως reddebantur a Pythia, sed quædam etiam ἀμέτρως, et prosa oratione. Nota ibid. μέσον ὀμφαλὸν dici Delphos, qua de re suo quoque loco dictum fuit. [Hom. Hymn. 1, 761. "Stanl. Eum. 332." Schæf. Mss.]

Βαρυύμνων εὐαγέων ex Epigr. [Anthol. p. 393.] affertur pro Hymnorum sanctorum : tanquam βαρύϋμνος ibi positum sit pro Gravis hymnus, substantive : SICUT Εὔϋμνος a Lascari substantive itidem usurpatum est pro Bonus hymnus. Alioqui βαρύϋμνος adjective acceptum significaret Graves hymnos habens, UT [Εὔϋμνος, Hymnos. Laude dignus, Hom. H. 1, 19. 207. " Wakef. Alc. 459. Christod. Ecphr. 70. Toup. Opusc. 1, 77. Ilgen. ad Hymn. 195. 198." Schæf. Mss. Callim. H. in Del. 4. in Apoll. 3. Εὐυμνότατος, Fr. 36. * Εὐυμνέω, unde * Εὐϋμνία, Hes. v. Εὐμολπία.] Πολύϋμνος, Multos habens hymnos, Abundans hymnis, Aristoph. [Ἱππ. 1325. " Wakef. Ion. 1093. Musgr. 1074." Schæf. Mss. " Synes. H. 1, 26." Boiss. Mss. Hom. H. 25, 7. Orph. H. 54, 1. 75, 12. Eur. Ion. 1074. * " Πολυϋμνία, (Una Musarum, Jacobs. Anth. 11, 196. ad Charit. 683." Schæf. Mss. Vide Πολυμνία. * " Ὑπέρυμνος, Theophyl. Epist. 44. μελῳδίας, male pro * ὑπερκυκνίους." Schn. Lex. * Φίλυμνος, Anacr. 43. τέττιξ.]

[* " Ἐφύμνιος, Jo. Damasc. H. in Theog. p. 4. Ed. Par. 1570." Boiss. Mss. " Qui hymno peragitur, Andr. Cr. 126. προπομπῇ, 128. θεολογία, 164. λόγος." Kall. Mss.] Ἐφύμνιον, τὸ, Carmen quod hymno succinitur, Canticum quod post hymnum decantatur, simpliciter Quod hymno succinitur, ut Bud. interpr. Suidæ τὸ ἐπὶ τῷ ὕμνῳ ᾆσμα : Apoll. Rh. 2, (713.) Ἔνθεν δὴ τόδε καλὸν ἐφύμνιον ἔπλετο Φοίβῳ. [" Abresch. Æsch. 2, 48. ad Callim. 1. p. 62. (H. in Apoll. 97.)" Schæf. Mss. * Μεθύμνιον, Photio τὸ μετὰ τὸν ὕμνον· ἢ ἡ μετὰ μέθης ᾠδή. * Μεσύμνιος, Hephæst. 11. p. 129. Gaisf.]

[* Ὑμνώδης, Philostr. 204. Τὸν φιλοθύτην ἐνθεώτερον καὶ ὑμνώδη, sed locus est dubius. * Ὑμναῖος, Heliod. 3. p. 129=133. Commel.]

Ὑμνέω, i. q. ὕδω s. ὑδέω, sed usitatius, idque tam in prosa quam in carmine, i. e. Carmine dico, celebro, Hymnis laudes alicujus dico, Hymnis decanto. Proprieque de Poëtis dicitur, et iis qui carmina recitant. Hom. Hymno in Apoll. (178.) Αὐτὰρ ἐγὼ οὐ λήξω ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα Ὑμνέων : paulo post, Μοῦσαι μέν θ' ἅμα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Ὑμνεῦσίν ῥα θεῶν δῶρ' ἄμβροτα, ἠδ' ἀνθρώπων Τλημοσύνας. Paulo ante autem de Deliacis puellis dixerat, Αἵ τ' ἐπεὶ ἂρ πρῶτον μὲν Ἀπόλλων' ὑμνήσωσιν, Αὖτις δ' αὖ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν, Μνησάμεναι ἀνδρῶν τε παλαιῶν ἠδὲ γυναικῶν, Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι δὲ φῦλ' ἀνθρώπων. Ubi ὑμνεῖν et ὕμνον ᾄδειν idem fere sunt, nisi quod illud activum est, hoc autem neutralis verbi ὑμνῳδεῖν locum obtinet. Thuc. quoque usus est hoc verbo in ea signif., sed quasi neutrali. Sic enim ille 1, (21.) p. 8. Ὡς οἱ ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν, Quemadmodum ea Poëtæ celebrarunt. Alioqui in prosa solet accipi simpliciter pro Prædico, Dico : Plato de Rep. 2. Πάντες ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν ὡς καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη, Uno ore prædicant, dicunt. Item Prædico, Celebro, (ut dicitur aliquid prædicari et celebrari, cujus fama spargitur,) Decanto, Laudibus celebro, Laudo. Herodian. 1, (13, 17.) Τῶν κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὸν ὑμνούντων, Adulatoribus eum fortitudinis gloria celebrantibus, Polit. : Thuc. cum duplici accus., rei et personæ, dixit 2, (42.) p. 61. Ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν, Quæ in urbis laudem et gloriam dixi, Ob quæ urbem prædicavi et laudibus extuli. Schol. ibi subaudit præp. εἰς, quam in Herodiani loco adjunctam habes. Pass. autem voce et signif. Herod. (5, 67.) dixit ὑμνέαται, sed Ionice pro ὕμνηνται, Celebrati sunt. Sic Isocr. Ὡς καλῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων, ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι ἠβουλήθησαν, Celebrari. || Ὑμνῆσαι J. Polluci est etiam τὸ τὸν ὑμέναιον ᾆσαι, quod Athen. dicit γαμικὸν ὕμνον ᾄδειν. || Ὑμνῶ accipitur κατ' ἀντίφρασιν etiam pro Convitior, Incuso, Accuso, κακολογῶ, Eust. 634. afferens ex Eur. τὴν ἐμὴν ὑμνοῦσ' ἀπιστοσύνην. Et ex Æsch. (S. c. Th. 7.) Ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυῤῥόθοις. Ubi etiam vocabuli ὕμνος similem usum affert, ex Eur. Med. (426.) ἐπεὶ ἀντ-Ἄχησαν ὕμνοι Ἀρσένων γέννᾳ, i.e., inquit, αἱ κατὰ τῶν ἀῤῥένων ὕβρεις. Est autem superior ille locus Eur. desumtus itidem e Med. (423.) et proxime citatum paulo præcedit, ubi chorus dicit, Τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν Στρέφουσι φᾶμαι· Ἔρχεται τιμὰ γυναικείῳ γένει· Οὐκέτι δυσκέλαδος Φάμα γυναῖκας ἕξει. Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων Λήξουσ' ἀοιδᾶν Τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν : Carmine perstringere et diffamare, vel etiam simpliciter, Decantare, Divulgare, Celebrare. Rectius Maledictis celebrare, ut Cic. dicit, Quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est. Suid. quoque annotat ὑμνεῖν accipi pro μέμφεσθαι, λοιδορεῖν, idque tum a Soph. et Æschylo, tum a Plat. de Rep. 1. (p. 329) Cujus verba, ad quæ respicit, hæc sunt, Καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον. Apud eund. Plat. ὑμνεῖν accipiunt pro Deplorare, (ut Suidas quoque exp. ὀδύρεσθαι,) cum dicit Epist. 7. Πολλοῖς καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτα ἐπιμελὲς, Hæc deplorare et lamentari, multis etiam aliis curæ est. Sic vero et ap. Soph. ὑμνῆσαι Schol. exp. θρηνῆσαι, El. (384.) p. 99. Ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ Στέγῃ, χθονὸς τῆσδ' ἐκτὸς ὑμνήσεις κακά. Sed Eust. ὑμνήσεις κακὰ ibi accipit pro ὑβρίσεις. [" Thom. M. 563. Eur. Ion. 1612. Stanl. Eum. 188. Boiss. Philostr. 396. 463. Boeckh. in Min. 192. ad Charit. 206. 215. Valck. ad Phœn. 441. Hipp. p. 177. Timæi Lex. 262. et n., Ilgen. ad Hymn. 216. Brunck. El. 382. Musgr. Andr. 620. Perhibeo, Valck. Hipp. p. 164. 167. Fut., Eur. Tro. 361. 385. Musgr. ad 361. De quant., Porson. Med. p. 39. Ὑμνέομεν, ὑμνέωμεν, Jacobs. Anth. 10, 411. Τὰ ὑμνούμενα, Valck. Oratt. 327." Schæf. Mss. " Flebiliter canto, Plut. 2, 129." Wakef. Mss. Heind. ad Plat. 3, 387. " Ὑμνεῖν et ὕμνος eximie Græcis usurpabantur de Canticis in honorem Deorum cantatis. Scripserat in Discipulum quendam suum carissimum, Hermiam, Hymnum Aristoteles a Diogene L. servatum, 5, 5. at, quod hominem mortalem hymno fuerat Philosophus dignatus, a sacro quodam nebulone Athenis impietatis fuit accusatus, et vix periculum evasit. Hymni veterrimi in Deorum laudes ad altare, dum sacra fierent, cantati supersunt nobis sub Orphei nomine vulgati. Paulo diversi generis sunt Hymni, qui dicuntur, Homerici. De Hominibus, qui propter excellentem præstantiam divini quid habere videbantur, eorumque laudibus, v. ὑμνεῖν itidem adhibetur. Carmen suum in Musis amicum Regem Ptolemæum sic orditur Theocr. 16. Αἰεὶ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει — Ὑμνεῖν ἀθανάτους· ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν." Valck. Schol. in Ep. ad Hebr. 2, 12.]

Poëtæ metri causa dicunt ETIAM Ὑμνείω pro Ὑμνέω, ut ὑδείω pro ὑδέω, et πνείω pro πνέω. Hesiod. Ἔργ. init. Μοῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι, Δεῦτε, Δί' [al. δὴ] ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι, Carmine celebrantes, ᾄδουσαι καὶ εὐλογοῦσαι, ut Hes. ὑμνεῖ exp. εὐλογεῖ, ᾄδει. Sed potius accipitur neutraliter eo loco ὑμνείουσαι pro ὑμνῳδοῦσαι, s. ὕμνους ᾄδουσαι.

Ὕμνησις, ἡ, Celebratio ; peculiariter vero Ea quæ fit hymnis s. carmine. Pro Laudum decantatione affertur e Greg. Naz. [Diod. S. 4. p. 150, 41. Schleusn. Lex. V. T. * Ὑμνήσιος, Ælian. H. A. 12, 5. Cf. Τιμήσιος.] Ὑμνητὴρ, ῆρος, SIVE Ὑμνητής, ὁ, Celebrator, Laudator; sed proprie Qui carmine laudes alicujus celebrat. Ὑμνητὴρ vero ex Epigr.

[Leon. Tar. 80. :] affertur etiam pro Cantator, Poëta, ut i. sit q. ὑμνῳδὸς, s. ὑμνοθέτης, aut ὑμνοπόλος. Apud Suid. τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων Κύκνον. [" Ὑμνητὴρ, Opp. Ἁ. 3, 7. * Ὑμνητήριος, Ad carmina pertinens, Villoison. Anecd. Gr. 1, 122." Wakef. Mss. " Eudocia p. 122." Schleusn. Mss. Theod. Prodr. in Notit. Mss. 6, 525. Const. Manass. Chron. p. 98=186.' Eust. ad Dionys. P. 576. * Ὑμνήτειρα, Greg. Naz. Epigr. 94. Murator. * Ὑμνήτρια, * Ὑμνητρὶς, J. Poll. 1, p. 25. Ὑμνητὴς, Gl. Cantator. * Ὑμνητικὸς, Strabo 10. p. 717. * " Ὑμνητικῶς, Dionys. Areop. de Div. Nom. 1, 4. (158.) * Ὑμνητέον, 12, 1. 3. (232.)" Kall. Mss. Plato Epinom. 983. " Lucian. 3, 505." Schæf. Mss. * Ὑμνητὸς, Pind. Π. 9, 33. LXX. Ps. 47, 2. Dan. 3, 54. 56. * " Πανύμνητος, Athan. 1, 329. Method. 400. 429. Amphil. p. 3. 43." Kall. Mss. " Jo. Climac. Scala p. 422." Boiss. Mss.] " Πολύμνητος, affertur pro Multum decantatus, pro " quo πολυύμνητος potius diceremus," [quod habet Pind. N. 2, 8. " Musgr. Ion. 1074." Schæf. Mss. " Demetr. Cydon. ap. Yriart. Catal. Matrit. 470. Greg. Naz. 62. Mont., Const. Manass. Chron. p. 43. Theodoret. H. E. (2, 30.) 4, 21. p. 176. Eunap. Fr. Legat. 220=481. Euseb. V. C. 1, 3. p. 333." Boiss. Mss. " Chrys. Hom. 106. T. 5. p. 689, 31." Seager. Mss. " Dionys. Areop. 20. 30. 233. Andr. Cr. 191. M. Anton. 7, 6. Amphil. 43. Suid. v. Ἀδὰμ, Clem. Alex. 73. Euseb. H. E. 406." Kall. Mss.] Ὑπερύμνητος, Laudibus super omnia evectus, evehendus, Summis celebratus s. celebrandus laudibus. [Ὑπερυμνητὸς, ad Daniel. 3, 30. 32. Cant. tr. Puer. 23. 24.]

Ἀνυμνέω, itidem Celebro, Decanto, Laudibus celebro et eveho, Lucian. [3, 590. " T. H. ad Plutum p. 214. Musgr. El. 1190." Schæf. Mss.] Ἐξυμνέω, idem. Exp. enim Hymnis prosequor, Celebro. [Alciphr. 3, 55. * Προεξυμνέω, Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 95.] Ἐφυμνέω, itidem Decanto, Celebro, ap. Plat. de LL. In malam autem partem Soph. Œd. T. (1274.) Τοιαῦτ' ἐφυμνῶν pro δυσφημῶν, teste Eust. 634. Ejus tamen Schol. accipit pro ἀνοιμώζων. Est autem locus ille p. 202. meæ Edit. Rursum idem Schol. ἐφυμνήσασα ap. Eund. exp. καταρασαμένη, in Antig. (1305.) p. 266. λοίσθιον δέ σοι κακὰς Πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ, Diras imprecata tibi, ut liberorum tuorum occisori: [658. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία. Barker. ad Etym. M. 1020-2. " Wakef. Eum. 905. Brunck. Soph. 3, 428. 512. ad El. 382. Musgr. Andr. 620." Schæf. Mss.] Καθυμνέω, i. q. ἐφυμνέω. [" Bergler. ad Alciphr. 220. ad Charit. 215." Schæf. Mss. Hymnus Cleanthis. * " Προσυμνέω, Schol. Theocr. 2, 11. * Συνυμνέω, (Gl. Concano,) Idem ad 10, 24. Synes. H. 3, 93. 131." Boiss. Mss. " Clem. Alex. 74." Kall. Mss.]

ΦΟΒΗ, ης, Coma. Secundum quosdam autem proprie Juba, quæ de equo et leone dicitur. Ac certe si verum est φόβην dictam ex eo, quod φόβον incutiat, i. e. Metum, de leonis potissimum juba verum hoc videri potest. Etym. tamen φόβη exp. generaliter θρίξ: subjungens, παρὰ τὸ φοβεροὺς εἶναι τοὺς κομῶντας. J. Poll. postquam tria hæc conjunxit, κόμην, χαίτην, et λάχνην, quæ quidam interpr. Comam, Cæsariem et Crines, addit, hæc autem quatuor, φόβαι, ἔθειραι, σμήριγγες, et ἕλικες carmini convenire, s. potius ad carmen pertinere. Quem pluralem habemus in isto jambo (Sophoclis El. 459.) qui affertur a Suida, Τεμοῦσα κρατὸς βοστρύχων ἄκρας φόβας, ubi exp. τρίχας. Idem postquam φόβη exposuit κόμη, item θρὶξ, subjungit ex aliquo itidem versu, ut opinor, ὅστις φόβῃσι ξανθοτάτοις ἐκόμα. Invenitur autem et singularis non raro; nec certe putandum est, cum J. Poll. dicit φόβαι esse Poëtarum, voluisse negare φόβη ap. eos reperiri; ideoque immerito hoc nomine reprehenditur in VV. LL. Soph. Œd. C. (1464.) ἐς ἄκραν Δεῖμ' ὑπῆλθ' κρατὸς φόβαν, Summos capitis crines subiit metus. Virg. Steteruntque comæ. De frondibus quoque, inquit Cam., usurpavit in Antig. (419.) πᾶσαν αἰκίζων φόβην Ὕλης πεδιάδος. Sic Nicander Θ. (564.) dixit φόβην κυπαρίσσου, ubi φόβη exp. θρὶξ, et τὰ φύλλα. Et Eur. Alc. (170.) Πτόρθων ἀποσχίζουσα μυρσίνων φόβην. Et comæ vocabulo similiter usus est Virg., posuitque comas et brachia ferro. Sic e Theophr. affertur, H. Pl. 8, 3. Τὰ μὲν χεδροπὰ λοβὸν ἔχει, τὰ δὲ κεγχρώδη φόβην· ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις, φόβη: Legumina quidem siliquam ferunt, quæ vero miliacei generis, fobam, i. e. comam, s. jubatum culmum, ut interpr. VV. LL. Ubi additur, esse Fobam, culmi appendicem et processum. Et hoc nomen Foba pro Loba esse passim reponendum ap. Plin., (quod Loba pro Obfa restituerit Hermol.,) ut 18, 7. Panicum a paniculis dictum, cacumine languido nutans, paulatim extenuato culmo, pene in surculum prædensis acervatur granis, cum longissima pedali foba: milii comæ granum complexæ fimbriato capillo curvantur, etc. Itemque paulo post, de milio, Adolescit ad pedes altitudine septem: fobas vocant. Apud Theophr. autem H. Pl. 4, 5. de orizæ coma, perperam legi φόρβην pro φόβην annot. ["Jacobs. Anth. 7, 351. 9, 403. Exerc. 1, 123. Dionys. H. 1491. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 67. Valck. Phœn. p. 434. Toup. Opusc. 1, 470. Wakef. S. Cr. 2, 108. De hominibus, Wakef. Herc. F. 748. De plantis, Valck. Hipp. p. 185." Schæf. Mss.

" Coma, Lycophr. 976." Kall. Mss. Hinc * Φοβάω, unde πεφοβῆσθαι, Hesychio κεκοσμῆσθαι, κομᾶν.]

ΦΕΓΓΟΣ, τὸ, Splendor. Item, Lux, Lumen: φῶς ἡμέρας, φέγγος σελήνης, Hes. In Epigr. (Antip. Thess. 41.) φέγγος φάους, Splendor lucis. Ibid. pro Luce, i. e. Vita, Οὓς γλυκεροῦ φέγγους Ζώπυρος ἐστέρισε, Quos luce jucunda Zopyrus medicus orbavit. Est autem in aliquo et ap. prosæ Scriptores usu. Gaza metaphorice usus est, cum hæc Cic. verba in l. de Sen., Alterum lumen civitatis extitisset, vertit, Ἕτερον ἂν φέγγος ἐκεῖνος τῆς πόλεως ἀνεφάνη. In quodam versu, quem Athen. (61.) affert, legisse mihi videor pro Die: quam signif. et nomini φάος esse notum est. [" Eurip. Epigr. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 23. 7, 106. 11, 112. (imo decora:) 12, 9. Anim. 80. Wakef. Herc. F. 220. Toup. Opusc. 1, 20. Musgr. ad Hec. 367. Steinbr. Mus. Tur. 1, 182. 324. Valck. Hipp. p. 284. ad Charit. 223. Dies, Jacobs. Anth. 7, 373. Brunck. Aj. 131. Valck. Callim. 200. Phœn. p. 441. 564. Beck. p. 223. Sic Lux, ad Corn. Nep. p. 51. Stav." Schæf. Mss. Aristoph. B. 454. Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος Καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν. * Φεγγοτόκος, Epiphan. 286.]

Ἀφεγγὴς, Splendore carens s. Luce, Minime lucidus, Tenebricosus, [" Jacobs. Anth. 9, 50. 12, 83. ad Lucian. 1, 364. Brunck. Œd. C. 1481. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 324." Schæf. Mss. * Ἀφέγγεια, Max. Tyr. 401. * Διαφεγγὴς, Lucian. 2, 427. * " Δυσφεγγὴς, J. Poll. 5, 109." Kall. Mss. * Ἐριφεγγὴς, Valde Splendidus, Manetho 6, 22. μήνη. " Proclus H. in Sol. 6. in Mus. 13. ad Charit. 771." Schæf. Mss.] Εὐφεγγὴς, Pulcrum splendorem habens, Pulcre splendidus, Valde splendidus, lucidus; simpliciter Splendidus, Lucidus, [" Toup. Opusc. 1, 137. 2, 48. 77. Emendd. 1, 209. * Εὐφέγγεια, Jambl. Protr. 346. K., Toup. Opusc. 1, 137. * Εὐφεγγία, ibid." Schæf. Mss. Suid. 1, 914. Phav. 331.] " Ζαφεγγὴς, Admodum lu- " cidus s. splendidus: unde ζαφεγγεῖς, Hes. σφοδρῶς " λαμπροὶ καὶ πάνυ ἐπιφανεῖς." [* " Θεοφεγγὴς, Divine splendidus, Euseb. H. E. 384. * Ἱεροφεγγὴς, Sancto lumine fulgens, Andr. Cr. 195." Kall. Mss.] Καλλιφεγγὴς, sicut et εὐφεγγὴς, Pulcrum splendorem habens s. Pulcram lucem; Pulcre splendens, lucens. At εὐφεγγὴς posse et aliter exponi dictum est. [" Jacobs. Anth. 6, 319. Valck. Phœn. p. 4." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 97. var. lect." Boiss. Mss. * " Κλυτοφεγγὴς, Manetho 2, 148. ad Charit. 729." Schæf. Mss.] " Λιποφεγγὴς, Quem lumen deficit, Cæcus," [Musæus 238. Manetho 1, 65. " Jacobs. Anth. 12, 83." Schæf. Mss. * Μεγαλοφεγγὴς, Hes. v. Ζαφλεγέες. * Νεοφεγγὴς, Nova luce splendens, Manetho 2, 489. μήνη. * " Ὁμοφεγγὴς, Nonn. D. 5, 113." Wakef. Mss. * " Οὐρανοφεγγὴς, E cœlo resplendens, Andr. Cr. 113." Kall. Mss.] " Παμ- " φεγγὴς, Totus lucidus, Illustris, Fulgidus," [Soph. El. 105. * " Περιφεγγὴς, ad Charit. 771." Schæf. Mss. Orph. Arg. 212. L. 171. Fr. 6, 32.] " Περι- " φέγγεια, Circumfusus splendor, Circumfusa lux," [Plut. 9, 543.] Πολυφεγγὴς, Multum splendoris habens, aut lucis, Multum splendidus, Multum lucidus, [" Procl. H. in Sol. 32." Boiss. Mss. " Ad Charit. 744." Schæf. Mss. * Τριφεγγὴς, Theod. Prodr. Ep. 100. Pisid. Opif. 395. * Ὑπερφεγγὴς, unde * Ὑπερφέγγεια, Jambl. V. P. 67. * Χρυσοφεγγὴς, Epith. Solis, Eur. Phaëth. ap. Schol. ad Orest. 1389." Kall. Mss. " Valck. Phœn. p. 12." Schæf. Mss.]

Φεγγώδης, [e * Φεγγοειδὴς,] Splendore abundans, s. Luce, aut Lumine, Luminosus, VV. LL. e Greg. Naz. Φ. Ἰησοῦς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. [* Φεγγαῖος, Æneas c. 10. σύσσημον, Schneidero susp.]

[* " Φεγγίτης, ὁ, Fenestra, Tzetz. ad Lyc. 98." Kall. Mss.] " Βραχυφεγγίτης, Breve s. Exiguum lu- " men præbens, * ὀλιγοφαὴς Suidæ, afferenti hoc " hemistichium, Καὶ βραχυφεγγίτου λύχνον σέλας:" [leg. βραχὺ φ., vide Anal. 2, 214. " Jacobs. Anth. 9, 152." Schæf. Mss. * " Πυῤῥοφεγγίτης, Heliod. de Chrysopœia 123." Schleusn. Mss.]

[* Φεγγάριον, τὸ, Luna, recentiori Græcitati, Corai. ad Heliod. 290.]

Φέγγω, Splendorem præbeo s. Lucem, Splendi-
A dum reddo s. Lucidum, Illumino, Illustro; λαμπρύνω, Hes. At PASS. Φέγγομαι, ex Aristoph. (B. 346.) Splendeo, Fulgeo, Luceo. [Æneas c. 26. ὁ λαμπτὴρ φεγγέτω, Apoll. Rh. 4, 1714. αὐτίκα δ' Ἠὼς Φέγγεν ἀνερχομένη. * Καταφέγγω, Longin. 34, 4. Καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας.]

ΦΕΙΔΟΜΑΙ, Fut. σομαι, Pr. εισμαι, Parco, Remitto pœnam, Do veniam, Ignosco. Exp. et Misereor. Od. X. (54.) σὺ δὲ φείδεο λαῶν Σῶν. Apud Eund. (Il. Φ. 101.) legitur ab hoc verbo INFIN. Πεφιδέσθαι, medii aor. 2 Ionici, ITEM (O. 215. Ω. 158.) Πεφιδήσεται tertia pers. fut. medii, vel paulo post futuri, tanquam a φιδῶ, φιδήσω. Vide Eust. [Πεφιδημένος, Nonn. D. 12, 392.] Usitatum non minus est in prosa. Thuc. 3, (59.) Φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ. Plut. Galba, Διεκελεύετο φείδεσθαι τοῦ αὐτοκράτορος. Herodian. 7, (10, 2.) Οὔτε φεισόμενον τινός: 2, (13, 15.) Ἐγὼ δὲ φείσομαι μὲν ὑμῶν, ὡς μὴ φονεῦσαι. Est autem observandum hoc lo-
B quendi genus, quo et alibi utitur, sc. 6, (1, 15.) Ὅμως ἐφείσατο ὡς μὴ φονεῦσαι, Tamen ab illorum cæde abstinuit, Polit. Ceterum videtur φείδεσθαι, quando est junctum genitivo βίου, item ψυχῆς, aliisque nonnullis, ad hanc signif. referendum esse: Dem. (1394.) Εἰς πεῖραν ἦλθον ἀγῶνος, εἰς ὃν οὐδὲ τῆς ψυχῆς ἐφείσαντο: || Φείδομαι, Parco, Parce utor, Sum parcus. Hesiod. (Ἔργ. 2, 222.) μὴ φείδεο σίτου, Ne parcas cibo, Ne parce utaris cibo, VV. LL. Et χρημάτων φείδεσθαι, Xen. (Ἀγ. 7, 1.) Parcere pecuniis, Uti cum parsimonia.' Apud Synes. Φείδεσθαι τοῦ χρόνου, Parcere tempori, Esse parcum temporis. Interdum vero est Abstineo, Tempero ab. Atque adeo et verbo Detrecto commode alicubi reddi videtur. Xen. K. Π. 3, (2, 13.) Τῶν μὲν ὑμετέρων ἡδύ μοι φείδεσθαι, φίλους γὰρ ὑμᾶς ἤδη νομίζω, παρὰ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ ἡδέως ἂν λάβοιμι, εἰ διδοίη. Sic φείδεσθαι τῆς ἀμετρίας τοῦ λόγου, Abstinere a prolixitate nimia. At φείδεσθαι κινδύνου ap. Xen. est Abstinere periculo, i. e. Nolle se committere periculo, Nolle periculum
C adire, parcendo sibi, vel respiciendo se. In VV. LL. e Plat. Μηδὲν φειδόμενος pro Nihil omittens, Sedulo agens, ubi μηδὲν adverbialiter capi videtur. Sed affertur et e Soph. Aj. (115.) φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς, pro Nihil remittas eorum quæ in animo habes. Ego tamen non video quid obstet, quin et hic μηδὲν adverbialiter accipiatur. Φείδομαι invenitur etiam infinitivo junctum, et quidem ap. ipsum etiam Xen. aliquoties, K. Π. 1, (6, 19.) Φείδου, εἴτι ἔχεις, διδάσκειν: (16.) Φείδεσθαι τοῦ μὴ λέγειν. Sic ap. Lat. Parco infinitivo quoque jungitur, sed in carmine potius quam in soluta oratione.

PARTIC. Φειδόμενος, Parcens, Qui parcit. Sed tanquam nominis usum præstans aliquando redditur etiam Parcus. Sic ADV. Φειδομένως, Parce, Cum parsimonia. Paul. 2 ad Cor. 9, (6.) Ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει. [Plut. Alex. 25.] Affertur vero et a præt. formatum ADV. Πεφεισμένως itidem pro Parce. [" Euseb. H. E. 188. 292." Kall. Mss.] At in VV. LL. perperam Πεφισμένως, cum ι, quod male
D item exp. Molliter. Hanc autem a præt. formationem sequitur etiam NOMEN Φεισμονὴ, ἡ, Parsimonia. Item, Affectus quo adducimur ad parcendum. In VV. LL. Misericordia, quoniam a Suida exp. εὐσπλαγχνία. AT Φειστέον, Parcendum est, a tert. pers. πέφεισται. [" Clem. Alex. (251.) 294." Kall. Mss.]

[Φείδω, Schol. Greg. Naz. 60. Montac. " Ad Mœr. 388. Φείδομαι, Wakef. Herc. F. 1321. Phil. 749. Jacobs. Anim. 234. Anth. 7, 213. 8, 80. 10, 64. 11, 48. 145. Valck. Adoniaz. p. 342. Anim. ad Ammon. 189. Ruhnk. Ep. Cr. 171. Zeun. ad Xen. K. Π. 119. Abresch. Lectt. Aristæn. 280. Toup. Opusc. 1, 260. Lucian. 1, 497. Xen. Eph. 24. Plut. Mor. 1, 430. 449. Sequ. infin., Bergler. Alciphr. 413. Huschk. Anal. 237. Diodor. Zon. 5. Jacobs. Anth. 8, 221. Porson. Or. 387. Cum infin. et μὴ, Epigr. adesp. 300. Lucian. 3, 300. Φειδόμενος, Jacobs. Anth. 11, 57. Πεφιδημένος, Wakef. S. Cr. 3, 56. * Φειδέομαι, Koen. ad Greg. Cor. 222. (=469.) ad Herod. 623. Φειδευμενος, Jacobs. Præf. ad Theocr. 1. p. xiii. Φιδέω, Wakef. S. Cr. 4, 66. Cattier. 16."

Schæf. Mss.' "Φείδομαι, Leniter contrecto, Nonn. A D. 1, 6. (φειδομέναις παλάμῃσι.)" Wakef. Mss.* "Φίδομαι pro φείδομαι, Manetho 5, 309." Schleusn. Mss. Dosiadæ Ara 1.]

[* Ἐπιφείδομαι, Dio Cass. 197.] "Περιφείδομαι, "Parco, ut περιφείδεο ζωῆς in Epigr. Parce vitæ. Sic "ap. Apoll. Rh." [1, 620. περιφείσατο πατρός. "Theocr. Epigr. 8. ad Livium 1. p. 30. Pierson. Veris. 41." Schæf. Mss. "Plut. Lucullo p. 902. HSt." Seager. Mss. * Προφείδομαι, Isocr. Archid. 1. Vide Corai. T. 2. p. 86. Φίδομαι, Manetho 5, 309. * Ἀπροφίδητος, 267. * Ὑποφείδομαι, Lucian. 3, 330. Xen. K. Ἀ. 4, 1, 6. "Thom. M. 852." Schæf. Mss. * Ὑποφειδομένως, Plut. Alex. 28.]

Φειδώ, όος, οῦς, ἡ, Parsimonia. Hesiod. Ἔργ. (1, 367.) δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ, Gravis est in fundo parsimonia. Erasmus in Prov. Sera in fundo parsimonia, vertit, Absurdum siquidem et grave in imo parcere fundo. Od. Ξ. (92.) Κτήματα δαρδάπτουσιν ὑπέρβιον, οὐδ' ἔτι φειδώ. Synes. Ep. 57. Τίς φειδὼ ῥημάτων; Interdum autem sine adjectione genitivi, B Aristot. Rhet. 2. Καὶ οὔτε πρὸς φειδὼ, οὔτε πρὸς ἀσωτίαν. || Interdum autem sequendo alteram verbi φείδομαι signif. ponitur pro Ipsa parcendi actione, ut ita dicam. Herodian. 4, (6, 1.) Οὐδέ τις ἦν φειδὼ ἡλικίας, οὔτε μέχρι νηπίων, Sic ut ne ætati quidem infantium parceretur, Polit. Itidem ap. Synes. Καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίσαντο, ἀῤῥένων δὲ οὐδεμία φειδὼ, Nullis masculis pepercerunt. Et φειδὼ ποιήσασθαι, ap. Joseph. Φειδὼ ποιήσασθαι τῶν διὰ χρηστότητα περιλειφθέντων, i. e. φείδεσθαι. Bud. postquam dixit φειδὼ ab LXX. Interprr. in Sapient. poni pro Indulgentia, subjungit e Synes. hunc locum tanquam similem habentem usum hujus nominis, Σὺ δ' ἂν ἠπίστασο τἀληθὲς ὅτι φειδοῖ καὶ κηδεμονίᾳ τῇ σῇ τὴν κατηγορίαν εἰλόμην, i. e., inquit, In gratiam tuam, et ut tibi parcerem, Ut te majore discrimine levarem. [" Jacobs. Anth. 8, 80. Brunck. ad Eur. Hipp. p. 388. Abresch. Lectt. Aristæn. 136. Bergler. Alciphr. 202. Valck. Diatr. 63. Ποιεῖσθαι φ., Kuster. V. M. 95. Diod. S. 1, 683. et Ind. Gr. Φειδοῖ, Heyn. C Hom. 4, 699." Schæf. Mss. Il. H. 409. Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθνειώτων Γίγνετ', Schol. φροντίς.]

Φείδων, ωνος, ὁ, Parcus, in Epigr. Ibid. est Nomen proprium. [Conf. c. Φίλων, Bast. Ep. Cr. 246.] Affertur vero et pro Vase oleario ex Aristot. et J. Poll. [10, 179. " Bergler. Alciphr. 349." Schæf. Mss.] Invenitur ETIAM Φειδὸς pro Parcus, quod peculiare Comicis esse putatur, Eust. [Il. E. p. 407. " Callim. 1. p. 580. (Fr. 460. ubi * Φιδός:) ad Mœr. 388." Schæf. Mss. Φειδότεροι, Democritus Stobæi Serm. 81.] Magis certe usitatum utroque horum est NOMEN Φειδωλός. Aristot. Eth. 4, 1. Φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες. Ex Aristoph. (N. 421.) genere etiam fem. φειδωλοῦ γαστρός. E Plut. Galba (3.) Τὸ φειδωλὸν substantive pro Parsimonia: Τὸ φειδωλὸν ἐν δαπάναις. Apud Hesiod. autem φειδωλὴ γλῶσσα in bonam partem, Lingua quæ sibi temperat: (Ἔργ. 2, 337.) γλώσσης θησαυρὸς ἄριστος Φειδωλῆς. [" Plato Phædro 283. Mœr. 387. et n." Schæf. Mss. Schol. Aristoph. Πλ. 237. Φειδωλότατος χρημάτων, Arrian. Anab. 7, 28, 8. D * Φειδωλῶς, Gl. Parce, Schol. Aristoph. A. 227. Plato de Rep. 559.] ITEM Φειδωλὴ substantive Parsimonia, quæ ETIAM Φειδωλία: illud ex (Il. X. 244.) affertur, hoc e Greg. Naz., copulante μικρολογία καὶ φειδωλία, ubi Bud. interpr. Nimia parsimonia: addens eis opponi μετάδοσιν καὶ φιλανθρωπίαν, Erogationem et caritatem. [" Φειδωλή, Jacobs. Anth. 8, 80." Schæf. Mss. " Φειδωλία, Clem. Alex. 271." Wakef. Mss. Plato ap. Bekk. Anecd. 115. ** Ἀφείδωλος, unde * Ἀφειδωλέω, e quo] Ἀφειδωλία, quod ex J. Poll. 3. affertur pro Munificentia, Profusione citra parsimoniam. Sed cum Profusionis appellatione nolim addere Citra parsimoniam.

" Φείδυλος, Parcus, ap. Etym. in Φειδωλός. [* Φειδύλος, Nom. propr., Bast. Ep. Cr. 245.]

Ἀφειδής, Non parcens, Qui non parcit: ἀφειδὴς τοῦ βίου, Aristot. Eth. 4, (3. p. 167. Wilk.) Qui vitæ suæ non parcit. Apud Thuc. autem (4, 26.) Ἐκείνοις ἀφειδὴς ὁ κατάπλους καθεστήκει, exp. ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν κατέπλεον. Interdum vero Ἀφειδής, Qui parsimonia non utitur, etiam In quo quis parsimonia non utitur, Profusus, Immodicus: Ἀφειδῆ καὶ ἄκριτα ἀναλώματα, Polit. vertit ap. Herodian. (2, 7, 3.) Sumtus insanos. [" Jacobs. Anth. 7, 270. 8, 286. 9, 36. 11, 126. Valck. Adoniaz. p. 410. Abresch. Lectt. Aristæn. 136. Musgr. Bacch. 1063. Fac. ad Paus. 1, 96. Sylb. 61." Schæf. Mss.] Ἀφειδῶς, Ita ut non parcatur, Non parcendo: ut πάντας ἀ. κολάζειν, vel ἀναιρεῖν ap. Herodian. (3, 4, 16. 8, 13.) Nemini parcere, sed omnes interficere. Item ἀ. χρῆσθαί τινι e Plut. (6, 66.) Crudeliter tractare. Et ἀ. ἔχειν τινὸς, Non parcere alicui: ut, Ἡλικίας τε καὶ ἀξιώματος ἀ. ἔχων, Nec ætati, nec dignitati parcebat, ut quidem vertit Bud., qui tamen non nominat horum verborum Auctorem, (qui est Herodian. 7, 3, 7.) Et compar. GRAD. Ἀφειδέστερον, Xen. K. Π. 4, (2, 5.) Κολαζόντων ἀφειδέστερον ἢ ὡς δεσπόται, ubi redditur Severius, Immitius. Est alioqui frequens ἀφειδῶς et pro Absque parsimonia, Citra parsimoniam, Profuse: ἀ. χορηγεῖν, Herodian. (3, 13, 10.) Et [Demosth. 152.] Ἀ. πᾶσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον. Et comp. gr. Dem. Epit. Ὅσῳ περ ἂν προθυμότερον καὶ ἀφειδέστερον τοῦτο παρεσκευασάμην. Itidem cum verbo ἔχειν, ut ἀφειδῶς χρημάτων ἔχειν Herodian. (1, 6, 26.) et Synes. Magnam pecuniarum copiam habere, Pecunia abundare. Nimirum q. d. Habere tantum pecuniarum, ut nulla earum parsimonia sit, aut esse debeat. [" Ad Diod. S. 1, 466. Abresch. Lectt. Aristæn. 136. ad Herod. 610. * Ἀφειδέως, poëtice, Jacobs. Anth. 9, 36. 11, 330. ad Horat. p. 24. Zeun." Schæf. Mss. Herod. 9, 38. Item * Ἀφειδείως, Apoll. Rh. 3, 896. μολπῇ θυμὸν ἀφειδείως κορέσωμεν.] Et SUBST. Ἀφειδία, quo utitur Paul. ad Coloss. 2. in fine, Ἐν ἀφειδίᾳ σώματος, ubi recte fuit redditum per periphrasin, Et in eo quod corpori non parcant. [Liberalitas, Plut. 9, 55.] Item VERB. Ἀφειδέω, Non parco, Lucian. (2, 905.) Τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν, Corporibus non parcere, ut qui corpora quibusvis periculis temere exponunt, possunt dici ἀφειδεῖν eorum. Synes. ἀφειδεῖν ἑαυτοῦ, Sibi non parcere, Profundere vitam. Quibus addo ex Ovidio Prodigum esse vitæ suæ, ut ille dixit animæ. Et ἀφειδεῖν τοῦ βίου, Thuc. Apud Eund. (2, 51.) Ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, Exponebant se periculo s. Committebant, non parcentes sibi, vel, se non respicientes. Quoniam autem qui σώματος ἀφειδεῖ, vel βίου, i. e. qui illis non parcit, utpote exponens facile cuivis periculo, ea videtur contemtui habere: inde factum est ut ponatur etiam pro Contemnere, Contemtui habere, Aspernari, Nullam curam habere. Sic certe ap. Thuc. 2, (43.) Ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου quidam interpr. Contemserint vitam suam. Apud Apoll. Rh. certe, 3, (630.) ἀφειδήσασα Schol. exp. ἀφροντιστήσασα. Et affertur ex Eod. 2, (98.) ἀφειδῆσαν βασιλῆος, pro ἠμέλησαν, κατεφρόνησαν. Item (869.) ἀφειδήσαντας ἀέθλων, Curam nullam certaminum habentes. At vero, Οὐκ ἀφειδήσας τοῦτο ποιεῖν, Bud. e Diog. L., Non veritus hoc facere, Sustinuit hoc facere. || Ἀφειδῶ, sequendo alteram verbi φείδομαι, itidemque nominis φειδώ, signif. Parcus non sum, Parsimonia non utor. Τῶν ἀλλοτρίων ἀφειδῶν, In rebus alienis minime parcus, De alienis prodigus, s. De alieno. [Musæus 302. vide Passow. p. 197. Soph. Ant. 412. Eur. Iph. T. 1354. " Ad Phalar. 311. ad Herod. 610. Contemno, Ruhnk. Ep. Cr. 148. Wyttenb. Select. 332." Schæf. Mss.] " Ἀφιδήσας, Hes. affert pro ἀφροντίσας. Sed " scr. potius ἀφειδήσας, per diphthongum." " Ἀφοιδεῖν, Idem affert pro μὴ φροντίζειν, Non curare, " Negligere; sed forsan scr. ἀφειδεῖν potius." [* Πολυφειδής, Eust. Od. 574, 3. 7. 843, 26.]

[* Φειδάζω, unde * Φειδασμός, Parsimonia, Liban. Decl. T. 4. p. 833.]

¶ Φειδίτιον, τό, VEL Φειδίτειον cum ει in utrobique. Invenitur autem ET Φιδίτιον, quæ scriptura derivationi a verbo Φείδομαι minus consentanea est. Sodalitium quoddam ap. Spartanos, s. Sodalitas simul epulari solitorum, sed frugaliter, et cum parsimonia, e legis præscripto. Unde etiam ita vocatum fuit hoc συσσίτιον, a verbo φείδεσθαι. A Bud. redditur Sodalitas e Cic. Sunt et qui interpr. Convivium sodalium. Itidemque PLUR. Φειδίτια, quod

ap. Athen. et alios non raro legitur, Convivia sodalium. Sed cum magna fuerit illarum epularum frugalitas atque adeo parsimonia, non satis apte fortasse Convivia vocabuntur. Erasmus vertit Cœnationes: cujus tamen verbalis signif. restringi ap. Latinos videmus. Item Locus, in quem conveniebant, qui ejusd. sodalitii erant, ut, Εἰς φειδίτιον κληθεὶς, Bud. ex Athen. HINC Φειδῖται, VEL Φιδῖται, ex Eod. (p. 140.) Qui φειδίτια celebrant. Item ADJ. Φειδιτικὸς, Pertinens ad φειδίτια, Qualis est φειδιτίων. Et φειδιτικὰ δεῖπνα, quæ et φειδίτια, Bud. ex eod. Athen. Invenitur porro ETIAM Φιλίτια, cum ap. alios, tum ap. Xen. (Λ. 3, 6. 5, 6.) sed mendosam esse illam scripturam verisimile est, λ pro δ per errorem posito, ut in aliis multis vocabulis contigisse docui alibi. [Vide Hesych. v. Φιδίτια. Paus. 7, 1. p. 523. omnino Plut. Lycurgo 12. cf. Cic. Tusc. 5, 34. Eschenbach. Diss. Acad. 301—5. Meurs. Misc. Lacon. 1, 9. Crag. de Rep. Lac. p. 57. " Ad Dionys. H. 1, 282. Fac. ad Paus. 1, 379. Toup. Opusc. 1, 360. 2, 209. Matth. ad Gloss. min. 17." Schæf. Mss. Cf. Ἀφέδιτος ἡμέρα. " Φιλίτιον, Convivium amoris conjungendi causa a Lacedæmoniis institutum, Philostr. 167." Kall. Mss. " Φιλίτια, τὰ, Philitia, h. e. συμπόσια, μεμιγμένους ἔχοντα ταῖς ἡδοναῖς τοὺς πόνους, Suid. v. Λυκοῦργος. Phot. v. Συσσιτίαι· τὰ δεῖπνα, ἃ κοινὰ ποιοῦνται Λακεδαιμόνιοι· καλεῖται δὲ καὶ φιλίτια· ἐπεὶ καὶ φιλίας ἐστὶ συναγωγά." Schleusn. Mss.]

" ΦΕΛΛΟΣ, ὁ, Suber: Κουφότερον εἶναι φελλοῦ " ap. Strab. Proverbialiter, ut Horat. dixit Subere " levius. Luciano in Veris Narrat. II. (107.) sunt Φελ-" λόποδες, q. d. Suberipedes, i. e. Tantæ levitatis " homines, ut per mare currentes non summergeren-" tur. Est et verbum Φελλεύειν pro Fluitare suberis " more. Hes. Φελλεῦον exp. ἐπιπλέον. Apud Eund. " Φελλίνας, Levis, in modum suberis sc. At vero " Φελλεὺς exp. τὸ δυσεργὲς χωρίον. Fuit autem Φελ-" λεὺς Atticæ locus salebrosus, teste Suida, qui alibi " φελλεῖς ab Atticis vocatos tradit τοὺς πετρώδεις τό-" πους." [Aristoph. N. 71. Ἀ. 273.] " Hinc est etiam " Φελλόδρυς, Arbor nomen habens e suberis et quercus " appellatione compositum. Vide Theophr. H. Pl. 1, " 5. 3, 16. Verum Φελλὸς alias etiam signiff. habet ap. " Hes. et Suidam, nec non Schol. Aristoph."[N. 71.]

[Φελλὸς, Plin. 16, 6. Schol. Dem. 163. Reisk., Schn. Lex. " Huschk. Anal. 229. Jacobs. Anth. 8, 255. 9, 144. 10, 374. ad Lucian. 2, 138. Paus. 2, 385. Bergler. ad Alciphr. 7. ad Mœr. 384. Toup. Opusc. 2, 60. 125. Chardon Magaz. Encycl. 1796. N. 1. p. 101. * Φέλλος, * Φέλος, * Φελλίον, * Φελλὶς, * Φελλεών, ad Timæi Lex. 269. 270. * Φελλέα, ibid. Wessel. Obs. p. 5. Φελλεὺς, ibid. ad Timæi Lex. 269. Bergler. Alciphr. 324. 446. (3, 70. Ælian. Epist. 2.) * Φελλίνη, ad Diod. S. 2, 448." Schæf. Mss. * " Φέλλια, Loca lapidosa, Xen. K. (5, 18.) p. 773. quæ alias * φελλὰ et φελλεῖς Atticis appellantur, teste Suida. Si Hesychio credendum, etiam φελλὸς substantive positum, significabit σκληρὸν τόπον καὶ δυσεργῆ, καὶ ἐξ ἐπιπολῆς πετρώδη. Eust. 302. et alia quædam docet. Cf. Harpocr. v. Φελλέα. Observavit plura doctissimus vir, R. Constantinus, Lex. v. Φέλλευς." Gramm. Spec. Suppl. Lexx. e Xen. 159. Cf. Etym. M. 790, 13. * Πολύφελλος, ad Hesych. 1, 1001. n. 14. * Φελλώδης, J. Poll. 10, 85. * Φέλλινος, Suberinus, Lucian. Ver. Hist. Φελλὶς, J. Poll. 1, 227. γῆ. * Φελεὰς, Bekk. Anecd. 227. Κατέχει τὸν ἀγρὸν φελεάδα χωρία ἄττα ἐκείνῳ δέδωκε: 315. Τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία φελλέας ἐκάλουν: Phot. * Φελλέα· τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία· ὡς Ἰσαῖος. * Φελλεὼν, Arrian. Venat. 210. Lobeck. Phryn. 167. * Φελλάντας, Hes. λίθος σκληρὸς ἀπὸ τόπου, scr. * Φελλάτας, e Clem. Alex. Pæd. p. 42. qui scribit Μορύχου Διονύσου ἄγαλμα Ἀθήνησι γεγονέναι ἐκ τοῦ φελλάτου καλουμένου λίθου: ap. Harpocr. autem v. Φελλέα, * Φελλέτας λέγουσιν οἱ Δωριεῖς τοὺς κισσηρώδεις λίθους: Lapis pelates, Cato Festi.]

" Φελλὰς, ἄδος, ἡ, Id quo libri integuntur, Suid."

" Φελῖναι, Aves, quarum meminit Oppian. (Ixeut. " 3, 23.) VV. LL."

A ΦΕΝΑΞ, ακος, ὁ, Impostor, Derisor. Aristoph. (B. 909.) Ὡς ἦν ἀλαζὼν καὶ φέναξ. Apud Eund. legitur comp. μετεωροφένακες, quod habes supra, T. 1, c. 223. A Suida φέναξ exp. χλευαστὴς et ἀπατεών: ab Hes. autem, ψεύστης etiam et πλάνος. Idem habet φενάκας, sed reponendum φένακας, ἀπατεῶνας. Ceterum sunt qui nomen hoc φέναξ, e quo φενακίζειν, a nomine φενάκη deductum existiment: aliquis contra a nomine φέναξ deducta esse illa potius fortassis dixerit. Eust. certe φενάκην a φενακίζειν deducit; postquam enim dixit πηνήκην significare περικεφαλαίαν περίθετον ἐκ τριχῶν, quæ est commoda non solum γυναιξὶ, sed etiam γυναικιζομένοις ἀνδράσιν, οἳ τριχῶν ἐψίλωνται, addit, Γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη πηνήκη, κατὰ τροπὴν, παρὰ τὴν φενάκην, ἐπειδὴ φενακίζει τοὺς ὁρῶντας. Verum quod ad nomen πηνίκη attinet, ut hic Eust. πηνήκη a φενάκη, sic Etym. contra φενακίζειν a πηνήκη deducere videmus, (qui addit veteres DIXISSE Φηνακίζειν.) Sed subjungit, ἢ παρὰ τὴν φενάκην. Quasi vero non necesse sit, si demus πηνήκη s.

B πηνίκη, esse prius quam φενάκη, ut sit deinde ab hoc φενάκη factum φενακίζω. Suidas postquam exp. signif. nominis φενάκη, subjungit ἀπὸ τῶν κατεῤῥυηκυιῶν γυναικῶν, καὶ οὕτως ἀπατουσῶν κ. τ. λ., quæ eod. modo scripta sunt ap. Schol. Aristoph. Sed non dubium quin vel addiderint vel subaudiri voluerint, ὅθεν φενακίζω, ἀπὸ τῶν κ. τ. λ. [" Φέναξ, Thom. M. 890. Valck. Adoniaz. p. 280. Mœr. 384. et n." Schæf. Mss. * Φενακόμαντις, Nicet. Annal. 11, 9. * " Συμφέναξ, Socius in impostura, Georg. Alexandr. V. Chrys. p. 221, 20." Seager. Mss. Est autem nom. Φέναξ, ab inus. * Φενάσσω, unde * Φέναγμα, Photio * φενάκισμα.]

Φενακίζω, Decipio, Fallo, Impono. Vel, Do verba, Ludificor, Illudo. Quidam vero interpr. Inanibus rerum simulachris et veluti præstigiis oculis insipientium impono. Ego autem malim Fucum facio. At Bud. simpliciter exp. Impono, quod est, inquit, Decipio. Est certe frequens hujus verbi usus ap. Dem., ut in Or. pro Cor. Ὁ δεῦρ' ἀπαγγείλας τὰ ψευδῆ, καὶ φενα-

C κίσας ὑμᾶς: Olynth. 2. (p. 20.) Οὐδείς ἐστιν ὅντιν' οὐ πεφενάκικεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων: c. Audrot. (164.) Ἄν τι φενακίζειν καὶ παράγειν ἐγχειρῇ οὗτος: (362.) Τίς ἔσθ' ὁ ταῦτα φενακίσας, Bud. Quis est qui hanc fraudem commentus est? Extat et ap. Aristoph. cum alibi, tum Πλ. (271.) Μῶν ἀξιοῖς, φενακίσας ἡμᾶς, ἀπαλλαγῆναι Ἀζήμιος; [" Thom. M. 890. Plut. de S. N. V. 68. Act. Traj. 1. p. 255. Mœr. 384. et n." Schæf. Mss. Aristoph. Ἀ. 90. ad Greg. Cor. 647.] Φενακισμὸς, ὁ, Deceptio, Impostura, Illusio, Ludificatio. Aristoph. Ἱππ. (633.) τοῖσι φενακισμοῖσιν ἐξαπατωμένην, [Dem. 59. 760. " Ad Mœr. 384." Schæf. Mss. * Φενάκισμα, vide Φέναγμα, Πηνίκισμα. * " Φενάκισις, Casaub. Athen. 1, 50." Schæf. Mss. * Φενακιστὴς, Gl. Impostor, " Const. Manass. Chron. p. 43. ubi male Φαιν." Boiss. Mss. * Φενακιστικὸς, J. Poll. 4. p. 361. * Φενακιστικῶς, Idem 4. c. 51. * Διαφενακίζω, unde * Διαφενάκισις, Schol. Aristoph. Θ. 699.] In VV. LL. est ETIAM Φενακία, quod exp. Fraus; sed hoc undecunque sumtum sit, verbale esse non potest.

D [* " Φενακικὸς, unde * Φενακικῶς, Fallaciter, Etym. M." Wakef. Mss.] At NOM. Φενάκη, cujus facta jam fuit mentio, Coma addititia vel accommodatitia, ut Cam. interpr. Coma adulterina. Bud. Galericulum et Capillamentum, e Suet.: addens id esse, quod vulgus nostrate vocat. Fausse perruque. Hanc vocem exp. J. Poll. Etym. Eust. Hes. Suid. sed, uti dixi, sitne φενακίζειν a φενάκη, an contra, inter eos non convenit. Ego certe non video quomodo φενάκη a φενακίζω immediate, ut ita dicam, deduci queat; sed dixerim potius a φενάκη esse φέναξ, e quo φενακίζω: aut potius, sequendo alteram deductionem, a nomine φέναξ esse φενάκη et φενακίζω. [" Thom. M. 890. ad Mœr. 384. Act. Traj. 1. p. 254." Schæf. Mss. " Fraus, Suid. 3, 591. Coma, Lucian. 2, 263. Etym. M." Wakef. Mss.] Ceterum invenitur ETIAM Φαινακίζω, cum αι, cum alibi, tum ap. Hes., qui habet itidem φαινακισθεὶς, et φαινακισμός.

Vocata fuit coma illa, ETIAM Πηνίκη, SEU Πηνήκη, (utraque enim scriptura invenitur,) quod quidam e φενάκη, alii contra φενάκη ex hoc esse factum existi-

mant. [" Jacobs. Anth. 7, 62. 10, 166. Toup. A Opusc. 1, 243." Schæf. Mss. J. Poll. 2, 30. Phot.] Estque hinc VERB. Πηνικίζω, quod est itidem Impono, Decipio, Fucum facio. Πηνίκισμα, Impostura: Πηνικισμάτων, φενακισμάτων, Hes. Item verb. COMP. Διαπηνικίζω s. Διαπηνηκίζω, (ut habent Hes. et Suid., cum alioqui ap. Eosdem legatur Πηνικίζω, sequendo alteram nominis, a quo hæc orta sunt, scripturam,) itidem pro Decipio, Fucum facio, ἐξαπατῶ, Suid. [I. q. διαποικίλλω, Cratinus ap. Etym. M. Τοῦτον μὲν καλῶς διεπηνίκισας τὸν λόγον. * " Ἀπηνίκωται καὶ πανύπεπλοι γυναῖκες: a πηνίκη, πηνικόω? dubia signif." Schn. Lex. Lectio plane corrupta.]

ΦΕΡΒΩ, Pasco, Alo, Nutrio. Dictum putatur φέρβω quasi φέρω βίον, Fero victum s. Affero. Nisi mavis φέρω τὸ βιοῦν: nam et hoc legitur ap. Eust. Est autem Poëticum hoc verbum, quod proprie de brutis dici solitum fuisse, e quibusdam derivatis colligi posse videtur. Verum ap. Hesiod. verbo φερβέμεν sunt qui aliquam Administrandi signif. includi existi- B ment, Ἔργ. (1, 374.) Μουνογενὴς δὲ πάϊς σώζοι [Gaisf. εἴη] πατρώϊον οἶκον Φερβέμεν. Atque ita Moschop. μουνογενὴς παῖς σώζοι, i. e. ἀρκείτω, διοικεῖν τὸν πατρῷον οἶκον: sed hæc exp. verbi σώζοι violenta esse videtur. Tzetz. φερβέμεν exp. τρέφεσθαι. Sciendum est autem PASS. Φέρβεσθαι ap. Eur. (Med. 827.) exponi προσλαμβάνειν: ibi enim φερβόμενοι σοφίαν dicitur poni pro προσλαμβάνοντας σοφίαν. [" Antip. Sid. 19. Diod. Zon. 6. Heyn. Hom. 6, 564. Brunck. Soph. 3, 513. Valck. Phœn. p. 499. 701. Hipp. p. 173. Ruhnk. Ep. Cr. 173. Φέρβομαι, Even. 16. Huschk. Anal. 250." Schæf. Mss. I. q. τρέφω, ἔχω, Opp. Ἀ. 2, 643. (Κεστρέα δ' ἐν πάντεσσιν ἁλὸς νεπόδεσσιν ἀκούω Φέρβειν πρηΰτατόν τε δικαιότατόν τε νόημα.)" Wakef. Mss. Cum gen., Hymn. in Merc. 105. ἐπεὶ εὖ βοτάνης ἐπεφόρβει Βοῦς. De apibus, Theocr. 7, 80. Vivo, Sum, Apoll. Rh. 4, 1016. * Πολυφερβής, Nonn. D. 5, 218.]

Φορβή, ἡ, Pabulum; generalius Alimentum, Esca. Il. Ε. (202.) de equis, μή μοι δευοίατο φορβῆς: Λ. C (561.) de asino, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς, ubi annot. Eust. eum φορβὴν vocare τὴν τῶν ἀλόγων τροφὴν, tanquam ἡ ἥμερος sibi assignata habeat ista potissimum nomina βρῶσις, et ἐδητὺς, et ἐδωδή. Apud Soph. (Aj. 1065.) de avibus, Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται, Esca marinis avibus. Sed et de cibo humano, Apoll. Rh. 2, (189.) ἐλείπετο δ' ἄλλοτε φορβῆς Οὐδ' ὅσον. [" Sic sæpius Herod. 1, 202. 211. 4, 121." Schw. Mss.] Vide quæ de hac voce afferam ex Eust. in Πολύφορβος. [" Jacobs. Anth. 11, 138. ad Meleagr. p. 10. ad Charit. 711. Fischer. ad Palæph. p. 13. ad Mœr. 97. Toup. Opusc. 1, 583. ad Herod. 338." Schæf. Mss. Nigidius Servii ad Georg. 1, 120. Φορβὴ, herba, sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt.]

" Αὐτόφορβος, Hes. ex Æsch. Circe affert pro " αὐτοφάγος." "Ἔμφορα, Hes. προσβεβλημένα: item " ἀγέλη προβάτων: pro quo forsan scr. ἔμφορβα, ut " sint Pecora quæ aliquo in loco pascuntur." " Ἐμ- " φόρβια, Depascentia et absumentia, Nicander Θ. D " (629.) ἀνά τε θύμβρης Στρομβεῖα ψώχοιο, κακῆς ἐμφόρ- " βια νούσου. Id enim Schol. exp. δαπανητικὰ τῆς " νόσου, i. e. δι' ὧν ἡ νόσος ἐσθίεται." [" Valck. Diatr. 280. * Εὔφορβος, Orph. Terr. Mot. 65." Schæf. Mss. Anal. 3, 3.] " Εὐφορβία, Pastus s. " Cibi copia," [" Brunck. Soph. 3, 481." Schæf. Mss. * Εὐφόρβιος, Bene cultus, Greg. Naz. Carm. p. 15." Kall. Mss.] " Μονόφορβος, Solus pascens, Hes." Πολύφορβος, Multis pabulum s. generaliter escam suppeditans. Il. Ξ. (200.) Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης, ubi annotat Eust. 978. illum ἀκριβῶς dixisse πολυφόρβου: cum enim ut plurimum φορβὴ de brutis usurpetur, recte appellari terram πολύφορβον, non autem πάμφορβον. Nisi forte, inquit, per catachresin φορβὴ sit ἡ ἁπλῶς τροφή: unde πολύφορβος tanquam e parte appelletur terra quæ est πάμφορβος, et παμβῶτις, ut loquitur Soph. Verum legitur ETIAM Πολυφόρβη γῆ, ap. Eund. (Il. I. 564.) eadem signif. Sic Δήμητρος πολυφόρβης, Hesiod. [Θ. 912. " Heyn. Hom. 5, 661. 6, 564. ad Charit. 236." Schæf. Mss. " Buttm. Schol. Od. Α. 423." Kall. Mss.] Ceterum non ignoro πολύφορβος deduci etiam immediate, ut ita dicam, a φέρβω, non a φορβῇ, quod est ab illo φέρβω. Observa autem obiter et COMP. Πάμφορβος, quo utitur Eust. (sive a se ficto ad aliorum exemplum, sive alicubi lecto) significans itidem Omnibus pabulum suppeditans, aut generaliter escam. * " Παμφόρβη, Jacobs. Anth. 10, 327." Schæf. Mss.]

[* Φορβαῖος, Pascuis abundans, Pascuus, Callim. L. P. 50. ὄρη. * Φορβάω, unde Φορβώμενος, Hes. τρεφόμενος.]

ITEM Φορβὰς, άδος, ὁ, ἡ, ut φορβὰς γῆ, Alimentum suppeditans terra s. Escam, Altrix terra. Eust. postquam πολυφόρβην γῆν dixit esse quæ et πολυβότειρα vocatur, addit, tale quid exprimere eum, qui illam φορβάδα appellavit: is autem est Soph. (Phil. 701.) At multo usitatius φορβὰς ἵππος s. πῶλος, de eo qui pascitur cum aliis, et est unus e grege: unde a Bud. redditur Gregarius, ap. Plat. Affert vero et ex Aristot. (H. A. 8.) φορβάδες ἵπποι, quod ait a Gaza reddi Gregales, sicut τροφίαι ei oppositum Domestici. Affert vero et h. l. non addito Auctoris nomine, Πλοῦτος ἡμῖν ἐν βοσκήμασιν, ἐν ἀγελαίαις καμήλοις, καὶ ἵπποις φορβάσι. In VV. LL. e Plat. Φορβάδες πῶλοι, Qui pascuntur, in pascuis versantur. Et φορβάδες ἵπποι, Equi gregales, armentales. Sed ibid. φορβὰς βοῦς, et σῦς, ex Apoll. Rh. (2, 89. 1025.) pro Saginata. || Sed enim φορβάδας etiam νέους dixit metaphorice Plato, de LL. 2. Ἀλλ' οἷον ἀθρόους πώλους ἐν ἀγέλῃ νεμομένους, φορβάδας νέους κέκτησθε. Quo e loco possumus etiam discere obiter qui sint φορβάδες πῶλοι: nec enim dubium est quin sint iidem, quos hic appellat ἐν ἀγέλῃ νεμομένους. || Dicitur et φορβὰς γυνὴ, Mulier quæ corpus multis prostituit victus quærendi gratia. Vide J. Poll. item Eust. [ad Il. Π. p. 1117, 12. " Brunck. Soph. 3, 417. 532. Tzetz. Exeg. in Il. 102, 5. Toup. Opusc. 1, 549. 2, 184. Matth. ad Gloss. Min. p. 19. Valck. Diatr. 269. ad Lucian. 1, 671. Diod. S. 2, 247. 411. Boiss. Philostr. 653." Schæf. Mss. " Nonn. D. 2, 1. ὕλη, Nicander Θ. 925. αἴξ. Φορβάδες, Phot. 718." Wakef. Mss. Polemo Macrobii 5, 9. ἵππος, Pindarus Athenæi p. 574. κόραι. " In Pallad. p. 39. ter legitur φορὰς pro φορβάς." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * " Φορβάδιον, Boiss. ad Herodian. Epimer. 144." Boiss. Mss.]

[* Φορβὸν, τὸ, i. q. φορβή, Orph. Arg. 1111. μελιηδέα φορβὰ νέμονται. Hes. * Φόρβια· φάρμακα· οἱ δὲ, * Φόρβα: cf. Ἐμφόρβια. " Ruhnk. Ep. Cr. 264." Schæf. Mss.]

AT VERO Φορβειὰ, subst. est, quo significatur interdum τροφὴ, Cibus, Esca, Suida quidem teste. At Hes. et Etym. itemque Eust. signif. hujus non meminerunt, quod sciam. Altera autem, qua pro Capistro ponitur, minime infrequens est. Utuntur autem Hes. et Suid. et Eust. etiam voce καπίστριον, ad expositionem hujus φορβειά: addentes, περιστόμιον, item * ἐλκύστριον. Sed eorum alter, sc. Hes., habet Φορβέα, at Suidas Φορβιὰ, et Φορβειά. Rursumque Hes. habet ETIAM Φορβαία, cum eadem expositione; nam accus. φορβαίαν exp. περιστόμιον, καπίστριον. Itidemque Bud. φορβαίαν ap. Lucian. (2, 618.) de asini capistro legi testatur. Quod autem ad reliquas illas scripturas attinet, sc. ET Φορβιά, ET Φορβεὰ, SIVE Φορβέα, sciendum est a Bud. afferri exemplum illius scripturæ, ex isto Xen. loco, (Ἱππ. 5, 1.) Πρῶτον μὲν τοίνυν τῆς ἐπιφαρνιδίας φορβιᾶς μήποτε τὸ ἅμμα ποιεῖσθαι ἔνθα περ ἡ κορυφαία περιτίθεται. At hujus exemplum producit ex Hippiatria, Τὰς δὲ φάτνας ὑψηλοτέρας εἶναι δεῖ, ὡς ἀνηρτῆσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς φορβέας, καὶ ἀνανευούσας λαμβάνειν τὴν τροφήν. Apud Aristot. autem legitur φορβειὰ, Polit. 7, 2. Ἦν δέ ποτε καὶ περὶ Μακεδονίαν νόμος, τὸν μηδένα ἀπεκτακότα πολέμιον ἄνδρα, περιεζῶσθαι τὴν φορβειάν. Ceterum nomen hoc φορβειὰ deducit Eust. a φορβῇ, de quo dictum modo fuit, κατὰ παραγωγήν: addens tamen et aliud etymum, sc. παρὰ τὸ βίᾳ φέρειν. At Suid. hanc duntaxat deductionem agnoscit, sicut et Etym. Sed ad me quod attinet, non video cur longius petendum sit etymum, cum propinquum hoc a φορβῇ optime conveniat, meo quidem

judicio. Nam dum sumebant φορβὴν, solitam fuisse A imponi illis φορβειὰν, vel ex illo Hippiatriæ loco, quem modo protuli, satis apparet. Ut omittam, ἐπιφατνιδίαν a Xen. dici. || Φορβειὰ, ET Φόρβιον Suidæ ac Schol. Aristoph., ἡ αὐλητικὴ στομὶς, quæ et χειλωτὴρ, sc. τὸ περικείμενον τῷ στόματι τοῦ αὐλητοῦ δέρμα, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος αὐτοῦ. In VV. LL. Φορβειὰ translate de Corio velutque Capistro, quo tibicines ora sua muniebant, velutque capistrabant; aut ne nimio flatu labia scinderentur, aut ut expirati aëris moderatione inflatus lenior esset, sonusque gratior auribus accideret. Aristoph. Σφ. (581.) Κἂν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα, Ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσι. Ubi Schol. φορβειαὶ, inquit, δέρματα τὰ περὶ τὸ στομάτων αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ. Quidam Ligulam interpr., sed non addito hujus signif. exemplo. Inde porro videtur esse sumta metaphora, quod ut capistra equorum cervicibus alligabantur, sic δέρματα ista, quibus αὐληταὶ utebantur, eorum B vel cervicibus vel certe capiti alligata essent, aut certe vincula inde religata haberent. [Cic. ad Att. 2, 16. Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, Ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς ἄτερ, Sine modo.] Ceterum ab illo altero ejusd. signif. nomine Φόρβιον fit verbum pass. Ἐμφορβιοῦμαι, e quo reperitur PARTIC. Ἐμπεφορβιωμένος, de tibicine qui corio illo velut capistratus est, s. instructus corio ita labiis circumposito. Aristoph. Ὄρν. (862.) de tibicine loquens personato, corvique personam sustinente, Οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβιωμένον. Sed Eust. SCRIBIT Ἐμπεφορβειωμένος p. 539. et quidem tanquam a φορβειὰ habente priorem illam signif., quod mirari quis possit. Pollux autem HABET Ἐμπεφορβημένος: tanquam ab Ἐμφορβέομαι. "Ἐμφορβιόω, s. Ἐμφορβειόω, Capistro, Capistrum "injicio. Aristoph. Ὄρν. (l. c.) Οὔπω κόρακ' εἶδον "ἐμπεφορβιωμένον. Ubi Schol. φορβειὰν esse ait "χαλινὸν, Frenum, cum potius sit Capistrum, vel "etiam Camus, Fiscella. J. Poll. 4. φορβειὰν ait "tibicinibus etiam convenire, et inde ἐμπεφορβημέ- C "νον (sic enim ap. eum scriptum pro ἐμπεφορβειω- "μένον) dici τὸν τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον." [* "Φορβέω, * Φορβιόω, Ἐμφορβέω, Ἐμφορβιόω, M. Casaub. Præf. ad Pers. p. 16." Schæf. Mss.] Est porro illud Φόρβιον Polluci et Nomen herbæ; sed mendose scriptum existimatur PRO Φόρμιον, ut ap. Paul. Ægin. legitur et Gal. Esse autem Phlei genus, de quo dicendum erit post Φορμός. [Φορβειὰ, Bochart. Hieroz. 2, 18. p. 226. "Brunck. Soph. 3, 485. Jacobs. Anth. 6, 207. 12, 62. Valck. Adoniaz. p. 283. Toup. ad Longin. 278. ad Eund. p. 20. Toll., Wytt. ad Plut. 1, 216. ad Diod. S. 1, 228. Voss. de Poëm. Cantu p. 108. Brunck. Aristoph. 2, 173. Φορβιὰ, Jacobs. Anth. 6, 206." Schæf. Mss. "Φορβιὰ, Strabo 1034." Wakef. Mss. Φορβαία, Schleusn. Lex. V. T. * "Φόρβειος, ὁ, Athan. 2, 363. τῶν ὀφθαλμῶν, Oculorum pupilla." Kall. Mss.]

"Ἀποφέρβομαι, ex Eur. (Med. 823.) affertur pro "καρποῦμαι. Ad verbum sonat Pascor s. Alor ex, "Pasco s. Alo me ex." [* Ἐνιφέρβομαι, i. q. ἐντρέ- D φομαι, Moschus 2, 80. * Ἐπιφέρβομαι, i. q. ἐπινέμω, Clem. Alex. 266, 29. Plut. Lyc. 8. Phanocles Fr. 1. ὅσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. " Ruhnk. Ep. Cr. 299. Wakef. S. Cr. 3, 117." Schæf. Mss.]

ΦΕΡΩ, (Fut. οἴσω, tanquam ab Οἴω. Præt. med. Att. ἐνήνοχα, tanquam ab Ἐνέχω. Aor. 1. ἤνεγκα, et 2. ἤνεγκον, tanquam ab Ἐνέγκω.) Quod Lat. a Græcis mutuati, dixerunt itidem Fero. Sed ut Fero varios usus habet, sic et φέρω, ut e seqq. patebit. Φέρω, Fero, Porto, ut ap. Hom. dicuntur pedes aliquem φέρειν, item equi, nec non naves. Aristoph. Σφ. (1444.) εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν. Et φέρειν τὴν αἶγα, in Prov. Οὐ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπίθετέ μοι τὸν βοῦν. Et φέρειν ὅπλον, ἐπιστολὴν, πόνους, ξίφος: quorum omnium exempla extant ap. Xen. Idem habet hoc verbum copulatum et cum ἄγειν, ut videbis in Ἄγω, T. 1, col. 60. ubi et de φέρειν καὶ ἄγειν pro Diripere et populari. Sed exemplis hujus loquendi generis male insertum est ibi istud Xen. (K. Π. 3, 3, 2.) Καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες εἴ τι ἕκαστος ἄξιον εἶχε. || Item ὁδὸς, Via, dicitur φέρειν, ut Lat. dicunt Viam aliquo ferentem: cujus usus verbi Fero e diversis Scriptoribus exempla tibi suppeditabit Thesaurus paternus Linguæ Latinæ: unde Εἰς ᾅδου φέρουσα, Greg. Naz. sub. ὁδός. Via quæ fert ad Inferos. [" Herod. 2, 122. et 138. Ὁδὸς φέρουσα ἐς τὸ ἱερόν: 1, 180. Πυλίδες, Portulæ, φέροντες ἐς τὸν ποταμόν." Schw. Mss.] Qua in signif. utuntur et verbo ἄγειν, ut Lat. verbo Ducere. Itidemque ἴχνη τῆς ὑποψίας, Vestigia suspicionis, metaphorice dicuntur φέρειν εἴς τινα, ab Antiphonte; sed ibi redditur potius Tendere. || Nec non aliqua regio s. urbs, aut generalius, locus aliquis in quo natus est quispiam, dicitur eum ἐνεγκεῖν, i. e. Tulisse. Aristid. Pan. Πρώτη γὰρ ἤνεγκεν ἄνθρωπον. UNDE Ἐνεγκοῦσα, vel potius ἡ ἐνεγκοῦσα, præfixo articulo, dicitur Patria. [" Natura, quæ protulit, (Terra,) M. Anton. 4, 48." Kall. Mss.] || Φέρειν cum adverbiis quoque, pro Ferre; ut enim Latine dicitur Moleste ferre s. Graviter etc., sic Græci χαλεπῶς φέρειν, s. βαρέως, etc. Et ῥᾳθύμως φέρειν, Bud. 390. ubi et φέρειν, sequente infin. Cic. autem ap. Plat. Σὲ ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, vertit, Tibi tolerabilem senectutem videri. || Φέρειν ψῆφον, Ferre suffragium. Sic pass. φέρεσθαι ψῆφος dicitur. Dem. Καὶ περὶ τούτου οἰσθήσεται ψῆφος νυνὶ, ubi observa obiter et usum passivi FUT. Οἰσθήσομαι, quod affertur et ex Aristot. Probl. De hoc suffragium feretur et decernetur. Sed φέρειν in VV. LL. affertur et pro Creare s. Designare, e Dem. (496.) φέρειν χορηγὸν, et ex Aristot. φέρειν τὰς ἀρχὰς, s. τοὺς ἄρχοντας, ubi tamen quidam interpr. Electos magistratus ad populum deferre. || Φέρειν, Ferre, i. e. Pertinere. Invenio enim et hunc verbi Ferre usum ap. Cic. cum hæc Platonis, Πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, vertit Omnia quæ ad beate vivendum ferunt, p. 7. mei Cic. Lex. Aristot. Ἐφ' ὃ φέρει τοὔνομα τούτων, Ad quod potissimum pertinet. Bud. 391. 392. ubi vertit et Tendere, in loco Antiphontis cujus modo memini. || Φέρειν, Ferre, Reportare, Obtinere, Consequi. Hesiod. Ἔργ. (2, 275.) φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα. Et φέρειν τὸ συνηγορικόν. Tale est μισθὸν φέρειν, ut Lat. Præmium ferre; sed in prosa frequentius est φέρεσθαι μισθόν. || At in φέρειν φόρον possumus quidem φέρειν interpretari itidem verbo Ferre; sed non observando eandem illam τοῦ φέρειν signif., cum φέρειν φόρον sit Pendere tributum s. Persolvere: quod et Pensitare tributum dicitur. Plato Epist. 7. Φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις. Et φέρειν χρήματα, e Plut. Solvere pecunias. || Φέρειν denique dicitur γῆ, ut Lat. Terra ferre. Herodian. 4, (2, 16.) Ἀρώματά τι κε καὶ θυμιάματα πάντα ὅσα γῆ φέρει. Quin etiam καρπὸν φέρειν dicitur a Theophr. atque aliis, ut Lat. Ferre fructum, quod et Afferre fructum.

Φέρω, Affero, aut etiam Fero. Il. A. (13.) φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα: (Γ. 120.) ἠδ' ἄρν' ἐκέλευεν Οἰσέμεναι. Aristoph. N. (1490.) Ἐμοὶ δὲ δᾶδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην. Et φέρειν ἀργύριον, Afferre pecuniam, Æschini. Item φέρειν δόξαν, s. εὐδοξίαν, Gloriam afferre. Plato Epist. Τοῦτο πρὸς πολλῶν εὐδοξίαν σοι οἴσει. Sic φέρω σοι κλέος, ex Hom. Dicit vero Idem φόνον καὶ κῆρα φέρειν, et item κακὰ φέρειν, ut Latine dicitur Afferre mala, damna: item perniciem, mortem, etc. Interdum potest reddi vel Affero vel Profero, ut παράδειγμα φέρειν, Isocr. (2, 103. Cor.) Exemplum afferre, proferre. Et παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον, Aristot. Top. 8. Εἰς δὲ σαφήνειαν παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον. Ex Eod. affertur junctum accus. εἰκόνας, et πίστεις, atque aliis. At de φέρειν καρπὸν, Afferre s. Ferre fructum, dictum paulo ante fuit.

Φέρω, Infero. Hesiod. (Ἀ. 150.) Οἵ τινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν, Qui bellum inferrent Jovis filio. Apud Hom. vero Il. Γ. (132.) Οἳ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον πολύδακρυν ἄρηα, est potius jungenda præpositio verbo φέρον, ut sit ἐπέφερον ἄρηα.

Φέρω, Aufero, Rapio. Il. B. 302. οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. Greg. Naz. Καὶ εἰ μὲν ψευδὲς, αὖραι φέροιεν, Auferant venti, Rapiant venti, In ventos abeat. Possis autem hic uti et simplici verbo Ferant, ex Ovidio.

Φέρω, Confero, ut φέρειν χάριν, Conferre beneficium. Item Obsequi, Gratificari. Il. I. (609.) Ἀτρείδῃ ἥρωϊ φέρων χάριν, pro quo dicere etiam solet ἦρα φέρειν et ἐπίηρα φέρειν. At vero φέρεσθαι χάριν dicitur qui beneficium accipit, vel præmium. Bud. 392.

Φέρω, Refero, ut μέγα φέρειν, Magni referre, Bud. 393. e Plat. de Rep. 5.

Φέρω, Teneo. Arat. Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα, Cic. Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo. Hanc autem signif. dare possumus isti verbo et cum dicitur φέρειν διὰ μνήμης: cum Lat. dicant Tenere memoria, sicut et Retinere interdum, pro Meminisse, Recordari. Herodian. 2, (2, 19.) Οἳ τὴν πεῖραν αὐτοῦ τῶν ἔργων φέρουσι διὰ μνήμης. At vero in φέρειν διὰ γλώσσης respondet potius Latino Habere Græcum φέρειν: sic tamen ut ei addatur adv. Semper. Nam φέρειν διὰ γλώσσης affertur pro Celebrare: dicimur autem, quos libenter celebramus, in ore semper habere. Sed e Greg. Naz. Διὰ γλώσσης φέρειν pro Recitare etiam, Pronuntiare.

Φέρω, Pendo, vide paulo ante, inter ea loquendi genera, in quibus φέρω reddi potest Fero.

Φέρων partic. est interdum pars orationis ornatus magis causa quam signif. posita. Lucian. (1, 680.) Σεαυτὸν αὐτῇ φιλοσοφίᾳ φέρων ἀπημπόληκας. Plura vide ap. Bud. 393., ubi affert et Ereptum eunt, e Sallustio, tanquam fere simile: nonnullaque id genus alia. Sciendum est porro ap. Hom. quoque interdum παρέλκειν hoc partic. φέρων: quod si libeat interpretari tam ap. eum quam ap. ceteros in locis hujusmodi, crediderim respondere potius Latino Afferens, aut Adducens, quam ulli alii.

At vero Φέρε, quod est imperativi modi, interdum adverbialiter usurpatur, atque adeo adverbium hortandi censetur, ut Latine Age, Agedum, Agesis. Solet autem præfigi subjunctivi modi verbo. Aristoph. Σφ. (54.) Φέρε νῦν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον: (N. 21.) Φέρ' ἴδω τί ὀφείλω. Philo, Φέρε δ' οὑτωσὶ θεασώμεθα. Sic Plut. Φέρε λάβωμεν et Φέρε δείξωμεν. Usus est Greg. Naz. et sequente imperativo, Φέρε, πείσθητι. Interdum additur ei particula quæpiam; nam dicitur etiam Φέρε δὴ, ut Φέρε δὴ εἴπω, Dem. Item Φέρε γὰρ, et Φέρε τοίνυν. Lucian. Φέρε τοίνυν, ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξωμαί σε θρηνεῖν. At φέρε γὰρ e Plat. de LL. affertur etiam pro Agite. Interrogationibus quoque convenit φέρε, sicut et φέρε δὴ, in isto Andocidis loco, Φέρε δὴ οἱ ὅρκοι ἡμῖν πῶς ἔχουσιν; ubi Bud. vertit Age jam: afferens etiam εἶθι δὴ, et δεῦρο δὴ, et ἴθι δὴ, ut similia. At cum infin. εἰπεῖν junctum φέρε, redditur Ut ita dicam, Exempli gratia, Verbi gratia, ut ap. Porphyr. loquentem de specie, Εἰς ἕνα ἀνάγουσι, φέρε εἰπεῖν τὸν Δία, Ad unum referunt, verbi gratia Jovem. E Greg. Naz. autem affertur et ὡς præcedente: Ὡς φέρε εἰπεῖν, Ut ita dicam.

Pass. Φέρομαι, Feror. Plato Tim. Βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον, Sed vi magnatum ferebant, tum ferebantur. || Ut vero ὁδὸς, i. e. Via, φέρειν dicitur, sic etiam aliquis φέρεσθαι πολλὰς ὁδοὺς pro Ferri multis viis s. per vias multas. || Φέρεσθαι, Ferri, ut dicitur Ferri in aliquem, Irruere, Invadere, ut φέρεσθαι εἰς τοὺς βαρβάρους: item φέρεσθαι ἐπ' αὐτὰ τὰ σώματα, e Plut. || Item pro Ferri, ea signif. qua dixit Cic. de Sen. Vitem, nisi fulta sit, ferri ad terram. Bud. autem Ἐπὶ ταυτὸ φέρονται ap. Theophr. vertit non Feruntur, sed Tendunt et vergunt. || Φέρεσθαι pro Ferri, ea etiam signif. qua dixit Cic. Ejus scripta quædam feruntur. Nam φέρεσθαι dicuntur quæ in manibus hominum versantur, ut liber editus, cujus signif. exemplum habet Bud. 393. || Φέρεσθαι ap. Il. Z. pro Afferri, licet vulgo exponatur Ferre, tanquam activam signif. habens. || Φέρεσθαι interdum Auferri et rapi impetu. Bud. ex Isocr. Αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν, Sentio me auferri longius a proposito, et hæc commemorare intempestive. || Φέρεσθαι, Studio alicujus rei teneri, Versari, Occupatum esse, Bud. 393. exemplum afferens e Diog. L. || Φέρεσθαι jungitur etiam adverbiis nonnullis; dicitur enim καλῶς φέρεσθαι, Is quicum bene agitur, Is cui res feliciter cedunt: et vicissim κακῶς φέρεσθαι, Is quicum male agitur, Cui res infeliciter cedunt. Itidemque cum comparativis ἄμεινον et χεῖρον. Sed et res alicujus dicuntur καλῶς φέρεσθαι, s. κακῶς. Vide Bud. 392. Gallice autem dicimus Je me porte bien, item Mes affaires se portent bien, quod sonat ad verbum, (ut docendi gratia ita loquar,) Καλῶς φέρω ἐμαυτὸν, et τὰ ἐμὰ πράγματα καλῶς φέρουσιν ἑαυτά. Vicissimque Je me porte mal, etc. Nonnunquam dicitur aliquis εὖ φέρεσθαι ἔν τινι. Thuc. (5, 16.) Εὖ φερόμενος ἐν στρατηγίαις, Cui bene cedit imperatoris munus. "Εὐφερόμενος, Elatus animo, Insignis effectus, Celebris, "VV. LL. sine ulla auctoritate," ["Bernard. Rel. 105." Schæf. Mss.]

At Φέρομαι activam signif. habens, interdum quidem iisdem accusativis jungitur, quibus et activum φέρειν, ut φέρεσθαι μισθὸν, quod et φέρειν μισθὸν, sic tamen ut illud usitatius sit quam hoc. Xen. Œc. (1, 4.) Καὶ πολύν γε μισθὸν φέροιτ' ἂν κ.τ.λ. Apud Eund. vero (1, 6.) et activa voce, Προσέτι καὶ μισθὸν τούτου φέροι. Sic φέρεσθαι τὸ ἆθλον, et φέρεσθαι δόξαν, Ferre et mereri. Lat. itidem dicunt Præmium ferre, et Mercedem, s. Pretium, nec non Laudem ferre s. Gloriam. Huc pertinet etiam τὰ πρῶτα φέρεσθαι, Primas partes ferre, Primariam auctoritatem habere. Bud. e Luciano (2, 788.) et Paus. Affert præterea et ἔλαττον φέρομαι, pro Posteriores partes fero, e Greg. Naz. Item φέρεσθαι χάριν, Beneficium accipere s. Præmium. Andoc. Χάριν οὖν, οὐ μῖσος, εἰκός με τῷ δυστυχήματι τούτῳ φέρεσθαι. Possumus autem reddere ad verbum quoque, Ferre gratiam, ex h. Livii l. Gratiam et gloriam haud immeritam annonæ levatæ tulit. Itidem vero illud μῖσος φέρεσθαι, Odium ferre, e Terent. Apud Hom. quoque pro Ferre, Consequi, Accipere, (Il. Δ. 97.) δῶρα φέροιο. Ex Od. O. (82.) δώσει δέ τι ἕν γε φέρεσθαι, Unum quodpiam munus habere. Apud Eund. potest alicubi reddi etiam Reportare, ut cum dicit φέρεσθαι κράτος, Il. N. (486.) Σ. (308.) || Φέρομαι πένθος ἐπί σοι, e Phal. Epist. pro Habeo luctum propter te, i. e. Afficior luctu, Percipio luctum e tuis rebus.

"Ἐνέγκω, inusitatum th., a quo φέρω mutuatur "fut. 2. ἐνεγκῶ, unde aor. 2. ἤνεγκον: mutuatur "inde et aor. 1. ἤνεγκα." "Ἐνέχθητι, ἐνεχθείην, "ἐνεχθῶ, ἐνεχθῆναι, aor. 1. pass. verbi act. φέρω, ex "inus. th. ἐνέγκω." "Ἐνείκω, Ionice pro ἐνέγκω, "ap. Hom." "Ἐνεείκω, pro ἐνέγκω s. ἐνείκω, pleo"nasmo τοῦ ε. Sic ἐνέεικαν pro ἤνεικαν s. ἤνεγκαν, "Hes." "Ἐνεκτέον, Ferendum; a th. ἐνέγκω s. φέρω."

συμπεριεφθείρου, quod Idem affert e Luciano *περὶ ἀποφράδος*, (3, 176.) *Καὶ ὡς παραδοὺς σαυτὸν τῷ ὀλέθρῳ ἐκείνῳ στρατιώτῃ, συμπεριεφθείρου πάντα ὑπηρετῶν*: ubi ille vertit, Inquinatissima vitæ societate conjunctus eras et cum eo turpissime et flagitiosissime oberrabas. Præcedenti autem subjungit h. l. Greg. Naz. de Oratione Juliani quæ *Μισοπώγων* inscribitur, *Νῦν δὲ πώγων ἐστὶ περιφθειρόμενος καὶ περισυρόμενος, καὶ τοῖς συμπεπονηκόσιν ὁμοῦ γελώμενος.* Sed VV. LL. *περιφθειρόμενος* hic interpr. Qui absumitur et perit. In Iisd. *περιφθείρομαι* exp. Pedicularem morbum patior: ex Hes., qui tamen dicit *τοὺς φθεῖρας συλλέγω*. In hac autem signif. fuerit derivatum a *φθεὶρ* significante Pediculum. Idem *περιφθείρομαι* exp. etiam *μειοῦμαι* et *ἐλαττοῦμαι*, i. e. Minuor. [" Phot. 333. ad Charit. 305." Schæf. Mss. " Orig. c. Cels. 44. Isocr. 1, 498. Auger." Wakef. Mss.] Superest COMP. *Προσφθείρομαι*, quod Bud. interpr. Cum pernicie mea accedo, *ἐπὶ κακῷ προσέρχομαι*: sequendo sc. signif. quæ data est verbo *εἰσφθείρομαι*, item eam quæ data est verbo *ἐκφθείρομαι*. Subjungitque B locum Alciphr. istum, (1, 32.) *Προσφθείρεται δὲ Ἑρπυλλίδι τῇ Μεγάρας ἅβρᾳ*: quem ita reddit, Consuevit autem cum ancilla Megaræ emissaria: in quo tamen verbum *προσφθείρεσθαι* paulo ante datæ signif. non ita commode respondere videtur, cum de eo sit sermo, qui venerea libidine cum Herpyllide sese corrumperet, quemadmodum ipse quoque verbo Consuevit interpretatus est: quod confirmat inquiens, Vel potius id signif. quod Latine Deperire dicitur: ut Plautus in Amphitryone, Hic te efflictim deperit: h. e. *δυσερώτως πρός σε ἔχει*. Additque locum Chrys. Comm. in Ep. ad Hebr., in quo inter alia, hæc leguntur. *Ἐπειδὰν ὁ παῖς τύχῃ προσεφθαρμένος ἑταίρᾳ τινί*: quod significare dicit, *ἐπειδὰν ὁ παῖς κατατήκηται τῷ ἔρωτι ταύτης*, et *ἐπειδὰν ἐπιμανῇ τῇ ἑταίρᾳ*, Insano amore tenetur, Ardet. Hactenus Bud., qui antea loquens de iis quæ Latine dici non poterant, uno quidem certe verbo, a simplici *φθείρομαι* initium sumserat: qua certe in re illi assentior. Sed Gallico sermoni non item deesse C crediderim, quod huic *προσφθείρεσθαι* respondeat. Utimur enim eodem modo, ni fallor, verbo Gâter, cum dicimus de juvene quopiam, Il se gâte avec les femmes. Hoc enim puto perinde esse ac si quis Græce loquens diceret, *προσφθείρεται ταῖς γυναιξί*. [Aristoph. Ἐκκλ. 248. *Ἀτὰρ ἢν Κέφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρείς*:—" *Προσφθαρεὶς*, Accedens. *Φθείρεσθαι* Atticis Scriptoribus significat Ire, Venire; sed in malam partem semper accipitur, de iis qui cum suo aut aliorum malo vel damno eunt aut vagantur. Noster *Ὀρν.* 916. *κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης*; Εἰρ. 72. *ἐκφθαρεὶς οὐκ οἶδ' ὅπα*. Demosth. 560. *Ἀλλὰ δεινοί τινές εἰσιν φθείρεσθαι πρὸς τοὺς πλουσίους καὶ παρεῖναι καὶ μαρτυρεῖν*. Bene Reisk. ' Cum contentione, quasi Certatim, concurrere, ruere, ferri ad divites, ad horum divitum fraudem pestemve.' Plura de hujus verbi diversis signiff. vide Misc. Obss. T. 4. p. 451." Brunck. " Euseb. H. E. 3, 23. *Τῷ δὲ ἀνέσεως πρὸ ὥρας λαβομένῳ προσφθείρονταί τινες ἥλικες ἀργοὶ καὶ ἀπεῤῥωγότες ἐθάδες κακῶν*. *Προσ-* D *φθείρομαι*, i. q. *προσέρχεσθαι*, nisi quod in malam partem sumitur, Vales. quem vide." Mendham Mss. " Ad Charit. 580. Bergler. ad Alciphr. 68. 142. Abresch. Lectt. Aristæn. 220." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 959." Wakef. Mss. Ælian. H. A. 11, 17. *Θεούσῃ νηῒ προσφθαρείς*. * " *Συμφθείρω*, T. H. ad Lucian. 1, 23. 214. (2, 769.) ad Anton. Lib. 247. Verh., Wakef. Phil. 1085. Commisceo, Kuster. Aristoph. 10. Matth. ad Nemes. 133. Dionys. H. 5, 62. 78. 171. (1105.)" Schæf. Mss.: ad Eund. de C. VV. 129. " Nicom. Harm. 4. Dio Chrys. 2, 420." Wakef. Mss. " Ad Herodian. Epimer. 65. Leo Chronogr. 368. Cedren. 407. notante Abresch. ad Aristæn. 2, 7. in Suppl. not.: Basil. Cæs. Schol. Greg. Naz. in Notit. Mss. T. 11. P. 2. p. 117." Boiss. Mss. Eur. Andr. 947. *Συμφθείρω* pro *συμφθείρομαι*, Niceph. Greg. 18, 4. p. 559. *τῇ κακίᾳ*: v. Lobeck. Phryn. 529. *Συμφθείρεσθαι εἰς τὸ αὐτὸ*, Uno in loco convenire, congregari, Plut. 8, 830.

A " *Συμφθείρομαι*, In adulterio deprehendor cum aliquo, Suid. v. *Ἰλάριος*." Schleusn. Mss.] " *Σύμφθαρσις*, in VV. LL. redditur Colluvio; additurque, " pro eodem dici et *Συμφθορά*. Sed hæc exp. non " sequitur signif. simplicium *φθάρσις* et *φθορά*: quæ " vide." [*Σύμφθαρσις*, Jambl. Arithm. 44. Schol. ad Hermog. *περὶ Ἰδ.* 1. p. 402. Ald. *Τὴν ἀρίστην παρὰ τῷ ῥήτορι τῶν ἰδεῶν ἕνωσίν τε καὶ σύγκρασιν, σύμφθαρσιν ἐκάλεσεν.* * *Ὑποφθείρω*, Gl. Corrumpo. " Aliquantulum corrumpo, Athan. Vita 2, 520. 526. Euseb. H. E. 142. Clam pecunia corrumpo, Schol. Aristoph. Πλ. 725." Kall. Mss. " Planud. Ovid. Met. 15, 401. Schol. Æschin. 255. Bekk." Boiss. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 88. Meurs." Schæf. Mss. Hippocr. 939. Vide *Ὑποφθίνω*. * *Ὑποφθορεὺς*, Gl. Corruptor.]

" *Ἀθάρης*, teste Hes. *ἐπὶ γυναικὸς*, est *ἄφθορος*, Incorrupta: *ἐπὶ σιδήρου* autem, *στερεὸς*, Firmus, " Rigidus." " *Ἀθάριοι*, Eidem sunt *αἱ μὴ διαπεπαρθενευμέναι*, Quibus virginitas nondum rapta B " est, Intactæ, Inviolatæ, Incorruptæ, Adhuc virgines. Sed addit, a quibusdam exponi etiam *μὴ δεδεμένοι ἄρθρῳ*: quæ verba suspecta sunt." [Bekk. Anecd. 352.]

" ΦΘΕΙΡ, *ρὸς, ὁ*, Pediculus. Aristoph. Εἰρ. (740.) " *καὶ τοῖς φθειρσὶ πολεμοῦντας*, de Vili hominum grege. " Interdum *φθεὶρ* de Medio clavi s. gubernaculi " dicitur. Quin etiam *φθεῖρες* vocantur *τὰ τῶν πιτύων ἐξανθήματα*: cujus signif. vide rationes quæ " ab Eust. et Auctore brevium Scholiorum afferuntur in Il. B. (868.) *φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον*. " Affertur ETIAM *Φθειροφόρος πίτυς* e Theophr. " (C. Pl. 1, 9, 2.) Est *Φθεὶρ* et Nomen piscis ap. Aristot., ubi Pediculus itidem dicitur a Gaza. *Φθεὶρ* " pro *θὴρ*, a *φθείρω*: vide Eust." [Gl. *Φθεὶρ, ἤγουν κρότων*· Ricinus. " Phryn. Ecl. 134(=307. Lobeck.) Thom. M. 148. 894. ad Mœr. 392. Toup. Opusc. 1, 242. Bergler. ad Alciphr. 210. Græv. Lectt. Hes. 516." Schæf. Mss. Herod. V. Hom. 35. " Pediculus in vite, Ctes. Ind. 21. Nomen piscis, C Marc. Sid. 86." Wakef. Mss. Phot. *Πρὸς φθεῖρα κείρασθαι*· *Εὔβουλος Δούλῳ*. * *Φθειροκτόνος*, unde * " *Φθειροκτόνον*, Staphis agria, Diosc. Notha 473." Boiss. Mss. * *Φθειροκτονέω*, Phrynichus Bekkeri p. 71.] " *Φθειροποιὸς*, Pediculos efficiens, producens," [Theophr. H. Pl. 2, 2, 6. *πίτυς*, al. *φθοροποιός*: cf. Plin. 15, 10. * " *Φθειροπύλη*, Phot. v. *Φανοστράτη*." Schleusn. Mss. " Heyn. ad Apollod. 1164." Schæf. Mss. Athen. 586.] " *Φθειροφάγος*, Pediculorum " esor. *Quin etiam Gens quædam Ponti Φθειροφάγων* nomen habuit, ut annotatur e Strab. (11. p. " 754. 760.) a squalore et sordibus. Ex Herod. " affertur *Φθειροτρωκτέονες* pro eodem, nisi scr. *φθειροτρωκτέοντες*. Et verb. *φθειροτραγεῖν*," [e * *Φθειροτράγος*,] " Pediculos edere, ap. Eund." [" Verb. *Φθειροτραγέουσι* est ap. Herod. 4, 109. ubi de Budinis Scythica gente agitur: q. l. spectans Arrian. Periplo Ponti Eux. p. 18. Huds.=130. Blanc. *Ὁ λογοποιὸς Ἡρόδοτος*, ait, *λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας*." Schw. Mss. Intelligendum est auD tem verb. *φθειροτραγέω* de iis qui fructus picearum, aliarumque arborum, non autem pediculos, comedunt; quibus opp. *σιτοφάγοι*. *Φθειροφόρος*, vide *Φθείρ*.] " Legitur et *Φθειροκομίδης* ap. Hes. de " Eo " qui pediculis scatet: Pedicosus, Plauto. At vero " ADJ. *Φθειρώδης*," [e * *Φθειροειδής*,] " Aptus ad pro" creandos pediculos," [" Aristot. H. A. (5, 25.) 237. Schn., Ammon. 84. * *Φθειραθερής*, Toup. Opusc. 1, 197. * *Εὔφθειρος*, Jacobs. Anth. 8, 154." Schæf. Mss. * *Φθειρικὸς*, Gl. Pedicularis: * *Φθειράφιος*· Pediculosus: * *Φθειράριος, ἐπὶ ἀλόγου ζῴου*· Ricinosus. * " *Φθείριον*, Diosc. Notha 473." Boiss. Mss.] " Inde est etiam verb. *Φθειριάω*, Pediculis scateo, " Morbo pediculari laboro. At VV. LL. habent *Φθειριάζω*, sed absque exemplo, cum a *φθειριῶ* sit par" ticip. *φθειριῶν* ap. Diog. L. *Φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος*." [*Φθειριῶν*, Gl. Pediculosus. " Bergler. ad Alciphr. 210. De prosodia, Clark. ad Il. A. 67." Schæf. Mss.] " Hinc *Φθειρίασις*, Pedicularis morbus, in quo " pediculi acervatim per cutem erumpunt:" [Gl.

Pediculatio, Jambl. V. P. 384.] " Affertur etiam " verb. Φθειρίζομαι, pro Pediculos quæro, VV. LL." [Φθειρίζω, Gl. Pediculo, Barker. ad Etym. M. 1101-2. LXX. Jerem. 43, 12. Φθειριεῖ γῆν Αἰγύπτου, ὥσπερ φθειρίζει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. Φθειρίζομαι, Athen. 586. Herod. V. Hom. 35. "Ad Charit. 305." Schæf. Mss. * Φθειριστικὸς, Plato Soph. 227. τέχνη. * " Περιφθειρίζομαι, ad Charit. 306." Schæf. Mss. Cf. Περιφθείρομαι. * Φθειριζάω, Lucian. 9, 32. Μὴ ὁ σῖτος φθειριζήσῃ, ubi Codd. melius φθειρὶ ζέσῃ.] A

ΦΘΙΩ, ET Φθίνω, (quod Φθίνω tamen in neutra potius signif. usitatum est, ut infra docebo,) itidem pro Φθείρω, et ab ead. origine a qua ipsum φθείρω, sc. a φθέω, de quo dictum fuit. Nisi potius ex his duobus, Φθίω et Φθίνω, alterum ab altero formatum esse putemus, sc. Φθίνω e Φθίω. Eust. enim in h. l. Il. Σ. (446.) Ἤτοι ὃ τῆς ἀχέων φρένας ἔφθιεν, (ubi φρένας ἔφθιεν esse ait i. q. φθινύθεσκε φίλον κῆρ, cum Auctor brevium Schol. ἔφθιεν exponat τέτηκεν, tanquam neutralem et præteriti perf. signif. habens,) annotat Φθίω esse πρωτότυπον verbi Φθίνω. Idem B alioqui (ut videbis in iis quæ antea ex illo protuli, sc. in verbo Φθέω) verbi Φθίνω duntaxat meminit, cum a Φθέω φθῶ formatum esse dicit, sicut κλίνω a κλῶ. Ceterum a φθίω quidem habemus ap. Hom. (Il. Z. 407.) tertiam personam Futuri φθίσει, Perdet: et aor. infinitivi φθῖσαι, nec non conjunctivi φθίσωμεν. Et a pass. Φθίομαι, Corrumpor, Perdor etc. Fut. φθίσονται: item INFIN. Φθῖσθαι, Od. O. (353.) Δὴ δ' εὔχεται αἰεὶ Θυμὸν ἀπὸ μελέων φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισι, ubi Eust. exp. φθαρῆναι, annotans scribi ETIAM Φθεῖσθαι: at VV. LL. interpr. Animum e membris abire et exolvi, cum potius reddendum sit Perire, si sequamur illam expositionem Græcam φθαρῆναι. PRÆT. Ἔφθιμαι: unde ἔφθιται, Od. (Υ. 340.) Ὅς που τῆλ' Ἰθάκης ἢ ἔφθιται ἢ ἀλάληται. Et tertia persona pluralis IONICA Ἐφθίατο pro ἔφθιντο, Il. A. (251.) Τῷ δ' ἤτοι δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Ἐφθίαθ', ubi ἐφθίατο reddere possumus Interierant, Perierant, Defecerant, etiam Præterierant, si quidem expositionem Eustathii sequamur, sc. C παρῆλθον, (addit autem paulo post, ἀπέκαμον ἐκεῖνοι καὶ τῷ χρόνῳ ἔφθιντο,) cum alioqui Auctor brevium Scholl. exponat ἐφθαρμέναι ἦσαν. In VV. LL. affertur ITIDEM Ἐφθίαται pro ἔφθινται, sed absque exemplo. Et PARTIC. Φθίμενος, ap. Poëtas pro ἐφθιμένος, Corruptus, s. potius Perditus, aut Interfectus, ut φθιμένους πρὸς σοῦ, Eur., Interfectos a te: [cf. Med. 1414. Ἐκ σοῦ φθιμένους.] Item simpliciter, Mortuus, Defunctus. Opp. K. 3, (287.) Καὶ φθίμεναι γὰρ ὄϊς φθίμενον λύκον ἐῤῥίγασι. Usus est autem et Xen. hoc participio licet Poëtico, K. Π. 8, (7, 3.) ut videbis p. 42. mei Cic. Lex. Interdum φθίμενος sonat Præteritus, Soph. Aj. (141.) τῆς φθιμένης νυκτὸς, Præterita nocte. [" Φθίω, Wakef. Eum. 173. Abresch. Æsch. 2, 102. ad Charit. 305. Valck. Hipp. p. 314. Φθίομαι, Heyn. Hom. 6, 538. Φθίμενος, Thom. M. 294. 895. Markl. Suppl. 59. 969. Pierson. Veris. 108. Toup. Opusc. 1, 304. Φθίσθαι, Parmenio 12. et Jacobs. Brunck. Apoll. Rh. 122. 229. Heyn. Hom. 5, 490. 584. 6, 484.: de accentu, ad Od. B. 183. D * Φθῖμι, Heyn. Hom. 4, 80." Schæf. Mss. Diosc. Præf. 1. Βοτάναι δι' ἀσθένειαν ἐφθικυῖαι. * Νεοφθίμενος, Nonn. D. 25, 269. 26, 48.] Verbum autem φθίνω usitatum est potius in neutra signif., sive etiam passiva, pro Pereo, Deficio, Tabesco, Corrumpor, Absumor, Consumor, ut φθίνοντα ζῶα Cic. vertit ap. Plat., Consumti animantes, p. 32. mei Lex. Cic. Sed observa simul, præsens φθίνοντα per præt. reddi hoc quidem in loco. Od. E. (161.) Κάμμορε, μή μοι ἔτ' ἐνθάδ' ὀδύρεο, μηδέ τοι αἰὼν Φθινέτω, Schol. φθειρέσθω. Vide Hes. et Gal. ap. Hippocr. [" Gal. Lex. Hippocr. Φθίνει δηλοῖ συντήκεται, ἰσχναίνεται, ἀτροφεῖ. Sic Herod. 3, 29. de Apide vulnerato a Cambyse, Ἔφθινε ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος, Contabescebat, Elanguescebat." Schw. Mss.] In quibusdam versibus, quos Plut. affert in Cons. ad Apoll. αὔξεσθαι et φθίνειν inter se opponuntur. Ex Eust. annotatur φθίνειν dici de die, cum sol a medio cœli axe devergit occasum versus. Præsertim vero usitatum est PARTIC: Φθίνων. Sæpe enim occurrit φθίνων μὴν, vel potius in gen. φθίνοντος μηνός. Estque ita usus ante alios Hom. Od. Ξ. (162.) Τοῦ δ' αὐτοῦ λυκάβαντος ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεὺς, Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, ubi exp. λήγοντος, Desinentis. Dictum autem ajunt mensem φθίνοντα a vicesima die usque ad tricesimam. Eust. certe illis verbis, Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, ait significari περὶ ἀκριβῆ τριακάδα μηνός: Auctor vero brevium Scholl., περὶ τριακάδα καὶ νουμηνίαν. Obiter autem hic observa ETIAM Ἱστάμενος μὴν opponi τῷ φθίνοντι, pro quo ἱστάμενος habemus ἀρχόμενος ap. Aristot. H. A. 6, 17. Ὀχεύονται δὲ οἱ θύννοι καὶ οἱ σκόμβροι περὶ τὸν ἐλαφηβολιῶνα φθίνοντα, τίκτουσι δὲ περὶ τὸν ἑκατομβαιῶνα ἀρχόμενον. Quæ Gaza, Romani sermonis consuetudinem retinere potius quam ad verbum interpretari volens, ita reddidit, Coëunt thynni et scombri mense Februario post Idus, pariunt Junio ante Nonas. Apud Eund. 7, 2. init. Περὶ φθίνοντας τοὺς μῆνας, vertit, Decrescente luna. Sciendum est porro sæpe dici quotus sit dies mensis φθίνοντος. Thuc. Μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος, ubi Interpres, Mensis quarto ante finem die. Potuit autem pro Ante finem, dicere etiam A fine. Plut. Alexandro, Ἐκέλευσε μηκέτι τριακάδα τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀλλὰ τρίτην φθίνοντος ἀριθμεῖν. Apud Synes. autem legitur etiam τρισκαιδεκάτη φθίνοντος, Ep. 4. Ἦν μὲν οὖν τρισκαιδεκάτη φθίνοντος: quod videndum est quomodo convenire possit cum iis quæ antea dicta fuerunt, sc. φθίνοντος μηνὸς appellationem a vicesima duntaxat die initium sumere. Cum quibus tamen conveniunt et hæc, quæ quidam annotat, Græcos in numerandis diebus mensium e lunæ luminibus, hac φθίνοντος appellatione in tertia decade usos esse, ad quotidianam luminum diminutionem, quæ fieret a plenilunio, respicientes. Ut autem ad PARTIC. Ἱστάμενος revertar, fuisse dictum ἱστάμενον μῆνα usque ad vicesimum diem, id vero cum aliunde, tum ex J. Poll. et Hes. refelli potest, quem vide. Aliqua autem huc pertinentia habes et ap. Plut. Solone p. 168. meæ Ed. Ceterum usurpari et partic. PASSIVUM Φθινόμενος hac in signif. tradunt quidem VV. LL., adjuncto hoc anonymo exemplo, Φθινομένου πρώτῃ: sed id mihi certius confirmari cupio. Ibid. THEMA Φθίνομαι pro Corrumpor, Absumor, Dissipor, Deficio, Pereo; sed vocem potius activam φθίνω, quam passivam φθίνομαι, has ipsas et neutras et passivas signiff. habere sciendum est, ut et docui supra. [" Φθίνω, Wakef. Herc. F. 70. 710. Alc. 201. 290. Eum. 788. Brunck. Apoll. Rh. 229. El. 1414. Diod. S. 1, 334. Clark. ad Il. B. 43. Valck. Hipp. p. 178. Diatr. 6. De mense, Thom. M. 895. Ilgen. ad Hymn. 359. De tempore exacto, Græv. Lectt. Hes. 618. De quant., ad Il. Z. 146. Φθίνων ἐτελεύτησε, Tabe obiit, Bibl. Crit. 3, 1. p. 106. Active, ad Charit. 210." Schæf. Mss. " De luna decrescente, Theoph. ad Autol. 1, 19." Schleusn. Mss.]

Φθισήνωρ ET Φθισίμβροτος, ejusd. signif., (hoc ἀπὸ τοῦ φθῖσαι τοὺς βροτοὺς, illud ἀπὸ τοῦ φθῖσαι τοὺς ἄνδρας,) Homines perdens, Mortalibus exitium afferens s. interitum, Hominibus exitiosus, ut πόλεμον φθισήνορα vocat Hom. Il. B. (833.) itidemque μάχην legimus dictam φθισίμβροτον. [" Φθισήνωρ, Heyn. Hom. 4, 414. 6, 531. Valck. ad Bion. p. 332." Schæf. Mss. " Orac. Sibyll. 207. Ops.=281. Gall." Elberling. Mss. Ruhnk. ad Bion. 15, 14. Passow. ad Musæum p. 211. * Φθισήνορος, Opp. Ἁ. 2, 667. ἄτη. " Φθισίμβροτος, Quint. Sm. 4, 433. (9, 218.)" Wakef. Mss. Φθισίβροτος, Plut. 7, 570. Lysandro 22. Ages. 3. * Φθισίφρων, Opp. K. 2, 423.]

Φθίσις, ἡ, Corruptio: respiciendo ad primam verbi φθίω signif. Item Consumtio, Decrementum; nam ab Aristot. de Gen. et Corr. videmus φθίσιν opponi τῇ αὐξήσει. Apud Eund. legimus in l. de Mundo, (si modo is Auctor hujus libri esse putandus est,) Ἐκτροφαὶ πάντων καὶ ἀκμαὶ καὶ φθίσεις: quæ ibi ita redduntur, Rerum vegetationes adolescentium primum, deinde tabescentium. At vero ap. Plat. Timæo legitur, Αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον, Cic. Ita se ipse consumtione et senio alebat sui. In

VV. LL. Φθίσις γίνεται τῇ σελήνῃ, Decrescit luna. Et Φθίσις τῆς σελήνης, Lunæ silentium, e Gaza ap. Aristot. de Gen. Anim. 4. Φθισίς, ap. Medicos Tabis species tertia, ut Bud. annotat e Celso. Idem tamen Celsus Tabem interpr. sine adjectione, cum pro his Hippocratis verbis, Καὶ πυρετοὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, dicit de autumno itidem loquens, Oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes quam Græci φθίσιν nominant. Item cum pro his Ejusd. Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισι συμβαίνουσι ἐπιληψίαι, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, καὶ τἄλλα νοσήματα, ita scribit, Adolescentia morbis acutis, item comitialibus, tabique maxime objecta est. Φθίσις, inquit Gorr., Tabes, Extenuatio totius corporis cum febre parva, propter pulmonis ulcera insanabilia. Vel, est pulmonis exulceratio, febrem parvam et totius corporis extenuationem inducens: utroque modo ap. Gal. definiri comperio. Si nominis rationem spectemus, extenuatio est, quod φθίσις ἀπὸ τοῦ φθίνειν dicatur; sed cum plerique morbi a symptomate nomina sortiti sint, ea dici potest pulmonis exulceratio esse. Et revera φθίσις pulmonis affectio est, quæ si non sit exulceratio, certe eam omnino comitem habet, et tantam ut qui ea laborat, σκέλετος potius quam homo videatur, colliquatis absumtisque non modo carnibus, sed solidis etiam partibus supra modum resiccatis. Crebræ enim desudationes alvusque persæpe liquidior humorem omnem exhauriunt, ipsaque lenta febris, qua nulli phthisici vacant, corpus paulatim absumit. Est autem ea omnino putris, et symptomatica ut quæ nascatur ab ulcere pulmonum purulento et putri, cordi admodum vicino, estque de genere (ut scribit Gal. Aphor. 12. l. 1.) febris quotidianæ, noctuque magis quam interdiu affligit. Hæc quidem. proprie dicta φθισις est, quamque proprio vocabulo Græci, et præsertim Athenienses, φθόην appellant: improprie autem dicta φθίσις est cum corpus sine pulmonis ulcere extenuatur, a calida et sicca pulmonum intemperie, aut febre ejusdem hectica, quam se aliquando vidisse Gal. memoriæ prodidit, nos autem sæpe vidimus. Φθίσις dicitur etiam Pupillæ affectus, cum ea angustior, hebetior, obscurior, rugosiorque evasit. Tunc autem majora quam sint, apparent ea quæ videntur, propter pupillæ angustiam. Causa hujus mali densatio est, quam siccitas potius quam quidvis aliud parit. Differt ἀπὸ τῆς ἀτροφίας, quod hæc oculi totius, φθίσις autem pupillæ tantum sit. [" Ad Timæi Lex. 271. Toup. Opusc. 1, 548. Mœr. 399. et n." Schæf. Mss.] Φθισικός, Qui laborat tabe, quæ phthisis dicitur. Quidam interpr. Tabidus, Phthisicus, Plin. Ex Alex. Aphr. Οἱ ἐκ βάσεως κιονίδα ἀποτμηθέντες, φθισικοὶ γίνονται. Plut. (8, 681.) Φθισικοὺς μὲν ὁρῶντες δυσχεραίνομεν, ἀνδριάντας δὲ καὶ γραφὰς φθισικῶν ἡδέως θεώμεθα. [* Φθισικεύομαι, Galen. Comp. Med. sec. Loca 7, 2. p. 529. 552.] Dictum vero fuit ETIAM Φθισκὸς pro φθισικὸς, si Hesychio credimus, scribenti, φθισκὸς, φθισικός. Et VERB. Φθισιάω, Tabe laboro. Redditur etiam Tabe consumor, laboro. Cujus infin. aor. 1. φθισιάσαι ap. Aristot. Probl. [5, 31. 28, 1.] Partic. autem φθισιῶν pro nomine φθισικὸς ponitur. [Plut. 6, 156.] At VERO Φθῖσα Hesychio, Tabe reddita exilis.

Φθιτὸς, Corruptibilis, Corruptioni obnoxius s. Interitui, Mortalis. Exp. enim ab Hes. φθαρτὸς, θνητὸς, νεκρός: quod postremum non Mortalis, sed Mortuus Latine sonat: qua etiam signif. usurpatum reperitur, ut ap. Plut. de Pr. Frigido, Φθιτῶν καὶ ἐνέρων. Est tamen Poëtarum potius quam prosæ Scriptorum hoc nomen, habens in Epigr. priorem brevem. [Plut. 6, 58. " Wakef. Alc. 445. Brunck. ad Eur. Hipp. 1448=1437. Clark. ad Il. B. 43. Pierson. Veris. 108. Mortuus, Valck. Hipp. p. 319. Musgr. Alc. 100." Schæf. Mss.] CONTR. Ἄφθιτος, ὁ, ἡ, Incorruptibilis, Corruptioni minime obnoxius; Immortalis, Æternus. Hom. Il. B. (46.) vocavit σκῆπτρον ἄφθιτον, ubi Schol. annotat, Philosophos ἀθάνατον de animatis, ἄφθιτον de inanimatis usurpare: Quod tamen discrimen nequaquam observari dico. Hesiod. (Θ. 389.) Στὺξ ἄφθιτος Ὠκεανίνη. Apud Soph.

A ἄφθιτοι γνῶμαι exp. ἀμετάτρεπτοι: [Antig. 339. Fr. Inc. 23. " Ruhnk. ad H. in Cer. 321. Clark. ad Il. B. 43. Toup. Opusc. 1, 277. 2, 57. Emendd. 1, 421. 2, 486. Mitsch. H. in Cer. 192. Brunck. Soph. 3, 504. Jacobs. Anth. 6, 235. 11, 402. 12, 160. Heyn. Hom. 5, 130. 6, 374. 561. Musgr. Ion. 1618. Herc. F. 1386. Ἀφθίτη, Mesomedes 1." Schæf. Mss.] " Ἀφθιτόμητις, Cujus consilia non intereunt, sed " immota manent. Sic Soph. ἀφθίτους γνώμας dixit " τὰς ἀμεταστρέπτους." [* Ἀφθιτόμισος, Manetho 4, 234. * Πανάφθιτος, Anal. 2, 25. Antip. Sid. 70. * Ἀφθίτως, Orac. Sibyll. 5. p. 641.] " Νεόφθιτος, " Qui recens interiit: νεόφθιτον, νεωστὶ τελευτῆσαν, " νεωστὶ φθαρέν. Hes. νεόφθιτος κόρη est non solum " ἡ νεωστὶ τελευτήσασα, sed etiam ἡ ἄρτι φθαρεῖσα: " quod inter alia significat, Recens vitiata." [* Φθιτόομαι, Perdor, Lycophr. 1159.]

Composita autem VERBA, Ἀποφθίω ET Καταφθίω, itidem pro Perdo, Interficio. Hesiod. ἄνδρας ἀποφθίσειε θάλασσα. Soph. Aj. (1027.) Ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ B θανὼν ἀποφθίσειν. Et pass. ἀποφθίομαι, Perdor, Interficior, vel generaliter, Morior, Pereo, a quo ἀπέφθιτο in Epigr. Magis vero usitatum est PARTIC. Ἀποφθίμενος, pro Perditus, Interfectus, aut etiam generalius, Mortuus. Il. Γ. (322.) Τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω. [" Brunck. Apoll. Rh. 185. Jacobs. Anim. 292. Philipp. 65. Theocr. 22, 141. Toup. Opusc. 2, 243. Koen. ad Greg. Cor. 287." Schæf. Mss. Od. E. 110. ἀπέφθιθον, al. ἀπέφθιθεν, pro ἀπεφθίθησαν. " Ἀποφθίσθω, Il. Θ. 429. * Ἀπόφθισις, Schol. Arat. 101." Wakef. Mss. * Συναποφθίω, Opp. 'A. 5, 576. ὁμῇ συναπέφθισαν ἄτῃ, 587. συναπέφθιτο.] A passiva Καταφθίομαι est itidem PARTIC. Καταφθίμενος potissimum in usu, eandem cum ἀποφθίμενος signif. habens. Extat autem cum alibi, tum in hoc vetere Æschyli Epitaphio, Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει Μνῆμα καταφθιμένον πυροφόροιο γέρας, κ. τ. λ. Affertur et infinitivus incremento carens, καταφθίσθαι pro Periisse. [" Toup. Opusc. 1, 304. Valck. Hipp. p. 254. Wakef. Eum. C 730. Abresch. Æsch. 2, 102. ad Charit. 491. Musgr. Rhes. 378." Schæf. Mss. * Ἔκφθιμι s. * Ἐκφθίω, unde ἐξέφθιτο, Od. I. 163. Nicander Θ. 331.: ἐξέφθινται, Æsch. Pers. 927. * Ἐπιφθίομαι, Nonn. D. 47. p. 1214. * Παραφθίω, unde παραφθίμενος, Carm. Sib. 372.] " Προφθίμενος, Præmor-" tuus, s. Ante mortuus, Epigr." [" Parmenionis 14." Schæf. Mss. * Ὑπέρφθιμι s. * Ὑπερφθίω, unde ὑπερέφθιτο, Pind. Π. 6, 29.]

[* Φθίδιος, Hesychio ὀλιγοχρόνιος, ὀλίγος.]

Ab illo autem φθίνω fit NOMEN Φθινώδης, Qui jam phthisi correptus est, ad phthisin natura proclivis est, ut qui tam angusto astrictoque thorace est, ut a tergo operta scoptula instar alarum promineant: UNDE Πτερυγώδεις, h. e. Alati, nominantur. Præterea cui caput facile impletur, quodque respiratoriis organis multas distillationes demittit. Nam si hæc duo simul coëant, thoracis figura et capitis imbecillitas, ejusmodi natura tabi valde obnoxia est. Hæc Gorr. In VV. LL. φθινώδης e Diosc. af-D fertur in priore illa signif. Redditur enim ibi Tabidus, Qui tabe conficitur. [Vide Φθεγγώδης. " Ad Diod. S. 2, 111." Schæf. Mss. Tabificus, Herodian. 1, 12, 5. Τὸ φθινῶδες τοῦ ἀέρος, al. * φθορῶδες, quod verum videtur. * " Φθινικός, Hippocr. 114. νοῦσος, perperam pro φοινικίη." Schn. Lex.] Fiunt inde præterea NOMIN. Φθινὰς, άδος, ἡ, ET Φθίνασμα, τό. Affertur autem φθινὰς νόσος e Plut. Galba (17.) pro φθίσις, Tabes, ut sc. sonent illa duo verba q. d. Tabificus morbus, non autem Tabidus morbus, ut habent VV. LL. Quæ errorem huic contrarium committunt in φθισικὸς, cum interpr. etiam Tabificus. At φθινὰς ἁμέρα, [Eur. Heracl. 779.] vide ap. Hes. Apud quem est ETIAM Φθίνα, Rubigo: item Oleæ genus. Φθίνασμα quoque i. q. φθίσις significare perhibetur. Ac certe Hes. φθινάσμασι exp. φθίσεσι. Sed Eust. Æschylum (Pers. 232.) vocasse tradit ἡλίου φθινάσματα, Solis occasum: scribens etiam, τὰ πρὸς δύσιν dici ἀναλογεῖν φθινάδι ὥρᾳ, ut χειμερινῇ ὥρᾳ τὰ τῆς νυκτὸς, et ἐαρινῇ τὰ ἑῷα. [" Φθινὰς, Thom. M. 529.

Musgr. Heracl. 778. ad Diod. S. 2, 111. Matth. ad Gloss. Min. p. 16. Toup. Opusc. 1, 548. ad Lucian. 1. p. xxxii. 290. Φθίνασμα, Brunck. ad Æsch. Pr. 348." Schæf. Mss. * Φθίνης νόσος pro φθόη s. φθινὰς habet J. Poll. 4, 187. sed suspectum est.] " Φθίνυλλα, Pestifera, VV. LL. ex Aristoph." ['Εκκλ. 935. * Φθινάω s. * Φθινέω, Lucian. 2, 880. Ἀπὸ δυσουρίας φθινήσαντας, al. φθινύσαντας. * " Διαφθινέω, unde part. διεφθινηκὼς, Schol. Theocr. 10, 18. Plut. 2, 117. 621. (Mor. 1, 460.) 4, 774." Wakef. Mss. Arrian. Epict. 4, 11, 25. τὴν κόμην κατεφθινηκὼς, Sordidis capillis.] " Ἀποφθίνω, Intereo, Pereo, " Hippoc. de Aëre, Aqu. et Loc. Τά τε γὰρ νοσεύ- " ματα μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι κρίνεται· καὶ " τὰ μὲν, ἀποφθίνει, τὰ δὲ λήγει. Nisi potius signif. " Interimunt, Perimunt, Ad orcum demittunt." [" Heyn. Hom. 5, 213. Ἀποφθινόμενοι, Mortui, Valck. Anim. ad Ammon. p. 7." Schæf. Mss. * Ἐπιφθίνω, Nicander Fr. 2, 70.] Καταφθίνω et Συμφθίνω, in VV. LL. quæ καταφθίνω exp. Pereo, Marcesco; active, Consumo tabe: et καταφθίνων, Mortuus: quæ exp. suspicione apud me non caret. Συμφθίνω autem Una diminuor, Simul decresco. [" Καταφθίνω, Plut. Mor. 1, 7. Theocr. 25, 122. et Valck. Eur. Tro. 1299. et Barnes. (Alc. 638.)" Schæf. Mss. " Συμφθίνω, Ælian. H. A. 677." Wakef. Mss. * " Ὑποφθίνω, Imminuor, Heracl. Alleg. 61. p. 186. Σώματος ἰσχὺς ὑποφαίνει. Opponitur ibi αὐξάνεσθαι." Schleusn. Mss. Falsa lectio ap. Hippocr. Epidem. 1. T. 1. p. 654. Lind.; Foës. et Gal. ὑποφθείρομαι exhibent.] Per παραγωγὴν vero, quam esse Atticam quidam tradiderunt, factum est VERB. Φθινύθω ex illo φθίνω, significans itidem Perdo, Profligo, Corrumpo, Consumo. Reperitur enim Od. A. (250.) οἶκον φθινύθειν, et Ξ. (95.) οἶνον φθινύθειν, pro Corrumpere. Alibi φθινύθειν κῆρ: Il. A. (491.) ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ Αὖθι μένων, ubi φθινύθεσκε commode reddetur Macerabat. Dicitur enim Latine aliquis qui in mœrore versatur, Macerare cor s. animum. Sic et θυμὸν ἀποφθινύθειν. Verum absolute etiam capitur, s. neutraliter, pro Contabescere. Potest vero et passive reddi, Macerari: Il. B. (346.) Τούσδε δ' ἔα φθινύθειν ἕνα καὶ δύο. Apud Hes. φθινύθειν signif. activa, quod exp. εἰς φθίσιν ἄγειν: et signif. passiva, in qua exp. φθείρεσθαι, item τήκεσθαι. Ex Eod. habemus et VERB. Φθίνυω: nam φθινύουσι legitur ap. eum, quod exp. itidem φθείρονται. Nisi forte hic leg. sit potius φθινύθουσι, quamvis præcedat φθινύθειν, φθείρεσθαι. [" Φθινύθω, Heyn. Hom. 4, 134. 5, 667. Clark. ad Il. B. 43." Schæf. Mss. Activo sensu, Opp. K. 4, 186. φθινύθει πόνον, Operam perdit. " Φθινύω, Geop. T. 1. p. 57. (Ὁ οἶνος φθινύσει ὑπὸ πάχνης.)" Wakef. Mss.] COMP. Ἀποφθινύθω ET Καταφθινύθω, pro simplici φθινύθω. Nam ut κῆρ vel θυμὸν φθινύθειν dicitur, sic et Θυμὸν ἀποφθινύθειν legimus Il. Π. (540.) At Hesiod. neutrali signif. usus est, (quam et simplex φθινύθω habere docui,) pro Pereo, Intereo, Ἔργ. (1, 241.) ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί. Sic autem alterum comp. Καταφθινύθω utrumque usum præstat. [" Ἀποφθινύθω, Cleobul. 2. Καταφθινύθω, Jacobs. Anth. 11, 138." Schæf. Mss. * Περιφθινύθω, Orph. Lap. Corall. 12. * Ἀμφιπεριφθινύθω, Hom. H. 4, 272.]

SUPEREST Φθόη, quod vocab. in h. l. reservavi, quoniam commode præcedentibus inseri posse non videbatur. Dicitur autem proprie φθόη a Græcis, et præsertim Atheniensibus, quam omnes Medici φθίσιν appellant, ut Gorr. e Gal. annotat. Sic certe ap. ipsum Gal. φθόην Bud. accipit pro φθίσιν, interpretans Tabem, in h. ejus l. Οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ τὴν γυναῖκα θηλάζουσαν ἐφίστων τοῖς τῇ φθόῃ κάμνουσιν, Nutricem lactantem admovebant tabe laborantibus. Reperio autem ap. eund. Bud. e quopiam quem non nominat, Φθόαι καὶ φθίσεις, καὶ ἐκτικὰ νοσήματα, ταὐτόν. At VV. LL. e Gal. annotant, etiam vocari a Medicis φθόην Diminutionem corporis et maciem, quæ ex ulcere pulmonis perpetuaque ejus vomica fiat. Atque adeo in VV. LL. quæ prima edita fuerunt, redditur simpliciter Vomica. [" Boiss. Philostr. 409. ad Lucian. 1, 352. Toup. Opusc. 1, 548.

A Timæi Lex. 271. et n. Mœris p. 399. et n." Schæf. Mss. " Pestilentia, Philes p. 90." Schleusn. Mss. Demosth. 1481. Phrynichus Bekkeri p. 71.] " Νεόφθοητος affertur pro Nuper corruptus; sed ἁμαρτύρως."

" ΦΘΟΕΙΣ, Pastilli, τροχίσκοι, Gal. ap. Hippocr. " Legitur ET Φθοΐσκοι ap. Eund. περὶ Γυναικ. 1. (p. " 673, 9.) Καὶ ποιήσας τοὺς φθοΐσκους ὅσον δραχμαίους. " At VERO Φθοῖς per contr. factum e φθόϊς, est " Quoddam placentæ genus, e caseo cribrato et " siligine. Aristoph. Πλ. (677.) Τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα καὶ τὰς ἰσχάδας. Ubi observa accus. quo- " que plur. φθοῖς. Gen. autem sing. a quibusdam " affertur φθοιὸς, cum tamen quidam dubitarint an " declinaretur. Dicitur et Φθόϊς, ιδος, ἡ, pro eod.: " unde φθοῖς in illo Aristoph. l. exp. φθόϊδας:" [" cf. Athen. 439. (592.) 647." Schw. Mss. " Brunck. ad Aristoph. l. c. T. H. p. 224. Jacobs. Anth. 8, 166. 9, 227. Schneid. Præf. ad Anab. xviii. Thom.
B M. 896. ad Mœr. 275. 386. 387. Toup. Opusc. 1, 180. 2, 104. 172. * Φθοίας, Callim. 1. p. 552." Schæf. Mss. Eust. 1753. Lobeck. Phryn. 88.]

ΦΘΟΝΟΣ, ὁ, Invidia, Invidentia. Cic. φθόνον maluit interpretari Invidentiam quam Invidiam, cum hanc definitionem, Φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, (quæ refertur et a Plut.) ita reddidit, Invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas: ut videbis p. 60. mei Cic. Lex. Idem, ut videbis ibid. p. 14., hæc Platonici Timæi verba, Ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος, ita vertit, Probus autem invidet nemini. Sciendum est autem, φθόνον ἔχειν non solum poni pro Invidere, sed et pro Invideri. Nam ut affertur ex Aristide, Οὐκ εἰκὸς φθόνον ἔχειν τῇ πόλει, Invidiam habere civitati, pro Invidere civitati; sic etiam legi sciendum est ap. Isocr. Τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα τῶν ἔργων φθόνον ἔχει καὶ δυσμένειαν καὶ πολλὰς βλασφημίας, Invidetur illis, Invidiæ sunt obnoxia. In-
C venitur autem et χρῆσθαι φθόνῳ dictum de eo cui invidetur. At pro Conflare invidiam s. concitare, legitur συνάγειν φθόνον ap. Dem. (524.) Affertur vero et φθόνον κινεῖν pro ead. signif. ex Hermog. At τὸν φθόνον παραιτεῖσθαι, est, ut inquit Bud., cum dicitur Absit invidia verbo. Aristides p. 220. Εἰ δεῖ παραιτησάμενον τὸν φθόνον εἰπεῖν. Frequens est porro φθόνος οὐδεὶς, s. οὐδεὶς φθόνος, subaudito verbo ἐστὶ, vel ἔσται, pro οὐ φθονήσω, Non invidebo tibi quod postulas, Non tibi negabo quod postulas, Bud. Possumus autem non minus commode uti composito Denegabo. Subjungitque ex Juliano Augusto, in Ep. ad Georg. Εἰ δή τι καὶ παρ' ἡμῶν τοῦ κατά σε φιλικοῦ δέῃ, φθόνος οὐδεὶς, ubi φθόνος οὐδεὶς sonare dicit, Libens id præstabo. Et e Luciano (1, 561.) Πρὸς τῆς φιλοσοφίας μὴ φθονήσῃς κἂν τοῦτο εἰπεῖν. Respondetur autem, ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος, pro Ego vero libens id dicam. Sic e Plat. Timæo, Φθόνος οὐδεὶς, ὦ Σόλων· ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ καὶ τῆς πόλεως ὑμῶν. Subauditur autem et infin. in
D hujusmodi ll., quem alioqui nonnulli loci adjunctum habent, ut hic Philonis, Φθόνος οὐδεὶς ἀναδιδάσκειν: ubi vertit idem, Docere non gravabimur. Sed alicubi hoc genus interpretationis a Bud. traditum non admittunt hæc verba, ut ap. Demetr. Phal. (aut eum quicunque est Auctor libelli qui huic ascribitur,) Δῆλον ὡς τοῖς γε εἰς ᾅδου κατελθεῖν βουλομένοις οὐδεὶς φθόνος. Hic enim φθόνος suam Invidiæ signif. retinet; potestque subaudiri etiam τούτου cum φθόνος, ut sit, οὐδεὶς φθόνος τούτου, sc. τοῦ κατελθεῖν. Sic ap. Greg. Naz. cum gen. Φθόνος οὐδεὶς ἀναβάσεως, ubi retinetur itidem signif. propria nominis φθόνος, ideoque recte h. l. ita redditur, Ad altiora contendentibus non invidendum. Φθόνος, Reprehensio, μέμψις, ut exp. cum alii tum Schol. Aristoph., et Eust., in isto Eur. Hec. loco, (288.) ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας, ubi φθόνος ἐστὶ, (subauditur enim verbum illud ἐστὶ) exp. etiam, eod. quidem sensu, sed paulo commodius, μέμψεως ἄξιόν ἐστι, item ἐπιλήψιμόν ἐστι: Latine Invidiosum est. Affertur vero et

Invidia est, e Virg., tanquam eodem dictum modo, Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est? Sed et aliter hic posse, s. potius debere, intelligi, manifestum est, ut docebo et in Φθονῶ. Φθόνοι plur. e Plat. de LL. Ἄνευ φθόνων. [" Markl. Suppl. 348. Iph. p. 153. Musgr. Rhes. 343. 455. El. 902. Wakef. Trach. 251. 1033. Phil. 776. Jacobs. Anth. 7, 164. 9, 344. 12, 330. Zenod. Epigr. et Jacobs.: cf. Porson. Phœn. 1613.: Lucillius 63. et Jacobs.: T. H. ad Propert. 929. Schol. ad Aristoph. Πλ. p. 34. Lobeck. Aj. p. 239. ad Lucian. 1, 458. Verh. ad Anton. Lib. 197. LB., Matth. ad Gloss. min. p. 15. ad Charit. 216. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 58. ad Mœr. 168. Ammon. 64. Bibl. Crit. 1, 4. p. 75. ad Herod. 216. 222. 238. ad Od. T. 348. Hermann. Obs. 39. Reprehensio, Eur. Hec. 288. Lucian. Dial. p. 76. Ira Deorum, Nemesis, Musgr. ad Hec. l. c. ad Herod. 216. Bergler. Præf. ad Il. p. 7. Valck. Callim. 181. Brunck. El. 1466. Οὐδεὶς φθ., Jacobs. Anth. 10, 94. Boiss. Philostr. 304. Lennep. ad Phal. 149. ad Lucian. 1, 248. Φθ. κατά τινος, ad Dionys. H. 3, 1344. 1421. Φθ. ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται, ad Lucian. 1, 201. Heind. ad Plat. Phædr. 251." Schæf. Mss. "Rationis egestas, Hierocl. 48." Wakef. Mss.]

Ἄφθονος, ὁ, ἡ, Invidiæ expers, Ab invidia remotus s. alienus, Non invidens, [Phocyl. 67.] ἄφθονοι οὐρανίδαι. Sic Herod. 3, (80.) Τύραννον ἄφθονον ἔδει εἶναι. Usus est et Plut. de Cicerone. Ἄφθονος, Copiosus, Largus, Multus. In VV. LL. e Luciano (3, 425.) Πάντα γὰρ ἄφθονα, Cuncta siquidem abunde suppetebant. Et additur, hinc accepisse istam signif. hoc adj., quod quæ copiosissima sunt et præstantissima, ea invidiam omnium superent. Sed ego potius dixerim ἄφθονον inde poni pro Copioso, quod qui aliquid invidet cuipiam, id ei aut non impertitur, aut certe gravate, ideoque parce; at qui non invidet, nec gravate, sed lubenter præbet, large contra et copiose impertiri solet. Sin autem sequi velimus ea quæ Etym. scribit in NOMIN. Ἀμέγαρτος, dicemus, sicut ἀμέγαρτον, sic etiam ἄφθονον sonare τὸ πολὺ, et τὸ μέγα, tanquam πολλοῦ φθόνου ἄξιον: habente sc. ἀ vim intendendi: quod soleamus invidere τοῖς πολλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις. Sed Idem ἀμέγαρτον pro Vili poni tradit, habente tunc α vim στερητικὴν, i. e. privativam. Quam certe signif. nequaquam in ἄφθονος reperiri existimo; contra vero pro Copioso et abundanti passim reperitur. Interdum etiam redditur ἄφθονον voce Multum: ut ἄφθονον ἔλαιον, Multum oleum, vel Multum olei. Sic ἄφθονον σχολὴν ἔχω, in VV. LL. Multum habeo otii. Æschines tamen ἄφθονα et πολλὰ copulavit, c. Ctes. Ἄφθονα δήπου καὶ πολλὰ ἔχων λέγειν. Demosth. autem in Or. pro Cor. conjunxit ἀφθονώτερα καὶ εὐωνότερα, (255.) Ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις. Sciendum est porro inveniri ἐν ἀφθόνοις interdum sine adjectione alius nominis, ubi commode subaudiri posse videtur dat. ἀγαθοῖς, ut ap. eund. Dem. in eadem Orat. (p. 312.) Οὔτ' εἴ τις πενίαν προπηλακίζει, νοῦν ἔχειν ἡγοῦμαι, οὔτ' εἴ τις ἐν ἀφθόνοις τραφεὶς, ἐπὶ τούτῳ σεμνύνεται. Sic ἐν ἀφθόνοις γενόμενοι affertur aliunde pro Abundantes. ‖ Sed ἄφθονος dicitur etiam Cui copia rei alicujus suppetit: qua etiam in signif. potest reddi nomine Copiosus, ut ap. Cic. Copiosa mulier, Cui bonorum copia suppetit, unde ei adjungitur Locuples. Isocr. Paneg. Ἄφθονον καὶ ῥᾴθυμον αὑτοῖς κατεστήσαντο τὸν βίον. Sed et sequente dativo, ex Aristot. Polit. 7. Ἄφθονος ὕδασι, Cui aquæ copia suppetit, Aquis abundans, Affluens. ‖ Item ἄφθονοι λίθοι, VV. LL. ex Eur., Ingentia saxa. ‖ Eadem HABENT Ἀνάφθονος, itidem pro Copiosus: sed ἀμάρτυρον. [" Ἄφθονος, ad Plut. 5, 338. H., Thom. M. 132. Coray ad Thuc. 3, 261. ad Lucian. 1, 179. ad Charit. 324. Herod. 544. Ἀφθονέστερος, ad Mœr. 25. ad Diod. S. 1, 66." Schæf. Mss. "Pind. ap. Bekk. Anecd. 80. (Ό. 2, 172.)" Kall. Mss. "Ἄφθονος γῆ, Permulta soli jugera, Permulti agri, 2, 2.: ut ap. Plut. Arato p. 1031. Sic χρυσὸς ἄ. ap. Herod. 6, 132. Opp. ὀλίγη γῆ, Xen. K. Π. 5, 4, 12. Ἄ. A ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι, Tempestates abunde ferunt fructus omnis generis, 3, 20." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. "Ἄφθοναι θύραι, Fores semper patentes, Mich. Apost. Prov. 5, 12." Schleusner. Mss. * "Ἀφθονόχυτος, Const. Manass. Chron. 6221. p. 241." Kall. Mss.] Ἀφθόνως, Absque invidia, Non invide, Candide, Large, Copiose, Affatim. Herodian. 6, (1, 17.) Ἵνα ἔχοι τοῖς στρατιώταις ἀ. καὶ ῥᾳδίως ὁ Ἀλέξανδρος χαρίζεσθαι. At in VV. LL. affertur, sed absque Auctoris nomine, Ἀφθόνως ἀφιέντες τῶν ὀϊστῶν, pro Confertim jaculis emissis. [Eur. Cress. Tr. 9. Plut. 6, 563. Pelop. 25. Xen. K. Π. 3, 2, 13. Ἀπ. 1, 2, 60. 3, 11, 4. * "Ἀφθονωτάτως, Nicet. Eugen. 6, 186." Boiss. Mss. Ἀφθονώτατα, Dio Cass. 688.] ITEM Ἀφθονία, ἡ, (q. d. Invidiæ carentia,) Animus invidiæ expers, Habitus animi invidia carentis. Æquitas animi vacans invidia, Bud. ap. Basil. Sed multo frequentius sequitur eam nominis ἄφθονος signif., qua pro Copioso s. Abundanti ponitur: et tum declarat Copiam, s. Abundantiam, et ubertatem. B Unde ap. Xen. K. Π. 8, (6, 11.) ἀφθονίαν ἔχειν τινῶν et σπανίζειν τινῶν inter se opponuntur. Apud Eund. Σ. (4, 55.) opponi videmus ἀφθονίαν τῇ ἀφορίᾳ, ubi dicit Καρποῦ μὲν ἀφθονίαν, φρενῶν δὲ ἀφορίαν. Isocr. autem in Paneg. dixit, ἀφθονίαν χώρας, quod quidam interpr. Latifundia. [" Ad Thom. M. 133. ad Phalar. 300." Schæf. Mss. Pind. N. 3, 14.]

Ἐπίφθονος, ὁ, ἡ, Invidiæ obnoxius, Invidiæ expositus, Invidiosus. Plato de LL. 12. Χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα. Quæ Cic. vertit, ut videbis p. 40. mei Cic. Lex., Aurum autem et argentum in urbibus, et privatim in fanis, invidiosa res est. Aliis etiam rebus variis tribuitur, ut Plut. Pericle, Ἐπίφθονος ἰσχὺς, Invidiosa potentia, Popl. Ἐπίφθονος ὄψις, Invidiosum spectaculum. At de persona dictum, ut ap. Thuc. 7, (77.) Καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα, de q. l. dicam et paulo post. Herod. autem (7, 139.) dixit ἐπίφθονος πρὸς C ἀνθρώπων pro ἐπίφθονος ἀνθρώποις, Invidiosus hominibus; vel magis ad verbum, Invidiosus apud homines. Item ἐπίφθονος περί τι, Plut. Polit. Præc. Ὅπως μήτε περὶ ταύτας εὐκαταφρόνητοι, μήτ' ἐπίφθονοι περὶ ἐκείνας ὦμεν. Plato Apol. (27.) βαρύτεραι et ἐπιφθονώτεραι copulavit. Interdum dicitur ἐπίφθονόν ἐστι, pro Invidiosum est, Res invidiosa est. Ut, Ταῦτα τὸ πράττειν ἐπίφθονον, sub. ἐστί. Et ap. Herodian. (2, 3, 7.) Παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον, Recusabat imperium, tanquam rem invidiosam. Ad verbum, q. d. Invidiositatem imperii. Apud Thuc. autem τὸ ἐπίφθονον substantive non tam Invidiositas, ut ita dicam, quam Invidia: (2, 64.) Τὸ ἐπίφθονον λαμβάνειν ἐπὶ μεγίστοις. ‖ Ἐπίφθονον, Odiosum, Reprehensione dignum, Culpandum, μεμπτὸν, ut ap. Eur. exp. alicubi, [Andr. 181.] Sic et in illo Thuc. loco quem paulo ante protuli, Καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, Schol. exp. μεμπτοί: itidemque φθόνος, μέμψις, paulo post. Sed nihil obstare videtur, quominus ἐπίφθονοι suam illic signif. retineat, cum D sciamus ethnicos Scriptores, præsertim autem Poëtas, frequenter dicere homines sese diis ob nimiam potentiam, aut arrogantiam, aliudve aliquid invidiosos reddere. Quod si tamen ἐπίφθονοι non placeat pro Invidiosi, malim reddere Odiosi: quam signif. ap. Lat. videtur posse itidem habere nomen Invidiosi, cum Invidiam pro Odio poni satis notum sit. [" Valck. Phœn. p. 70. Musgr. Hec. 1185=1171. Med. 530. Iph. A. 333. Steinbr. Mus. Tur. 1, 333. Eurip. T. 3. p. 268. ad Herod. 216. 370. Thom. M. 898. ad Charit. 616. 775. Cattier. Gazoph. 85. T. H. ad Propert. p. 929. Eur. Suppl. 893. (act. intelligam.)" Schæf. Mss.] Ἐπιφθόνως, Invidiose, ut ap. Thuc. 1, (75.) Τοῖς Ἕλλησιν ἐ. διακεῖσθαι, Græcis invidiosi esse, Apud Græcos invidia laborare. Apud Eund. (3, 82.) Ἐ. τι διαπράξασθαι, Invidiose et memorabiliter, quod sc. quæ magna et memorabilia sunt, invidiosa esse soleant: unde etiam Schol. exp. ἐπίφθονον καὶ μέγα. ‖ Sed cum ἔχειν junctum adverbium ἐπιφθόνως, ap. Xen. sonat Invide,

non Invidiose: K. Π. 3, (3, 7.) et 8, (2, 13.) ubi dicit 'E. εἶχον πρὸς ἀλλήλους, pro Sibi invicem invidebant. 'Ανεπίφθονος, ὁ, ἡ, Minime invidiosus: ἐπωνυμία e Plut. Cognomen non invidiosum. Atque ut dicitur ἐπίφθονόν ἐστιν εἰπεῖν, sic ἀνεπίφθονόν ἐστιν, sequente infin. Dem. autem superlativo etiam ἀνεπιφθονώτατον ita usus est, (331.) Οὕτω γάρ μοι περὶ ἐμαυτοῦ λέγοντι ἀνεπιφθονώτατον εἰπεῖν. Item οὐ μεμπτὸς, et ἄψογος, ἀμώμητος: quemadmodum ἐπίφθονος pro μεμπτὸς poni dictum fuit. [Thuc. 1, 75. 7, 77. Soph. Trach. 1035. "Musgr. ad Eur. Hec. 1185. Lucian. 1, 40.' Schæf. Mss.] Sic certe ADV. 'Ανεπιφθόνως non solum signif. Non invidiose, ut ἀ. ἄρχειν, Plut. (Camillo 1.) sed exp. etiam οὐ μεμπτῶς ap. Thuc. ab ejus Schol. [Xen. Ἱερ. 7, 11.]

[* Κακόφθονος, Schol. Procli ad Hesiod. Ἔργ. 194. * Πολύφθονος, Plut. 7, 174. * Ὑπόφθονος, adv. * Ὑποφθόνως, Xen. Ἑλλ. 7, 1, 15. ἔχειν, Subinvidere. * Φιλόφθονος, Invidiosus, Invidiæ plenus, Diod. S. Ecl. 1. l. 26. Plut. 6, 339. "Isid. Pelus. 3. Ep. 237. (unde * Φιλοφθονέω, e quo) * Φιλοφθονία, Varronis fuit liber περὶ Φιλοφθονίας." Boiss. Mss.]

Φθονερὸς, Invidus, Qui invidere solet, invidiæ morbo laborat: ut Epigr. titulus est εἰς Φθονεροὺς, In eos qui natura sunt invidi: φθονερὸς δαίμων, Plut. Alcib. [" Quid sit quod passim Herod. φθονερὸν esse τὸ θεῖον dixerit, expositum vide a Wess. Valck. et Schw. in Annotatis ad Herod. 1, 32. 3, 40." Schw. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 162.] Et compar. grad. Aristot. Rhet. 2. Καὶ οἱ φιλότιμοι φθονερώτεροι τῶν ἀφιλοτίμων, καὶ οἱ δοξόσοφοι. [Plut. 6, 239. 8, 718. Ages. 7. "Thom. M. 898. ad Charit. 616. Jacobs. Anth. 9, 234. T. H. ad Propert. p. 929. Toup. Emendd. 1, 237. ad Herod. 216. Bergler. Præf. Il. p. 7." Schæf. Mss. Cum dat., Dionys. Antiq. 6, 46. ταῖς εὐτυχίαις. " Insatiabilis, Anthol. 3, 24. φθονερὴν οὐκ ἐκόρεσσε γένυν." Schleusn. Mss. * Φθονεροποιὸς, Eust. Od. E. 457. p. 1542. * Πολυφθόνερος, Epicurus Diogenis L. 10, 8.] Φθονερῶς, Invide, Per invidiam, Xen. [K. Π. 1, 4, 15. K. 3, 10. * Φθονερέω, unde] Φθονερία, Invidia, Invidentia. Verum intellige non simpliciter Invidiam, i. e. φθόνον, sed illum Invidiæ quasi habitum a natura insitum. [Aristot. Magn. Moral. 1, 28.]

Φθονέω, Invideo: ut, Φθονεῖν τοῖς εὖ πράττειν δοκοῦσι, et, Τοῖς μᾶλλον ἐπ' ἀρετῇ προϊέναι δοκοῦσι, Plut. περὶ Φθόνου καὶ Μίσους. Et sequente particula εἰ ap. Isocr. Οὐδεὶς ἄν μοι δικαίως φθονήσειεν εἴ τι τῶν Θρασυλόχου πραγμάτων ἀγαθὸν ἀπολέλαυκα. Jungitur sæpe et dativo rei: Τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς φθονῆσαι, Thuc. 6. Et, Τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις φθονήσουσι, Isocr. ad Phil. Invenitur ap. Eund. et præfixa præp. ἐπὶ, ubi dicit, Τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. Interdum vero cum gen. rei, et dat. personæ. Herodian. 6, (1, 20.) Φ. φθονοῦσά τε τῆς προσηγορίας ἐκείνῃ. Cæsar ap. Plut. (Cæs. 54.) Ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ ἐμοὶ σὺ τῆς σαυτοῦ σωτηρίας ἐφθόνησας. Phocyl. (65.) Μὴ φθονέσῃς ἀγαθῶν ἑτάροις. Sed aliquando hic gen. videri potest relinqui subaudiendus, vel potius repetendus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: ut certe mihi videtur ap. Isocr. Paneg. Ὥστε κυρία γενομένη τοιούτων ἀγαθῶν, οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν, ἅπασι μετέδωκε. Verum hoc exemplum ad alteram potius hujus verbi signif. pertinet, de qua paulo post verba facturus sum; at pro hac Invidendi signif., de qua nunc sermonem institui, invenitur et accus. junctum ap. Xen. (K. Π. 3, 1, 22.) Καὶ ἐγὼ, ἔφη, τοῦτο ἐφθόνησα, ὅτι μοι ἐδόκει τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον θαυμάζειν: non ignoro tamen exponi hic et secus: ut docebo infra. Invenitur infinitivo quoque junctum, ap. Eur. Med. (312.) Καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν, Quod res tuæ feliciter se habeant, non invideo. Quo plane modo dixit Plaut. Bacchid. Nullus est qui non invideat rem secundam obtingere. Affertur e Plut. Cam. itidem, Φθονήσας ὠφεληθῆναι τοῖς πένησι, pro Pauperum invidens utilitati. || Φθονῶ σοι τούτου, itidem cum gen. rei, et dat. personæ, pro Hanc rem tibi nego s. denego, Concedere nolo. Intellige autem proprie sonare, Denego, Concedere nolo, propter invidiam, qua te prosequor. Qui enim alicui invidet, is non

A lubenter ei quicquam largitur; tantumque abest ut quidpiam largiri velit, ut, si fieri possit, interdum etiam quod ipse habet, invido illo animo conetur eripere. Unde dicitur Latine quoque Invidere quidpiam alicui, sicut fusius infra docebo. Dem. Καὶ τῆς μὲν ἐργασίας τῆς τραπέζης ἐφθόνησε, τὴν δὲ γυναῖκα ἔδωκε. Licet enim Bud. h. l. subjungat Euripidis loco, alium tamen esse usum hic verbi φθονεῖν, quam illic nominis φθόνος, sciendum est. Ac profecto convenire videtur h. l. cum illo Isocr., quem paulo superius protuli, vel in eo quod ut hic ἐφθόνησε et ἔδωκε opponuntur, ita illic ἐφθόνησε et μετέδωκε. Huc certe pertinent et isti loci, potius quam ad alteram Invidendi signif. Xen. K. Π. 8, (4, 8.) p. 132. meæ Ed. Πολλά γέ μοι ἐστὶ τοιαῦτα συγγεγραμμένα, ὧν ἐγώ σοι οὐ φθονήσω, ἣν κ. τ. λ. Plato Hipparch. Οὐκ οἰόμενος δεῖν οὐδενὶ φιλοσοφίας φθονεῖν. Sed et cum accus. ap. Polyb. de captivis ad Cannas, Παρεκαλοῦντο μὴ φθονῆσαι τοῖς ἑαλωκόσι τὴν σωτηρίαν, Ne concedere gravarentur.
B Vult autem Bud. in illo itidem Xen. loco quem antea protuli, τοῦτο ἐφθόνησα esse Hoc ei animo libenti non concessi, Hoc ægre tuli, Hoc ei succensui. Sed non video quid obstet quominus suam potius, i. e. primam et propriam signif. ibi habeat istud verbum, ut perinde sit ac si ita dixisset, Τοῦτο ἐφθόνησα τὸ ποιεῖν, — ὡς ἐμοὶ ἐδόκει. Latinum certe Invideo hanc potius constr. habet, ut ap. Virg. Liber pampineas invidit collibus umbras. Idem, Ascanione pater Romanas invidet arces? Et alibi, Invidet imperium mihi. Sed Horatius utramque constr. ei dedit; dixit enim non solum, invidet usum Lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti; sed etiam, neque illi Sepositi ciceris neque longæ invidit avenæ. Pro Invidere tamen significante Denegare per invidiam, s. invidia motum, aut certe generaliter Denegare, non ponitur in illo priore loco, sicut in hoc posteriore. Affert vero Bud. e Virg. simile loquendi genus, cui adhibetur nomen Invidia. Hunc enim ejus locum postquam protulit, si te Carthaginis arces
C Phœnissam Libycæque aspectus detinet urbis, Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est? subjungit significare, Cur negas Teucris? Cur vetas Teucros? Quid est quod non sinis Teucros Italiam petere? διὰ τί φθονεῖς; Quam interpr. longe præfero ei quam attuli in Φθόνος: cui etiam hoc addo, mihi videri hoc perinde esse ac si dictum foret, Quæ tandem est ista invidia? denegare Teucris ut, etc. Sed ut ad φθονῶ revertar, sciendum est ei subjungi interdum non nomen, sed verbum infinitivi modi, et quidem in hac quoque Denegandi signif. Eur. Med. (63.) Τί δ' ἐστὶν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι: Ne invideas dicere. Sic autem locutum esse Plat. quoque et Xen., nec non Lucian., disces e Bud. Comm. 1063. Perperam autem affertur h. Plauti l. in Bacchid. Nullus est qui non invideat rem secundam obtingere, tanquam similem usum, sicut et similem constr., in eo habeat verbum Latinum, cum contra hic verbum Invideat primam et propriam signif. obtineat, nec ullo modo queat accipi pro Gravetur:
D contra vero cum dicit Eur. Μὴ φθόνει φράσαι, reddi possit μὴ φθόνει, Ne graveris, tibi grave sit, perinde commode atque in locis de quibus dictum fuit; aut etiam Ne denega, etc. PASS. Φθονέομαι, Invideor, (quo usus est Horatius,) Invidia laboro, flagro, Invidiosus sum. Xen. K. Π. 8, (2, 11.) Φθονεῖσθαί τε δι' αὐτοὺς καὶ μισεῖσθαι. Et, Φιλοσοφίας φθονουμένης, Isocr. Busir. Particip. Φθονηθεὶς, Qui invidia laboravit s. flagravit. [" Φθονέω, Dawes. M. Cr. 490. et Ind., Wakef. Trach. 1033. Heyn. Hom. 6, 470. ad Charit. 364. Plut. Mor. 1, 533. ad Herod. 222. 616. ad Od. T. 348. ad Lucian. 1, 458. De constr., ad Diod. S. 2, 280. Φθονῶ sequ. inf. cum accus., Heind. ad Plat. Hipp. 129.: sequ. ὥστε, Simon. Dial. p. 59. vide mox. Prohibeo, Heind. ad Horat. Sat. p. 49. Οὐ φθονῶ, Jacobs. Anth. 10, 94. 11, 193. Eur. Med. 314. Hec. 238. Bacch. 808. et Brunck.: Corrigenda post Præf. Burgess. ad Dawes. Misc. Cr. Φθονέσω, Jacobs. Anth. 9, 331. Palladas 145. Epigr. adesp. 69. Musgr. Or. 158. Φθονοῦμαι, Plut. Alex. 128. Schm." Schæf. Mss. " Cum gen. rei, Arrian. Epict.

139." Wakef. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. * Φθόνησις, Soph. Trach. 1214.] A præteriti autem tertia persona sing. ἐφθόνηται fit [* Φθονητὸς, unde] nomen COMP. Ἀφθόνητος, Qui invidia non laboravit, Invidiæ non obnoxius, Qui talis est ut non invideatur. [Pind. Ὀ. 11, 7. 13, 35. * Ἀφθονήτως, Eust. Il. K. p. 749, 32. * Πολυφθόνητος, Schol. Pind. Ὀ. 11, 7.]

" Διαφθονεῖσθαι, pro Invidere affertur e Chrys." [" in Ephes. Serm. 6. T. 4. p. 192, 29. Οὔτε τοῦ φαυλοτάτου τὸ μεῖζον κατεξανίσταται, οὔτε τοῦτο ἐκείνῳ διαφθονεῖται." Seager. Mss. " Heyn. ad Virg. Æn. 1, 343. Διαφθονέω, Marcell. V. Thuc. p. 3." Schæf. Mss. " Theod. Prodr. Epist. in Lazerii Misc. 1, 18." Boiss. Mss. " Andr. Cr. 66." Kall. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Διεφθόνηται et διαπεφώνηται conf., Dionys. Antiq. 2, 45.] Ἐπιφθονέω, ET Προσφθονέω, in VV. LL. sed absque exemplo. Exp. autem ἐπιφθονέω, Sum invidiosus, In te exprobro aliquid. Sed exponendo Sum invidiosus, passiva signif. datur huic activæ voci: quod ego nequaquam admiserim. [Herod. 9, 79. Dionys. Antiq. 9, 43. Schneidero susp. * Καταφθονέω, Abresch. Diluc. Thuc. 633.] At Προσφθονέω, simpliciter exp. Invideo, tanquam omnino vacante præp., cum alioqui sonare potius videatur, Insuper invideo. [Plut. Alex. 33., ubi v. Cor.] " Ὑποφθονέω, Subinvideo, Ali- " quantum invideo, Xen." [K. Π. 3, 2, 4.]

Φλοΐζω, [s. Φλοΐζω,] (sicut *ἀποφλοιόω*, paulo ante) Decortico, Corticem detraho. Quidam Excastro etiam interpr. e Scrib. Largo. A cujus pass. *Φλοΐζομαι* est aoristi 1 PARTIC. *Φλοισθεὶς*, Decorticatus, ut ap. Theophr. H. Pl. 3, 16. *Φλοισθέντος τοῦ ξύλου*, 5, 10. *Φλοισθέντα δὲ καὶ ἀποβρεχθέντα.* Illud enim reponitur pro *φλογισθέντα*. Apud Eund. legitur, (H. Pl. 5, 4, 6.) *ἐλάτην φλοισθεῖσαν.* "*Πεφλοιδέναι*, "a *φλοίζω*, Decorticatum esse, Corticem amisisse: "unde particip. *πεφλοιδὼς*, Hes. *ὁ τὸν φλοιὸν ἀποβαλών.* Idem *πεφλοιδέναι* exp. *φλυκταινοῦσθαι*, ni "forsan scr. potius *πεφλυδέναι*, a *φλύζω*." Constituo autem thema *Φλοΐζω*, Budæo assentiens, potius quam VV. LL. constituentibus THEMA *Φλοΐω*. Quod tamen fortassis alicubi reperiri queat. ["Valck. Phœn. p. 312." Schæf. Mss. * *Ἐκφλοΐω*, Nicander A. 322. *Ἠὲ καὶ ἐκφλοίοιο* * *καταχθέος ἕρματα γαστρὸς*, Schol. *ἐκσύρειας, ἐκθλίψειας, κλῦσον.*] Φλοισμὸς, [s. *Φλοϊσμὸς*,] ὁ, Decorticatio, Corticis detractio s. exemtio. Theophr. H. Pl. 5. init. *Ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ.* Ab Eod. vocatur *περιαίρεσις τοῦ φλοιοῦ*, 4, 17. QUIN ETIAM *Φλοιστικὸς*, [s. *Φλοϊστικὸς*,] hinc deductum est, quod sonat q. d. Decorticatorius: reddendum alioqui per periphrasin, Ad decorticationem pertinens vel aptus. Sic *φλοιστικὴ*, sc. *τέχνη*, q. d. Decorticatoria ars. Bud. e Plat. (Polit. 28.) *Καὶ πλεκτικὴ, καὶ ἔτι φλοιστικὴ, φυτῶν τε καὶ ἐμψύχων δέρματα σωμάτων περιαιροῦσα.* Περιφλοΐζω, (q. d. Circumdecortico,) Circumquaque decortico s. In circuitu. In VV. LL. Circumdecortico, Corticem ambientem eximo, ut fit ligna circumdolando. Diosc. 1. cap. de aspalatho, *Ἔστι δὲ καλὸς ὁ βαρὺς, καὶ μετὰ τὸ περιφλοισθῆναι ὑπέρυθρος*: pro quibus postremis verbis habet Plin. Detracto cortice *rubens*. A cujus pass. *Περιφλοΐζομαι* est partic. *περιφλοισθεὶς* ap. Diosc. quod *Bud.* reddit Delibratus, e Colum. [Theophr. Fr. 3, 72. *ξύλα περιφλοϊσθέντα.*] Est vero itidem hujus verbale NOM. Περιφλοισμὸς, (q. d. Circumdecorticatio,) [Theophr. C. Pl. 5, 15, 1.] Decorticatio quæ fit circumquaque. Redditur etiam, Corticis in orbem detractio. Invenitur porro et INFIN. *Περιφλεῦσαι* pro Circumdecorticare, ap. Diosc. [Theophr.] H. Pl. 9, 5, (3.) *Τὴν δὲ κασίαν φασὶ τὰς μὲν ῥάβδους πλατυτέρας ἔχειν, ἰνώδεις δὲ σφόδρα· καὶ οὐκ εἶναι περιφλεῦσαι.* Sed assentior iis qui hic *περιφλοῖσαι* reponunt. NAM *Περιφλεύω* esse potius Amburo, Uro in circuitu, (sicut et *περιφλύω*, de quo dictum supra fuit,) apparet e præt. pass. PARTIC. *Περιπεφλευσμένος*, cujus plur. neutr. gen. ap. Herod. (5, 77.) *Περιπεφλευσμένα πυρὶ τὰ τείχεα.* Eod. igitur errore tribuitur hæc signif. verbo *περιφλεύω*, qua *φλόος* a *φλέω* derivatum esse dicitur, huc pertinentem signif. non habente: quod si etiam haberet aliquam, tamen præcedere nomen, magis consentaneum rationi esset. ["In loco Theophrasti pro *περιφλοῖσαι* Edd. Ald. Bas. libri Medic. et Urbinas *περιφλεῦσαι* habent, quam scripturam in Auctario p. 62. præferendam censui, tanquam optimis auctoribus firmatam: quanquam de origine et signif. verbi superest mihi non levis dubitatio, diversa tamen ab ea quam proposuit Lobeck. ad Phryn. 616., cui forma verbi displicuit. Mihi vero forma *περιφλεῦσαι* Decorticandi significatione dubitationem movit, cum loca Aristoph. et Herod. Amburendi notionem demonstrent; prior enim de fulmine *περιφλύει*, alter de muris igne læsis *περιφλευσμένων* habet. Patet hinc, formam *φλέω* et *φλύω* verbo convenire et notioni eidem, fortasse Ionicam, alteram Atticam. A *φλέω* fit *φλεύσω*, ut a *πλέω* et *πνέω* fit *πλεύσω* et *πνεύσω*. A forma *φλοΐω* sunt in Hesychio glossæ, quæ communem verbo notionem Decorticandi et Amburendi videntur asserere. *Φλοιδούμενος· καιόμενος, βρασσόμενος* posuit Suid., et mox: *Φλυδούμενος ἀντὶ τοῦ ταρασσόμενος, καταπονούμενος, καὶ Λυκόφρων.* Hes. *Φλοιδούμενος· ταραττόμενος*; uterque e Lycophr. 35. cui convenit ejusd. Hesychii *φλοιδιᾶν· πεπρῆσθαι.* An potius verbi forma hæc derivata a perfecto *πέφλοιδα*? Hes. *πεφλοιδὼς, τὸν φλοιὸν ἀποβαλὼν*, ubi sequitur, *πεφλοιδέναι· φλυκταινοῦσθαι*: quam posteriorem glossam HSt. ad verbum *φλύζω* referendam et *πεφλυδέναι* scr. esse suspicatus est. Dialecti vocalem *υ* sæpe cum *οι* commutarunt. Ita relabimur ad formam *φλύω, φλύζω, φλύσσω*, f. *φλύξω*, unde *φλυκτὶς* et *φλύκταινα*, Pustulæ ambustione natæ. Idem Hes. * *διαπέφλοιδε, διακέχυται* habet, cujus sedem si cognitam haberemus, de notione judicare tutius liceret. Denique doctioribus judicandum relinquo, *φλοΐζω* et *φλύζω* an communem originem cum verbo *φλέω, φλέγω, φλέος, φλέως*, et *φλόος, φλοιὸς*, habeant, usu vel scriptorum vel dialectorum in diversas notiones distincta, an utrumque suum et diversum fontem habeat. Video nunc, ipsi Valckenario, at quanto viro! de origine et notione verbi * *περιφλέω* non satis constitisse; is enim Herodoteo *περιπεφλευσμένων* substitui *περιπεφλοϊσμένων*, Corn. Pauw contra Aristophaneum *περιπεφλυσμένων* maluit." Schn. Ind. Theophr. * *Περιφλευσμὸς*, i. q. *περιφλογισμὸς*, Aqu. Deut. 28, 22.]

Φλοιάριον, *τὸ*, dimin., Parvus cortex.

"ΦΛΟΜΙΣ, *ίδος, ἡ*, Verbasculum, VV. LL. In "iisdem *Φλόμος*, Verbascum, Herba qua pro ellychniis utuntur, Lucernaria Marcello Empirico. "Apud Suid. *Φλῶμος*, quæ et *φλόνος, θρυαλλίς*. At "vero *Φλονῖτις*, Herba quæ et *ὄνωνις*, Diosc. *Φλονίδες* autem, Squamæ, *λεπίδες*, Hes." [*Φλόμος*, Theophr. H. Pl. 9, 12, 3. p. 781. Diosc. 4, 104. Lobeck. Phryn. 112. 294. "Nicander Θ. 857." Wakef. Mss. Tournefort. Itiner. Tab. 335. Schn. Lex. "*Φλόμος Ἰδαῖος*, Diosc. Notha 442. *Φλόνος*, 469." Boiss. Mss. * *Φλογμὸς*, * *Φλόμμος*, *Φλόμος*, J. Poll. 10, 115. cf. 6, 103. * *Φλομώδης*, Hes. v. *Αἰθιοπὶς*, Gal. v. *Φλέον*.]

"*Πλόμος*, Herba quæ et *φλόμος*, Lat. Verbascum. "Aristot. H. A. 8, 20. scribit *τοὺς ἰχθῦς ἀποθνήσκειν* "*τῷ πλόμῳ*: quamobrem ceteros piscatores *τοὺς ἐν* "*τοῖς ποταμοῖς καὶ λίμναις θηρεύειν πλομίζοντας*, Phœ-"nices autem etiam *τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ*, h. e. Ver-

"basco inescantes s. inficientes, ut Gaza interpretatur. Plin. 25, 8. scribit Campaniæ piscatores aristolochiæ radicem eam quæ rotunda est, venenum terræ vocare, et coram se contusam immista calce in mare sparsisse: quo facto advolasse pisces cupiditate mira, statimque exanimatos fluitasse. Apud Eund., ut et in Geop., inter τὰ δελεάσματα nulla mentio τοῦ φλόμου s. τοῦ πλόμου: unde suspicari quis possit Aristot. locum mendo non carere."

[* ΦΝΕΙ, Lucian. 2, 340=5, 197. Οὐδ' ὅσον τοῦ γρῦ καὶ τοῦ φνεὶ φροντιοῦμεν αὐτοῦ, Aristoph. ap. Etym. M.]

ΦΟΙΒΟΣ, ὁ, (ἡ,) Purus, Impollutus, Castus. Nam ab Hes. exp. καθαρὸς, item ἁγνὸς, et ἀμίαντος. Sed inter καθαρὸς et ἁγνὸς interjicitur λαμπρὸς, quod signif. Splendidus, Lucidus. Memini autem me ap. quendam Tragicum legere ἡλίου φοίβῃ φλογὶ, [Æsch. Pr. 22.] cui loco convenire posterior hæc exp. videtur. Ubi est etiam observandum obiter hoc FEM. Φοίβη. Sic ipsum quoque ἥλιον, i. e. Solem, φοῖβον appellari notum est, et quidem tanquam φαόβιον, ut nonnulli Gramm. volunt. || Sed φοῖβος exp. etiam μαντικὸς, et quidem cum alibi, tum ubi Apollinis est epithetum, ut ap. Hom. sæpe. Itidemque ap. Lat. Poëtas interdum Phœbus Apollo. Est porro μαντικὸς, Vaticinus, Vaticinandi peritus. Quod convenit cum epithetis, quæ ei tribuuntur a Lat. Poëtis, Augur et Fatidicus. Quidam vero ab avia, cui erat NOMEN Φοίβη, sic appellatum tradiderunt: nonnulli et ἀπὸ τῆς φοίβης. Vide Eust. At illud FEM. Φοίβη in VV. LL. dicitur etiam sumi pro Aqua, et pro Re omni pura; sed absque Auctore. Item Proprium nomen esse mulieris quæ e Cœo peperit Latonam, ex Hesiodo Θ. (136.) Pro Diana autem poni in Epigr. Apud Lat. Poëtas quidem certe Phœbe frequens est pro Luna. At vero num. PLUR. Φοῖβαι signif. Puri et splendidi crines, si Etym. credimus, qui etiam exp. simpliciter κόμας, in verbo Φοιβάζω. Sed Suidæ Φοίβη est ἡ ἄμπελος, afferenti etiam pro exemplo versum ex Epigr., qui tamen cum voce Φοίβαις stare posse non videtur. ["Φοῖβος, Thom. M. 807. Stanl. Eum. 8. Lobeck. Aj. p. 276. Wassenb. ad Hom. p. 23. Wakef. S. Cr. 1, 128. Apollinis propr. epith., Clark. ad Il. A. 43. Φοίβου λάτρις, Biannor 4. Φοίβη, Wakef. Eum. 7. Stanl. 8. ad Herod. 146." Schæf. Mss. Φοῖβον ὕδωρ, Apoll. Lex.: cf. Lycophr. 1009.]

Φοιβόληπτος, ὁ, ἡ, q. d. A Phœbo correptus s. prehensus. Dicitur de Eo qui Phœbi numine est afflatus. Non dubitem reddere etiam Phœbi spiritu instinctus, aut etiam Sacro Phœbi furore instinctus. Plut. Pomp. (48.) Ἐπίπνους καὶ φοιβόληπτος. Longin. (16, 2.) Καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, ubi observa ἐμπνευσθεὶς cum hoc φοιβόληπτος, sicut in illo Plut. loco ponitur cum ἐπίπνους. [Lycophr. 1460.] Pro hoc autem φοιβόληπτος, ab Herod. dicitur IONICE Φοιβόλαμπτος. Hanc enim veram esse scripturam ostendunt alia ap. eum similia. Perperam igitur quidam in VV. LL. noviss. annotant ap. ipsum Herod. 4, (13.) φοιβόλαμπτος leg. potius esse quam φοιβόλαμπτος. Φοιβονομεῖσθαι, Puritatem consequi, in VV. LL. absque Auctore et exemplo. Videri certe posset φοιβονομεῖσθαι sonare A Phœbo regi, s. gubernari, ut dici possunt ab illo regi, qui sunt φοιβόληπτοι. [Plut. 7, 545.]

[Φοίβειος, α, ον, Eur. Phœn. 233. φοιβείαισι λατρείαις. "Musgr. Hel. 1525. Ion. 1108. Jacobs. Anth. 8, 22." Schæf. Mss. Ionice et poëtice] Φοιβήϊος, Phœbeus, (aut etiam Phœbeïus, quadrisyllabum itidem, nam et hoc utitur Ovid.,) Ad Phœbum pertinens. ["Eur. Iph. A. 756. Wakef. Ion. 473. Jacobs. Anth. 8, 373. ad Herod. 465. ad Charit. 216." Schæf. Mss.] Item FEM. Φοιβηΐς, ΐδος, ἡ, Phœbea, ut Φοιβηῒς δάφνη, Phœbea laurus, Epigr. Habet autem laurus hoc ipsum epith. ap. Lat. Poëtas interdum. ["Jacobs. Anth. 7, 353. 9, 249.

A Christod. Ecphr. 41. Leo Philos. 2. ad Charit. 370." Schæf. Mss.]

[Φοιβάω, Hes. Οὐ φοιβήσετε· φοιβᾷν ἐστὶ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἢ δαιμονικῷ μαντεύεσθαι: vide Schleusn. Lex. V. T. "Φοιβάομαι, A Phœbo agitor, Schol. Soph. p. 10." Kall. Mss. Cf. Φοιβάζω. Hinc * Φοιβήτης, Vates, Manetho 1, 237. In Glossis male * Φοιβίτης· Hariolus.] Φοιβητεύω, Oraculo edo, χρησμῳδῶ, [Hes.] Proprie autem Oracula edo Phœbi spiritu instinctus, s. Phœbi numine afflatus. AT VERO Φοιβήτρια, quod significaret, sequendo illam verbi φοιβητεύω signif., Quæ oracula edit, et q. d. Editrix oraculorum: ab Hesychio exp. * καθάρτρια, i. e. Purgatrix. In VV. LL. Lotrix. [Derivandum est e * Φοιβητὴρ, unde * Φοιβητήριος, e quo contr. Φοιβήτρια. * Φοιβήτωρ, i. q. φοιβήτης, Orph. Lap. 11, 45. "ad Charit. 306. * Φοιβητὸς, ibid." Schæf. Mss. Manetho 4, 550.]

Φοιβὰς, άδος, ἡ, Phœbas, Quæ fatidica est s. vaticinatrix, utpote Phœbi numine afflata, Phœbi sacer-
B
dos. Lucanus, non unquam plenior artus Phœbados irrupit Pæan. In VV. LL. esse dicitur Bacchi sacerdos. Dicitur ITEM Φοιβαΐδες pro Φοιβάδες, si Etym. credimus, qui etiam scribit Φοιβάδες ideo scribi, cum α habente ι subscriptum. Φοιβᾴδες, inquit, ἔχει τὸ ι ἀπὸ γὰρ τοῦ Φοιβαΐδες ἐστίν. Sed vulgatæ Edd. habent aliam lectionem, VIDELICET Φοιβᾶδαι: ita enim in illis legitur, Φοιβᾶδαι ἔχει τὸ ι ἀπὸ γὰρ τοῦ Φοιβαΐδης ἐστί: sed Φοιβαΐδης saltem pro Φοιβαΐδης reponendum fuerit. [Φοιβὰς, Gl. Saga, "Eur. Hec. 817. * Φοιβαῖον, ad Herod. 465." Schæf. Mss.]

HINC Φοιβάζω ET Φοιβαίνω, Vaticinor, Phœbi numine afflata, aut etiam afflatus; nam Hes. φοιβαζόντων habet de viris dictum, quod exp. προλεγόντων. Apud Eund. Φοιβάζει, μαντεύεται. Sed accusativo interdum jungi hoc verbum sciendum est, sicut et Vaticinor nonnunquam, pro Vaticinans dico. Lycophr. initio suæ Alexandræ s. Cassandræ, de ipsa loquens, Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα. Ad quem versum respexisse videtur, qui scripsit Epigr.
C
Κασσάνδρη φοίβασε μύθους. Verum interdum ponitur φοιβάζω pro Purgo, Abluo, ut ap. Callim. L. P. (11.) ἐφοίβασεν δὲ παγέντα Πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων: [" a φοιβάω, quod Lustro, Purgo, non autem a φοιβάζω, quod plane diversa significat. Sic Theocr. 17, 134. χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις." A. Fabri. "Φοιβάζω, Wakef. Ion. 106. Eum. 237. Jacobs. Anth. 12, 180. Lobeck. Aj. p. 276." Schæf. Mss. Longin. 8, 4. Ὑπὸ μανίας τινὸς καὶ πνεύματος ἐνθουσιαστικοῦ ἐκπνέον καὶ οἱονεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους. * "Φοίβασμα, Oraculum, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 139." Kall. Mss. "Const. Manass. Chron. p. 72(=136.) Herodian. Epimer. 147." Boiss. Mss.] Ab hoc autem Φοιβάζω, sed in altera signif. sumto, est et NOMEN Φοιβαστικὸς, sc. tanquam a tertia pers. præt. pass. πεφοίβασται formatum. Sonat enim φοιβαστικὸς q. d. Vaticinativus, i. e. Vaticinandi peritiam habens s. vi præditus. Longin. (13, 2.) Ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοί. At VV. LL. φοιβαστικὸς exp.
D
Phœbo dicatus. Et FEM. Φοιβαστική, Vates deo plena. Quod femin. ap. Plut. invenitur junctum genitivo, ubi dicit de Carmenta, (Rom. 21.) Μαντικήν τινα καὶ φοιβαστικὴν ἐμμέτρων χρησμῶν. "Φοιβοβαστική, ἡ, Phœbo dicata, VV. LL. Fortasse mendose pro φοιβαστική: cujus tamen paulo alia est interpretatio:" [* Φοιβαστὴρ, ὁ, unde * Φοιβαστήριος, e quo * Φοιβάστρια, ἡ, Lycophr. 1468. "Const. Manass. Chron. p. 132." Boiss. Mss. * Φοιβαστὸς et * Φοιβαντὸς, (hoc e * Φοιβαίνω,) unde Ἀφοίβαστος et Ἀφοίβαντος.] "Ἀφοίβατον, ap. Hesychium legitur, expositum ἀνακάθαρτον, ex Æschyli Νεανίσκοις, sed utrumque mendose: pro priore enim reponendum puto ἀφοίβαστον s. ἀφοίβαντον: pro altero autem, ἀκάθαρτον: nam φοιβάσαι et φοιβᾶναι est τὸ καθᾶραι." [Ἀφοίβαντος, Æsch. Eum. 237.] Habet porro verbum Φοιβάζω etiam COMP. Ἀναφοιβάζω ET Διαφοιβάζω ET Προφοιβάζω. Sed Ἀναφοιβάζω quidem alteram verbi φοιβάζω signif. sequitur, si respicimus Hesychii expositionem: cui

ἀναφοιβάσας est ἀνακαθάρας. Secundum autem comp. Διαφοιβάζω sequitur alteram illam Vaticinandi signif.; sed hujus activæ vocis nullum affertur exemplum : at vero pass. Διαφοιβάζομαι, infin. præteriti temp. διαπεφοιβάσθαι extat ap. Soph. Aj. (332.) p. 20. expositum tamen ἐκμεμηνέναι, quia οἱ φοιβώμενοι καὶ ἐνθουσιῶντες μανίᾳ τινὶ ὅμοιον πάσχουσί τι, inquit Schol., cum antea dixisset posse παρὰ τὸν φοῖτον deduci: quæ deductio mihi nullo modo probari potest. " Διαφοιβάζεσθαι, Ad furo-" rem agi, more sc. eorum, qui Phœbæo numine " afflati sunt. Soph. Aj. (l. c.) p. 20. δεινὰ — λέγεις " Ἡμῖν, τὸν ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι κακοῖς, Malis et " rebus adversis ad furorem actum esse, ἐκμεμηνέ-" ναι, Schol. dicens metaphoram esse ἀπὸ τῶν φοι-" βωμένων καὶ ἐνθουσιώντων, quippe qui et ipsi πά-" σχουσιν ὅμοιόν τι μανίᾳ. Possis et a διαφοιβάω de-" ducere, sed tunc προπερισπαστέον." [" Valck. Anim. ad Ammon. 149. Lobeck. Aj. p. 276." Schæf. Mss. Quod autem ad tertium comp. Προφοιβάζω attinet, ipsum quoque alteram illam verbi φοιβάζω signif. sequitur; nam προφοιβάζω e Nonno (Jo. 152.) affertur pro Ante purifico: [locus est, Ὄφρα προφοιβάσωσι δέμας: P. Ms. προφοιβήσωσι: a * προφοιβάω. " Προφοιβάζω, Vaticinor, Const. Manass. Chron. p. 32(=61. Meurs.) et p. 135. * Προφοίβασμος, p. 80. * Προφοίβασις, Hasius ad Leon. Diac. 205." Boiss. Mss. His autem tribus compositis accedant.] " Ἀποφοιβάζω, cujus part. ἀποφοιβάζων " Suid. esse dicit vel ἀποκαθαίρων, Expurgans, vel " χρησμῳδῶν s. μαντευόμενος, Oracula edens et va-" ticinia." [" Diod. S. 2, 526. ad Mœr. 165. Toup. Opusc. 2, 27." Schæf. Mss. Schol. Theocr. 15, 62. Eumath. 50. 256. Const. Manass. Chron. p. 36." Boiss. Mss. Jambl. V. P. 340. * " Ἐκφοιβάζω, Const. Manass. Chron. 1412. ex emend. Meursii." Kall. Mss. " Is. Porphyrog. in Allatii Exc. 302." Boiss. Mss. * " Καταφοιβάζω, Phœbi numine afflatus vaticinium dico, Eumath. 10. p. 466(=394.)" Schleusn. Mss. * " Παραφοιβάζω, Const. Manass. Chron. p. 32. var. lect." Boiss. Mss.] Redeo ad alterum verbum SIMPLEX, Φοιβαίνω. Huic Hes. ambas illas, quas et præcedenti Φοιβάζω, signiff. tribuit; nam φοιβᾶναι ut esse dicit Vaticinari, ita etiam Purgare, Purificare, Lustrare, Ornare, nec non Splendidum reddere. Ab Etym. PARTIC. Φοιβᾶσα exp. itidem λαμπρύνασα. Ita enim vet. Cod. scriptum habet, non λαμπρύνουσα: suspectam tamen relinquit et illa scriptura vocem φοιβᾶσα. Hanc autem Lustrandi s. Purgandi signif. habet et VERB. Φοιβάω, ut ap. Apoll. Rh. 2, (302.) πινόεν περὶ δέρμα γέροντος Πάντῃ φοιβήσαντες: exp. enim Schol. καθάραντες: addens, quod φοῖβον dicatur τὸ καθαρόν: unde sit Φοῖβος ὁ Ἀπόλλων. Apud Etym. vero habetur PASS. Φοιβᾶσθαι, quod exp. λαμπρύνεσθαι, i. e. Splendidum reddi; at Hes. καθαίρεσθαι: hoc enim repono pro καθαιρεῖσθαι, nemine, ut opinor, mihi refragaturo. [" Wakef. Eum. 237. Lobeck. Aj. p. 276. Valck. Anim. ad Ammon. 149. ad Callim. 1. p. 211." Schæf. Mss.]

ΦΟΙΝΙΞ, ικος, ὁ, (Invenitur autem scriptum et φοίνιξ: sed Eust. ex iis est ap. quos φοῖνιξ scriptum extat cum circumflexo, sicut et κῆρυξ: traditque Idem, hanc vocem in nominativo quidem habere syllabam νι nonnisi positione longam, alioqui brevem, at in obliquis casibus natura longam,) Ruber, aut certe Ad rubrum colorem accedens. Exp. et Rutilus. Gell. 2, 26. Nam phœniceus color, quem tu Græce φοίνικα dixisti, noster est, et rutilus et spadix phœnicei συνώνυμα, qui factus Græce noster est, exuberantiam splendoremque significat ruboris. Quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti: unde spadici et phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. Hæc ille, in quibus pro spadici et phœnicei, vel spadici et phœnici, vel spadicis et phœnicei reponendum esse puto. Ex Apoll. Rh. 2, (920.) affertur, φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ, pro Rubra crista. Et φοῖ-

A νιξ ἵππος teste Eust. ὁ ὁμόχρους φοίνικι τῇ ὀπώρᾳ. Alioqui ap. Hom. duobus in Il. φοῖνιξ subst. est, significans φοινικοῦν χρῶμα, Rubrum colorem, ut Il. Δ. (141.) Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ Μῃονὶς, ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, ubi Eust. φοινικοῦν χρῶμα significari dicit, addens, τὸ ἐκ καρποῦ, φασὶ, πρίνου. Virg. certe hanc comparationem usurpans l. 12. loco φοίνικος ostrum posuit, et quidem epithetum ei tribuens, Sanguineum: quod epith. videri possit pro iis facere, qui φοῖνιξ a φόνος deducunt, significante αἷμα. Horum autem in numero est Eust., qui de hac voce φοῖνιξ loquens, quam Hom. illo in versu usurpavit, dicit ei ὁμωνυμεῖν ὀπώραν, cui nomen φοῖνιξ, et propter hanc, idem nomen arbori quoque datum esse. Quibus subjungit, vocem φόνος, ἤτοι αἷμα, esse ἀρχὴν παραγωγικὴν αὐτῆς: et ad hujus similitudinem ἐρεύθεσθαι τὸν τοῦ φοίνικος καρπόν. Unde, inquit, et Φοῖνιξ Nomen proprium, διὰ τὸν κατ' αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, φοινίκεον χροῦν. Ac se-
B quendo alium Ejusd. locum, etiam populi nominati Φοίνικες hanc appellationem ἀπὸ τῆς ἐρυθρότητος sumsisse dicentur. Scribit enim, Φοίνικας Nationem esse, quæ habitarit circa fluvium Ἐρύθραν, aut circa Ἐρυθρὰν Θάλασσαν. Quibus subjungit, Καὶ τὸ φυτὸν δὲ φοῖνιξ, ὅτι τοιοῦτον καρπὸν τελεσφορεῖ. Vide et Etym., qui inter alia scribit, Φοῖνιξ, quod est ἐθνικὸν, esse παρώνυμον e NOMINE Φοινός. Sed Φοῖνιξ, cum ἐθνικὸν est duntaxat, hinc παρώνυμον esse, id vero non video quomodo rationi consentaneum esse queat: ac certe cum dicit Eust. supra, nomen φόνος esse ἀρχὴν παραγωγικὴν vocabuli φοῖνιξ, nequaquam id restringit ad Φοῖνιξ, quod est ἐθνικόν: cum Etymologo alioqui in derivatione consentiens. Qui enim dicit φοῖνιξ esse a nomine φόνος, non negat esse a φοινὸς, sed accipit quod remotius est, cum φοῖνιξ sit a φοινὸς, si tamen hoc concedendum est, φοινὸς autem, pro quo usitatius esse puto φοίνιος, sit a φόνος.
C Φοῖνιξ igitur, ut ad usitatiores hujus vocab. signiff. veniam, est interdum arbor quæ Latinis Palma. [" Ὁ φ. ἔρσην, Mascula palma: ἡ φ. βαλανηφόρος, Planta femina, palmulas ferens, Herod. 1, 193." Schw. Mss.] Od. Ζ. (163.) Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. Cujus loci ita meminit Cic. de LL. 1. Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dicit. Appellatur interdum φοῖνιξ et Hujus arboris ramus, teste J. Poll. Τοῦ μέντοι φοίνικος καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται. Sæpe vero φοῖνιξ vocatur quæ a Latinis Palmula, i. e. Palmæ fructus; extantque hujus signif. exempla cum ap. alios, tum ap. Herod. et quidem genere itidem masc.; cum alioqui vocetur etiam φοίνικος βάλανος. Dicitur vero et facta COMP. Φοινικοβάλανος: sed nomen hoc habet proprie fructus palmæ Ægyptiæ, postquam maturuit, ut quidem annotatur e Diosc. 1, 149. quem l. vide. Hes. autem HABET Φοινικοβάλανα: dicens esse τὸ
D τράγημα, item Genus vitis. [" Ænigma 20." Schæf. Mss.] At de φοίνικος ἐγκέφαλος et ἐντεριώνη dictum fuit supra, sicut et de πατητὸς φοῖνιξ. Convenit porro hæc signif. φοίνικος cum superiore, cui datus primus locus fuit, propter ruborem, de quo dictum et paulo ante fuit. Cum alii autem præterea, tum Plinius, hunc ei colorem tribuerunt. Legitur ETIAM Φοῖνιξ ἐλάτη, quæ et σπάθη, de Involucro et calyce fructus palmarum adhuc florentium. Vide Diosc. 1, 151. cui titulus est περὶ Φοίνικος Ἐλάτης. Sunt vero a nomine φοῖνιξ Palmam significante adjectiva NOM. Φοινικίτης ET Φοινίκινος, ut a Palma dicitur Palmeus; nam φοινικίτης οἶνος legitur ap. Diosc. 5, 40. At φοινίκινος (sub. οἶνος) ap. Athen. 1. (p. 29.) ex Ephippo Comico, Φοινικίνου βίκος τις ὑπανεῴγνυτο. Quo e loco memineris emendare φοινίκου [φοινικικοῦ] 14. (p. 642.) et hoc φοινικίνου pro illo reponere, ut vicissim pro ὑπανεώγνυται, quod l. 1. habetur, reposui ὑπανεῴγνυτο e l. 14. Additque, meminisse hujus vini et Xen. Κ. Ἀ. Verum a Xen. non φοινίκινον οἶνον, sed φοινίκων οἶνον

appellari sciendum est. Ita enim ap. eum legitur 2, (3, 9.) p. 165. meæ Ed. Ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. [Plut. Q. Conv. 3, 2, 1.] At φοινίκινος, sicut ETIAM Φοινικίη [φοινικηΐη] νόσος, ap. Gal. habes, in Lex. Hipp. de elephantiasi, sed diversa deductione; nam in φοινίκινος dicit, ἀπὸ τοῦ χρώματος οὕτως εἰρῆσθαι ὑπονοήσειεν ἄν τις: i. e. A colore sic dictam suspicetur quispiam: quod existimatur intellexisse de colore palmæ fructus. Exponens autem statim post quæ sit φοινικίνη νόσος, scribit, Ἡ κατὰ Φοινίκην καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζουσα. [* Φοινικίνη, Medicamentum quoddam, Alex. Trall. 7. p. 96.] Extat denique et aliud adj., sed IONICUM, Φοινικήϊος, i. e. Ionica dialysi factum e Φοινίκειος. Diciturque οἶνος φοινικήϊος, sicut et φοινίκινὸς, Vinum palmeum. [" Wessel. Diss. Herod. 168. ad Eund. 92. 204. (2, 86. 3, 20.) Reiz. Præf. p. xxiii. ad Diod. S. 1, 192." Schæf. Mss.] Affertur tamen ex Herod. non φοινικηΐου βῖκοι, (ut dicit Ephippus in illo Athenæi loco, φοινικίνου βῖκος, subaud. οἴνου,) sed φοινικήϊοι βῖκοι, de Doliis palmeo vino plenis: [cf. 1, 194. " Et ἐσθὴς φοινικηΐη, Vestis e palmæ foliis, 4, 43." Schw. Mss.] At Φοινικήϊος pro φοινίκειος, a φοῖνιξ, quod est ἐθνικὸν, fuerit itidem Phœniceus, Punicus. || Sed Herba etiam quædam φοῖνιξ appellatur, de qua Diosc. 4, 43. Dicitur hæc folia hordei habere, sed breviora, spicam lolio similem; et a palmulæ maturæ colore nomen accepisse existimatur. Plin. 22, 25. Est et herba Phœnicea appellata a Græcis, a nostris vero Hordeum murinum.

Φοῖνιξ, Phœnix avis. Plin. 13, 4. de variis palmarum generibus loquens, Una earum arbor in Chora esse traditur, una et syagrorum. Mirumque de ea accepimus, cum phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse, emori ac renasci e seipsa. Lucian. (1, 793.) Ἦν μὴ φοίνικος ἔτη βιῴη.

Φοῖνιξ, Phœnix, Qui est e Phœnicia. Cujus plur. Φοίνικες, comprehendentem ipsam nationem, habes paulo ante. Eust. Comm. in Dionys. P. p. 74. Ed. patris mei, Ἡ ὁ Θηβαῖος δὲ οὗτος ἦν Ἡρακλῆς, ἢ ὁ Φοῖνιξ, κατά τινας, ἤτοι ὁ Τύριος. Annotat autem hæc in istos Dionysii versus, Ἐνθάδε Φοινίκων ἀνδρῶν γένος ἐνναίουσιν, Ἀζόμενοι μεγάλοιο Διὸς γόνον Ἡρακλῆα. Hi ab Hom. Od. O. (414.) vocantur ναυσίκλυτοι et τρῶκται: [cf. Ξ. 288.] Unde idem Schol. in eadem illa pag. scribit, Ἐμπορικοὶ γὰρ ὄντες οἱ Φοίνικες, καὶ πρηκτῆρες, καὶ τρῶκται, κατὰ τὸν ποιητὴν, καὶ πανταχοῦ πλωΐζόμενοι, κ. τ. λ. Horum Phœnicum REGIO, Φοινίκη dicta fuit. [" Musgr. Tro. 221. Valck. Phœn. p. 75. Φοινίκη Συρία, ad Diod. S. 2, 390." Schæf. Mss.] Φοινίκη, inquit Steph. B., ἡ χώρα a gen. Φοίνικος, sicut Κρήτη a gen. Κρητὸς, et Λιβύη a gen. Λίβυος. Sed Φοῖνιξ, a quo Φοινίκη suam appellationem invenit, Viri nomen proprium est, ut ex illo quoque discimus, tradente fuisse Agenoris et Neptuni Libyæque filium. Quibus subjungit, nomen ἐθνικὸν idem esse cum illo nomine τοῦ οἰκιστοῦ, sc. Φοῖνιξ. Atque ita Φοῖνιξ hoc proprium Viri nomen, primum obtinere locum dicendum esset; secundum, hanc regionis appellationem, Φοινίκη; tertium autem, illud ἐθνικὸν nomen, Φοῖνιξ. Cum tamen Φοῖνιξ ab Eust. dicitur ita vocatus διὰ τὸν κατ' αὐτὸν φοινίκεον χροῦν, non de proprio illo, sed περὶ τοῦ ἐθνικοῦ id intellexisse videri posset, (quippe qui idem et de plur. Φοίνικες scribat,) nisi adderet τὸ κύριον. Genus autem Φοίνικος Homerici idem alibi commemorat, sc. p. 762. Ceterum ἐθνικὸν fem. EST Φοίνισσα, quod Latini retinentes, scribunt Phœnissa. Od. O. 416. Ἔσκε δὲ πατρὸς ἐμοῖο γυνὴ Φοίνισσ' ἐνὶ οἴκῳ. Invenitur itidem et νηῦς Φοίνισσα ap. Herod.: sic Φοινισσῶν νεῶν, Plut. Pericle. Quin etiam Quoddam vitis genus fuisse perhibetur, quæ φοίνισσα nominata fuit. [" Eur. Hel. 1288. Musgr. 1468. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 12. 6, 143. Simonid. 33. Heringa Obs. 157. Φοίνισσαι ναῦς, Punicæ, Diod. S. 1, 606. Rubra, Jacobs. Anth. 6, 231. 7, 213." Schæf. Mss. Eod. sensu, Pind. Π. 1, 45. φλὸξ, Schol. ξανθή: 4, 365. ἀγέλα ταύρων, Schol. πυῤῥὰ τὴν χροιάν. * " Φοινίκισσα, Phœnicia, Wolf. Anecd. Gr. 3, 61." Kall. Mss.] At vero κτητικὸν

A NOMEN, Φοινίκιος, ET Φοινικικὸς, inquit idem Steph. Quorum prius illud ap. Athen. invenio, dicentem (29.) φοινίκιος οἶνος, itidemque φοινίκιον μύρον. [" Φοινίκιος, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 7. Brunck. Soph. 3, 532. Φοινίκιος, Φοινίκειος, ad Diod. S. 1, 236. 377. 390. Φοινικικὸς, Fischer. l. c. Diod. S. 1, 377. 678. 693. Timon Phl. 24. ad Dionys. H. 1, 377. Fabric. Bibl. Gr. 1, 89. ad Herod. 458. Kuster. ad Jambl. p. 11. Athen. 1, 47. Φοινικικὰ ψεύδη, Wolf. Prol. Hom. p. 53." Schæf. Mss. " Montf. Palæogr. 117. Φοινικικὰ σήματα Κάδμου." Kall. Mss. * " Φοινικικῶς, (Phœniciorum more,) ad Diod. S. 1, 693. Valck. Phœn. p. 648." Schæf. Mss. Diog. L. 416. Appian. 1, 93. 103. Φοινικικὸς autem exp. αἱματώδης a Schol. ad Aristoph. Εἰρ. 303. Τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν φοινικικῶν.] Apud Plut. autem, ETIAM Φοινίκειος cum ει, pro qua scriptura facit IONICUM Φοινικήϊος, i. e. Ionica dialysi factum, ut βασιλήϊος e βασίλειος. Præterea vero legitur et ap. Suid. Φοινίκειον αἷμα, καὶ φοινίκειος οἶνος, item φοινί-
B κειον ἔρνος, καὶ χρῶμα, cum ει in vet. quidem exempl., at φοινίκιος ἄνθρωπος. Sed pro posteriori illo Φοινικικὸς, legitur ETIAM Φοινικὸς, ut περιθωρακίδια φοινικὰ, [—κᾶ,] Plut. (Artax. 11.) Habent vero et Φοινικὸν πόλεμον VV. LL. pro Punicum bellum; sed non ascripto Auctoris nomine. In illa quidem certe Polemonis declamatione, quæ e mea officina prodiit non ita pridem, legitur itidem πελέκει φοινικῷ: sed quoddam exemplar habebat alterum illud κτητικὸν, sc. φοινικίῳ. [Adj. dubiæ formæ, Niceph. Blemm. n. 133. Lobeck. Phryn. 148. Lex. Xen. " Ad Diod. S. 1, 377. 693. ad Dionys. H. 1, 18. 22. 377. Sylb. ad Eund. 1. p. 2. Heyn. Hom. 4, 584. Schneid. Anab. 16. ad Herod. 458. Kuster. ad Jambl. p. 11. Φ. et φοινικικὸς, Addenda in Taciti Edit. Amstel. 1685. T. 1. post Præf. * Φοινικῶς, ad Diod. S. 1, 693." Schæf. Mss. Appian. Bell. Hisp. 256. " Φοινικὸς, Coccineus, Andr. Cr. 80. * Φοίνικος, Phœnicius, Damasc. ap. Wolf. Anecd. Gr. 260. Schol. Eur. Phœn. 827. Φοινίκη, Punica, Lycophr. 657." Kall.
C Mss.] Affertur porro in VV. LL. e Theophr. FEM. Φοινικὴ et pro Palma, sed hæc scriptura valde erroris suspecta est. [" Φοινικὴ, Anemone, Diosc. Notha 449." Boiss. Mss.] Est præterea aliud κτητικὸν nomen, Φοινίκινος: sed ad φοῖνιξ, quod Palmam significat, pertinens potius, sicut et φοινικίτης, ut supra docui. Ubi vide et Φοινικήϊος. Ab hoc porro φοῖνιξ est quoque VERBUM Φοινικίζω, quod cum generaliter significet, Phœnices imitor, æmulor, s. Phœnicum mores: [unde adv. * Φοινικιστὶ, Polyb. 1, 80, 6. διαλέγεσθαι:] de iis tamen dici solet, qui quandam Phœnicum obscœnitatem imitabantur, in irrumando sc. [" Villois. ad Long. 182. Toup. Opusc. 1, 421." Schæf. Mss. * Φοινικιστὴς, Fellator, Etym. M. v. Γλωττοκομεῖον.] Jungiturque interdum huic verbo VERBUM Λεσβιάζειν, (de quo ideo non alienum fuerit hic dicere,) itidem significans, Lesbiorum mores obscœnos imitari, s. Lesbiorum obscœnitatem, in fellando sc. Lucian. (3, 184.) Πρὸς θεῶν εἰπέ μοι τί πάσχεις, ἐπειδὰν κἀκεῖνα λέγωσιν οἱ πολλοὶ, λεσβιάζειν
D σε καὶ φοινικίζειν; Hæc conjunxit et Gal. de Fac. Simpl. Med. 10. Habetur autem λεσβιάζειν et ap. Aristoph. quod quidam interpr. etiam Ore morigerari, e Suet. [" Toup. Opusc. 1, 420." Schæf. Mss.] Sed et λεσβιεῖν tanquam a THEM. Λεσβίζω extat ap. eund. Aristoph. Σφ. (1346.) Μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας, Quæ eras ore morigeratura compotoribus. Huc pertinet et NOMEN Λεσβιὰς, άδος, ἡ, quod exp. itidem Fellatrix. [Sensu non obscœno, Athen. 598. " Antip. Thess. 23. Diodor. Sard. 7. Agathias 82. * Λεσβὶς, Jacobs. Anth. 7, 62. Toup. Opusc. 1, 243." Schæf. Mss.]

Φοῖνιξ dictum fuit et Instrumentum quoddam musicum, utpote cujus inventores fuerint Phœnices. Vide Athen. [636. Cithara Punica, Herod. 4, 192. Eod. sensu * Φοινίκιον, Aristot. Probl. 19, 13.]

Φοῖνιξ, Collyrium τραχωματικὸν ab Hierace conscriptum, de cujus descriptione inter Gal. et Aët. convenit, exceptis admodum paucis, iisque levibus. Gorr.

Φοίνικες sunt etiam γλυφαὶ, Hes. teste, si ejus exempl. mendo carent.

[Φοῖνιξ, Schn. Ind. Theophr. Coray Theophr. 219. Jacobs. Anth. 12, 356. Heyn. Hom. 4, 584. 5, 234. 359. Clark. ad Il. B. 267. Wessel. Diss. Herod. 37. ad Callim. 1. p. 39. Toup. Opusc. 2, 295. Zeun. ad Xen. K. Π. 674. ad Diod. S. 1, 160. 165. Φοῖνιξ, ὁ, Brunck. ad Poët. Gnom. 275. ad Herod. 180. Palma, Orell. Suppl. ad Nic. p. 89. (Arrian. Ep. 3, 12.) Color ruber s. puniceus, Döring. de Coloribus Veterum: (Gött. Anz. 1789. 11. St.) Pœnus, Diod. S. 1, 634. 701. 2, 419. 509. 567. Phœnix, Musgr. Tro. 221. ad Anton. Lib. 262. Verh. Adj., Musgr. Hel. 181. Herc. F. 945. Valck. Phœn. (1497.) p. 505. Wakef. Trach. 108. Lobeck. Aj. p. 270. De quant., ad Il. Θ. 116. De accentu et quant., Markl. Suppl. 398. Boiss. Philostr. 275. Φοίνικος σπάθη, Wessel. Diss. Herod. 119." Schæf. Mss. Eur. Tro. 815. φοῖνιξ πυρὸς πνόα, Fulvus. Puniceus color, Il. Z. 219. ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν. Φοῖνιξ et Φοίνισσαι conf., ad Greg. Cor. 849. Quo compendio scribatur, ibid.]

Φοινικοβάλανος, vide supra in φοῖνιξ significante Fructum palmæ. [* Φοινικοβάτης, unde * Φοινικοβατέω, Palmas scando, Lucian. 1069.] Φοινικοδάκτυλος, Phœniceos digitos habens, i. e. Coloris phœnicei. Extat ap. Aristot., sed ab eo fictum fortasse, Rhet. 3. Διαφέρει δ' εἰπεῖν οἷον ῥοδοδάκτυλος ἠὼς μᾶλλον ἢ φοινικοδάκτυλος, ἢ ἔτι φαυλότερον ἐρυθροδάκτυλος. [" Clark. ad Il. A. 477." Schæf. Mss.] Φοινικόλεγγος, Avis, quæ alio nomine DICITUR Πηνέλοψ, [Phav., Tzetz. ad Lyc. 792.] Traditur autem hæc esse magnitudine columbæ, anati similis, et in aquis versari, ex Aristot. H. A. 8. Vide Hes. Φοινικόλοφος, Phœniceam habens cristam, s. generaliter Rubram. Sic ex Apoll. Rh. 2. habuisti supra, φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ. In VV. LL. Φοινικολόφος paroxytone, quod ap. Suid. legatur itidem φοινικολόφον, quod exp. * ξανθολόφον. Sed in meo vet. Cod. sciendum est legi in gen., φοινικολόφου, ξανθολόφου. [Eur. Phœn. 827. Theocr. 22, 72. Aristoph. Ὄρν. 70. " Planud. Ovid. Met. 4, 598." Boiss. Mss.] Φοινικοπάρειος, SIVE Φοινικοπάρῃος, Phœniceas habens malas, s. genas, i. e. phœnicei coloris. At φοινικοπάρῃοι νῆες ap. Hom. (Od. Λ. 123.), Phœniceo colore pictæ naves. Aut etiam, Minio pictæ, Miniatæ, ut eædem sint quæ etiam μιλτοπάρειοι ab eod. Poëta vocantur, διὰ τὸ τῆς μίλτου φοινικοῦν, inquit Eust. [" Const. Manass. Chron. p. 17." Boiss. Mss. " Steph. Dial. 30. Greg. Cor. 42." Schæf. Mss.] Φοινικόπτερος, Phœniceas habens pennas. Peculiariter autem sic appellata fuit Avis quædam, cujus linguam præcipui saporis esse docuit Apicius, teste Plin. Meminit ejus et Aristot. item Aristoph. Ὄρν. (274.) ubi dicenti περί τινος ὄρνιθος, i. e. de quadam avi, καλός γε καὶ φοινικιοῦς, respondetur Εἰκότως· καὶ γὰρ ὄνομ' αὐτοῦ γ' ἐστὶ φοινικόπτερος. De illo autem NOMIN. Φοινικιοῦς lege Suid., exponentem πυῤῥός: et de eo dicentem cum alia, tum hæc, Παρὰ τὴν φοίνικος γενικὴν, φοινικόεις, φοινικόες ἐν ὑπερθέσει, φοινικοῦς ἐν συναιρέσει. At vetus Cod. meus habet, φοινίκιες ἐν ὑπερθέσει: cum neutram harum lectionum habeat Schol. Aristoph. idem alioqui docere volens: sed hanc, φοινίκεος ἐν ὑπερθέσει: quin etiam, φοινικοῦς ἐν συναιρέσει pro φοινικιοῦς. At ego e duabus φοινικόες et φοινίκιος unam faciens, scr. censeo φοινικιόες. Φοινικοροδίαι, Rosaria punicea, VV. LL. sine ullo Auctoris nomine. [Φοινικοροδίαι λειμῶνες, Plut. 6, 457. e Pindaro, sed melius * Φοινικόροδοι λ., 10, 645. Prata puniceis rosis consita.] Φοινικόρυγχος, Qui est rostro puniceo s. rutilo, Avis epith. [* Φοινικόστολος, Pind. N. 9, 67. φοινικοστόλων ἐγχέων πεῖρα, i. q. πεῖρα ἐγχέων ἐν ναυσὶ στελλομένων. * Φοινικοτρόφος, Strabo 17. p. 1196.] Φοινίκουρος, ὁ, Avis quæ dicta est ETIAM Ἐρίθακος, Erithacus. Est autem, ut annotant VV. LL., Avis solitaria, quæ a quibusdam Sylvia vocata est: Theodorus autem interdum Rubeculam interpr.; sed Rubecula est hyberno tempore, et Ruticilla æstivo. Aristot. H. A. 9, 49. Μεταβάλλουσι δὲ οἱ ἐρίθακοι, καὶ οἱ καλούμενοι φοινικουργοὶ, ἐξ ἀλλήλων· ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐρίθακος, χειμερινός· οἱ δὲ φοινικουργοὶ, θερινοί· διαφέ-

A ρουσι δ' ἀλλήλων οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ τῇ χρόᾳ μόνον. Quam scripturam sequendo, huic avi erit etiam NOMEN Φοινικουργός. Sed suspectam hanc scripturam reddunt Hes. et Plin., e quibus hic testatur, sicut et Aristot., (quem fortasse sequitur,) qui erithacus sit hyeme, eundem esse phœnicurum æstate. At Hes. postquam scripsit, Φοινίκουρος, ὄρνις ποιὸς, subjungit, καὶ ὁ ἐρίθακος. Suidæ ἐρίθακος est ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον. Idem vocatur ETIAM Ἐριθεὺς, si Hesychio credimus. Quod autem attinet ad Lat. nomina, Sylvia et Ruticilla, sciendum est Theodorum ea aliis avibus tribuere, in interpretatione ejusd. operis Aristotelis 8, 3. [* Φοινικοφαὴς, Eur. Ion. 162. * " Φοινικόφυτος, Palmis consitus, ad Diod. S. 1, 160. 2, 394." Schæf. Mss.] Φοινικόφυτον, τὸ, Palmetum: φοινικόφυτα, Palmeta, Palmaria: VV. LL. e Gaza ap. Theophr. H. Pl. 2. [* " Φοινικοχάλινος, Toup. Opusc. 2, 295." Schæf. Mss.]

Φοινικελίκτης, ὁ, Fallax, Hes., et Suid. ap. quem legitur φοινικελίτης absque κ, in penultima syllaba.

B [Item * Φοινικέλικτος, Hesychio ἀπατηλός. " Φοινικελίτης, * Φοινικελιστὴς, Φοινικελίκτης, Toup. Opusc. 2, 294." Schæf. Mss.]

[* Ἡμισυφοῖνιξ, Theognostus in Bekk. Anecd. 3, 1379. * Ὀξυφοίνικος, Glossa ap. Salmas. Exerc. Plin. 930.]

Φοινίκεος, et per CONTR. Φοινικοῦς, Phœniceus, Puniceus, Rutilus. Vide et quæ in prima nominis φοῖνιξ signif. dicta fuerunt, i. e. ea, cui primus datus fuit locus. Aristot. de Col. loquens de iis coloribus, qui ποικίλας nobis φαντασίας exhibent κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, in exemplum affert τὸ φοινικοῦν καὶ τὸ ἁλουργόν. Ubi vide alia multa περὶ τοῦ φοινικοῦ χρώματος. Idem Meteor. 3. Τὸ δὲ φοινικοῦν χρῶμα καὶ πράσινον, καὶ ἁλουργὸν, οὐ γίνεται κεραννύμενον. Ibid. Τὸ γὰρ φοινικοῦν, παρὰ τὸ πράσινον, λευκὸν φαίνεται. Idem in iride esse dicit colorem ξανθὸν, medium inter φοινικοῦν et πράσινον. Apud Eund. H. A. 8. avis quædam φοινικοῦν λόφον ἔχει: ideoque epitheton ejus esse possit illud compositum nomen φοινικόλοφος,

C de quo supra. Apud Xen. (K. Π. 7, 1, 1.) et alios legimus Φοινικοῦς χιτῶνας: ap. Plut. Numa, Φοινικοῦς χιτωνίσκους. Apud Athen. certe (538.) inter pretiosos colores poni videmus, in descriptione nuptiarum Alexandri, Πορφυροῖς καὶ φοινικοῖς χρυσοϋφέσιν. Apud Diosc. 3, 105. legimus et Φοινικοῦν ῥάκος. [" Φοινίκεος, Jacobs. Anth. 11, 295. Toup. Opusc. 1, 541. Valck. Diatr. 195. Φοινικοῦς, ad Mœr. 369. Diod. S. 1, 209." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 148. Lex. Xen.] Hinc VERB. Φοινικίζω, pro Ad puniceum colorem vergo, Purpurasco, mutuando interpretationem verbi πορφυρίζω. [* " Φοινικιστὴς quid sit, ipse Hes. videtur ignorasse. Posuit enim nomen in Lex. sine interpretatione. Xen. K. 'A. 1, 2, 20. Κῦρος ἀπέκτεινε—Μεγαφέρνην, φοινικιστὴν βασίλειον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάστην. Leuncl. et Æm. Portus vertunt Purpuræ tinctorem. Melius Morus: Purpuratum. Larcherus: Le Porte-Stendard, Vexillarium: quia ap. Diod. S. 14, 26. vexillum nominatur φοινικίς. Sed optime explicasse videtur Brodæus:

D Unum e regiis familiaribus, punicea veste indutum, non purpurea." Lex. Xen. " Schneid. Anab. p. 19. Toup. Opusc. 2, 168." Schæf. Mss.] Et COMP. Ἐπιφοινικίζω, q. d. Superpurpurasco, In superficie ad colorem purpureum vergo, s. potius puniceum. Bud. ex Aristot. [Theophr.] de Coloribus (32.) p. 390. Σχεδὸν γὰρ αὐτῶν τῶν καρπῶν οἱ πλεῖστοι, ὅταν ἐκ τοῦ ποώδους μεταβάλλωνται, μικρὸν ἐπιφοινικίζουσι, καὶ γίνονται πυῤῥοὶ, ubi Interpres vertit, Paululum in puniceum vergunt, præp. omittens, tanquam vacantem. Est et aliud COMP. Ὑποφοινικίζειν, q. d. Subpunicare, Subpurpurascere.

Φοινικόεις, Phœniceus, etc. ut de φοινικοῦς dictum est, quod eand. signif. habet; sed φοινικόεις Poëtarum potius est. FEM. Φοινικόεσσα. Hom. (Il. K. 133.) χλαῖναν φοινικόεσσαν dixit, Hesiod. ('A. 95.) ἡνία φοινικόεντα. Idem (ib. 194.) αἵματι φοινικόεις, sicut Hom. (Il. Ψ. 717.) αἵματι φοινικόεσσαι. Ubi quidam interpr. Sanguine rubentes. Non dubium est autem quin φοινικόεις reddi etiam possit alicubi

Purpureus, quod proprie est πορφύρεος. Nam ut αἵματι φοινικόεσσαι dicit, sic et αἷμα πορφύρεον: quemadmodum Lat. Sanguis purpureus dictus fuit. [" Heyn. Hom. 5, 437. 439. 6, 29. Clark. ad Il. B. 267." Schæf. Mss. * Φοινικώδης, i. q. φοινικόεις, Schol. Paris. ad Apoll. Rh. 3, 42. 4, 761. et not. " Var. lect. Diod. S. 1, 98." Wakef. Mss.]

Φοινικὶς, ίδος, ἡ, Vestis phœnicei coloris, s. punicei, Puniceus amictus. Redditur etiam Purpurea vestis, et Purpureus amictus, ob coloris affinitatem : [Gl. Paludamentum :] cum alioqui φοινικίδα et πορφυρίδα distincte poni videamus cum alibi, tum in hoc Xen. loco, K. Π. 8, (3, 2.) Οὐδὲν φειδόμενος οὔτε πορφυρίδων, οὔτε ὀρφνίνων, οὔτε φοινικίδων, οὔτε καρυκκίνων ἱματίων: 6, (4, 1.) Ἤνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά. Plut. (6, 546.) dicit eos, qui ad tauros accedunt, non sumere φοινικίδα, sicut nec vestem λαμπρὰν, eos qui ad elephantes : quoniam his coloribus animalia illa solent διαγριαίνεσθαι. Magnum autem fuisse φοινικίδων in bello usum, ostendunt cum alii plerique loci, tum vero ille Xen. quem paulo ante e K. Π. 6. protuli : nec non iste Plut. Paulo Æmilio (18.) Ἀστράπτοντες ἐπιχρύσοις ὅπλοις, καὶ νεουργοῖς φοινικίσι. Dicuntur autem primi hoc vestis genere usi esse Lacedæmonii, ut sanguinem, quem effundebant, aliquo modo occultarent. Cujus rei cum alii plerique meminerunt, tum Philostr. Epist. 26. init. Fuisse autem φοινικίδα, s. φοινικοῦν χιτῶνα, etiam signum pugnæ futuræ, discimus e Plut. Marcello. Φοινικὶς pro Panno puniceo, ex Aristoph. affertur Πλ. (731.) Κατεπέτασ' αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν φοινικίδι. Item φοινικίδες pro Tapetibus puniceis, s. purpureis, ex Æschine [64. " Thom. M. 899. ad Diod. S. 1, 577. 603. Brunck. Aristoph. 3, 63. 153. Ammian. Marc. 19, 5, 5. Heyn. Hom. 5, 456. Schneid. Anab. 16. Casaub. ad Athen. 98. ad Mœr. 398. Act. Traj. 1, 206. Valck. Anim. ad Ammon. 205. Zeun. ad Xen. K. Π. 609. ad Charit. 248." Schæf. Mss. Leo Tact. 19, 42. Chrys. in Ps. 50. p. 692. Orat. 71. T. 6. p. 725. Liban. 4. p. 300. * Φοινικίδιον, Puniceolum, Diog. L. 7. p. 402. * Φοινικηΐδες, Hes. αἱ ἀνεμῶναι, ἡ πόα· οἱ δὲ, τὰ φοινικὰ ἐνδύματα.]

[* Φοινικίας, ου, ὁ, sc. ἄνεμος, Phœnicias, Ventus a Phœnice flans, Euronotus, Thraciæ oppositus, Aristot. Meteor. 2, 6.]

[* Φοινικάω, Gl. Rubefacio, Schneidero susp.]

[* Φοινίκιος, Gl. Palmeus : * Φοινίκιον· Palmularium. Palmula, Alex. Trall. 1. p. 24.] Φοινικὼν, ῶνος, ὁ, Palmetum, φοινικόφυτον supra : [" ad Diod. S. 1, 209." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 16, 18. Joseph. B. J. 4, 8, 2.]

Φοινίσσω, VEL Φοινίττω, ξω, Puniceo colore inficio, aut etiam Purpureo, Rubefacio, Sanguine inficio, Cruento. Ex Eur. (Iph. A. 187.) αἰσχύνᾳ φοινίσσω, Suffundo rubore, pudore purpureo, q. d. Purpuro pudore, Rubefacio. [" Neutraliter φοινίξαντα μόρον dixit Soph. ap. Athen. 51. Rubescens morum." Schw. Mss.] Tale est φοινίττομαι, pro Rubore suffundor s. Pudore, Erubesco. Chrys. de Sacerd. Ἐπὶ τούτῳ ἐρυθριάσας ἐκεῖνος καὶ φοινιχθείς. At φοινισσόμεναι παρειαὶ e Luciano (2, 927.) Cruentatæ malæ. Sic ap. Soph. (Aj. 110.) Μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ. Itidemque ap. Aristoph. φοινιχθῆναι Schol. exp. τὸ αἱμαχθῆναι δίκην φοινικοβαφοῦς ἐνδύματος. Polit. ap. Herodian. (4, 9, 17.) φοινιχθῆναι, dictum itidem de eo quod sanguine infectum est, vertit Purpurascere. Sic φοινίττω pro Sanguine inficio, Cruento. Liban. de Marte, Γῆν τε φοινίττων καὶ χρωννύων ποταμούς. In VV. LL. legitur ETIAM Φοινίζω pro Rubefacio, [J. Poll. 1, 45.] nec non COMP. Ἐπιφοινίζω, [Lucian. 2, 443.] pro Rubefacio, Illustro; sed hæc themata suspecta sunt: sicut et VERB. Φοινικεῖν, quod in Iisd. habetur pro Phœniceo colore rubere, absque ullo testimonio. [" Φοινίσσω, Heyn. Hom. 7, 168. Jacobs. Anth. 8, 207. 10, 152. Wakef. Trach. 993. Phil. 393. Toup. Opusc. 1, 528. ad Charit. 296." Schæf. Mss. " Rubeo, neutraliter, Poëta ap. Eust. Il. 769." Wakef. Mss. Nicander 'A. 254. Opp. 'A. 2, 427. Apoll. Rh. 3, 725. * Φοίνιγμα, Rubor, Schol. Eur. Phœn. 1495.] Φοινιγμὸς, ὁ, ITEM Φοίνιξις, Actio inficiendi colore puniceo, aut etiam purpureo, Purpuratio, Rubefactio. Sed φοινιγμὸς habet etiam peculiarem signif. ap. Medicos. Φοινιγμὸς, inquit Gorr., Rubrificatio, Ruboris per medicamenta excitatio in aliqua parte. Quædam enim medicamenta eam vim habent, ut cuti admota ruborem caloremque accendant, atque etiam, si diutius immorentur, vesiculas creent, tandemque exulcerent. Meminerunt φοινιγμῶν cum alii tum Paulus Ægin. 3. [* Φοινικτὸς, unde * Ἀφοίνικτος, Achill. Tat. 3, 7. * Φοινικτικὸς, adv. * Φοινικτικῶς, Sext. Emp. adv. Math. 7, 198. * " Ἀναφοινίσσομαι, Rubefio, Erubesco, Liban. ap. Wolf. Anecd. 2, 346." Kall. Mss. * Διαφοινίσσω, Hippocr. 192. 195.] " Ἐκφοινίττω, Rubefacio, Cruento, Eur." [" Phœn. 42. " J. Poll. 1, 45. Musgr. Iph. T. 259." Schæf. Mss. * Ἐπιφοινίσσω, Purpurasco, Plut. Alex. 4. Athen. 370. Aristot. Phys. 143. Οἷς τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσον ἐστί. " Rubeo, de auro, Nonn. D. 10, 157." Wakef. Mss. * Καταφοινίσσω, Suid. 2, 277.] Ὑποφοινίσσω : e cujus pass. voce est particip. ὑποφοινισσόμενα, quod affertur e Diosc. 3, 78. Ὑποφοινισσόμενα φύλλα, Folia in puniceum colorem vergentia, q. d. Subpunicantia. [Nicander Θ. 720. Poëtice Ὑπαιφοινίσσω, 178.]

ΦΟΙΤΑΩ, Ito, Ventito, ut qui itat s. ventitat ad præceptorem : quæ tamen Ventitandi signif. an primum in hoc verbo locum obtinere debeat, non satis constare, docebo aliquanto post, ubi et de ejus derivatione dicam. Plato de Rep. 1. Δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα ὡς παρὰ φίλους τε καὶ πάνυ οἰκείους. Thuc. 1. Ὕστερον δὲ φοιτῶντες παρ' Ἀθηναίους : [cf. c. 95.] Rursus e Plat. Epist. 7. Ἐπιστολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων παρά τε Ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι, Epistolæ crebræ veniebant, pro Afferebantur crebræ. Itidem vero cum ap. alios, tum ap. Thuc., de rebus etiam inanimis : Ἐφοίτων ἀγγελίαι, Crebri nuntii afferebantur, s. Frequentes. Aut certe, Nuntii subinde afferebantur. Licet in VV. LL. simpliciter, Nuntii afferebantur. Apud Eund. 8. Καὶ ἐκ τούτων τῶν πόλεων ὁπόσα Ἀθηναίοις ἐφοίτα χρήματα. Quem verbi hujus usum imitatus Synes., dixit, Καὶ τῆς φοιτώσης κατ' ἐνιαυτὸν δαπάνης τοῖς ἐνθάδε στρατεύμασι. Quoniam autem solent pueri ad præceptores ventitare, eorumque domos frequentare, ideo sæpe legitur φοιτᾷν εἰς διδασκάλου, nec non φοιτᾷν εἰς τὰ διδασκαλεῖα. Xen. K. Π. 2, (1, 2.) Εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. Plut. Camillo, Τοὺς παῖδας αὐτῶν εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτᾷν. Huc pertinet iste locus ap. Athen. (584.) Ὥσπερ πρὸς Ἱππόμαχον τὸν παιδοτρίβην, μνᾶν δοὺς, οἴει ἀεὶ φοιτήσειν. Pertinet et iste, Οὗτος παρὰ Ζήνωνα τὸν Μνασέα κατὰ μάθησιν σοφίας ἐφοίτησε. Quin etiam nulla facta διδασκάλου vel διδασκαλείου, vel μαθήσεως, aut alius hujusmodi rei mentione, tamen de discipulis dicitur interdum, ut ap. Aristoph. (N. 916.) διὰ σὲ φοιτᾷν Οὐδεὶς ἐθέλει τῶν μειρακίων, Ad me ventitare, discendi causa, sc. Vel, Ad me præceptorem ventitare. Hinc certe factum est ut quidam φοιτῶ interpretari non dubitarint, Sum discipulus, auditor. Sed mihi magis placet aliud interpretationis genus, quod a prima hujus verbi signif. minime remotum sit : quale fuerit, Ventito ad scholam, præceptorem, Ventito ad aliquem, discendi gratia, vel, ejus audiendi gratia. Sed possumus etiam simpliciter dicere, Ventitare ad aliquem, idque e Cic. : quem ita loquentem Græcum φοιτᾷν exprimere voluisse crediderim. Ab hac certe hujus verbi signif. est φοιτητὴς pro Discipulo, ut infra docebo.

Φοιτᾷν simpliciter pro Ire, Venire, Accedere. Od. I. (401.) Οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος. (Il. Υ. 6.) πάντῃ Φοιτήσασα : item (Ξ. 296.) Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε. Ex Apoll. Rh. (1, 1249.) φοίτα ἀμφὶ χῶρον, pro Circuibat locum. Possit sane et in illo Thuc. loco quem secundum protuli, de prima hujus verbi signif. agens, existimari φοιτῶντες positum simpliciter pro Venientes. Cum præp. ἐξ ap. Julian., qui de medicina loquens, dicit, Διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι, δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. Ceterum cum Hom. φοιτᾷν usurpet ἁπλῶς pro περιοδεύειν, ut annotat Eust. Il. I. : aut pro ὁρμᾷν, ut in

II. E.: illi Ventitandi significationi, ac præsertim Ventitandi ad præceptorem, nequaquam primum locum deberi dixerint aliqui: ut omittam, ab eod. Schol. Atticam illam censeri. At si a proprio et peculiari hujus verbi usu potius incipiendum sit, non erit cur ordo ille magnopere reprehendatur, cum alioqui lubenter significationi ab Hom. usurpatæ primas deferre soleam. Est porro et hoc sciendum, Eust. e veterum auctoritate tradere, φοιτᾶν esse factum ἐκ τοῦ προϊέναι, vel ἐκ τῆς ὁδοῦ.

Φοιτᾶν interdum dicitur mulier, i. e. Venire ad virum, concubitus causa. Bud. ab Herod. poni testatur pro Stupri consuetudinem habere; sed ejus locum non affert. At in VV. LL. affertur ejusd. Herodoti locus, in quo φοιτᾶν cum adjectione ponitur: nimirum ita, Φοιτᾶν ἐς ὁμιλίην ἀνδρῶν, et exp. Cum viris coire: [cf. 2, 111. 4, 1.] Subjungitur et hic Plut. locus, in Pericle, Τῷ Περικλεῖ γυναῖκας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχεται, pro Cum Pericle coëuntes: [Φοιτᾶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, Euseb. Pr. E. 85. Valck. Schol. in N. T. 2, 205.] Hinc Lat. Futuo sumtum esse videri possit. Vide Φοιτάς.

Φοιτᾶν, Insanire, Furere: unde φοῖτος, φοιτὰς, et φοιταλέος. Dictum esse φοιτᾶν et pro ἐνθουσιωδῶς ὁρμᾶν ac μαίνεσθαι, docent veteres, Eust. 732. qui alioqui exp. alibi et simpliciter verbo ὁρμᾶν. Apud Soph. quidem certe cum adjectione, Aj. (59.) φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις. Ceterum cum hac verbi φοιτᾶν signif. optime convenit, meo quidem judicio, quod Gallice de insano dicimus, Il court les rues: sicut de meretrice, quæ ab hoc ipso verbo φοιτὰς appellatur, dicere solemus, Elle court l'aiguillette.

[" Φοιτάω, ad Mœr. 399. Abresch. Lectt. Aristæn. 117. Musgr. Hipp. 148. Orest. 327. ad Diod. S. 1, 105. Insanio, Boiss. Philostr. 606. De discipulis, ad Phalar. 250. Brunck. Aristoph. 3, 49. Boiss. Philostr. 234. 521. 644. Boeckh. in Plat. Min. 26. Thom. M. 899. Wakef. Phil. 206. S. Cr. 4, 5. Georg. 107. Jacobs. Anth. 11, 316. Heyn. Hom. 6, 320. ad Lucian. 1, 166. ad Mœr. 400. De concubitu, ad Herod. 280. 407. De mercibus, 522. 560. De ferculis, Valck. Callim. 258. Φ. πρός τινα, de meretrice, Jacobs. Anim. 273. Φ. εἴς τινα, Anth. 11, 74. Φοιτέω, (Ionice,) ad Herod. 38. (1, 37.) 638. 702. Wessel. Diss. 153. 154. Koen. ad Greg. Cor. 183.(=397.) Heyn. Hom. 6, 320. Φοιτήτην, ibid." Schæf. Mss. Φοιτᾶν πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ θύρας, Itare ad fores literatoris, Æschin. Dial. Socr. 2, 20. v. Fischer. Ind., Valck. Schol. in N. T. 1, 224. 517. Vagor, Il. Ω. 535. Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσι. Volito, Od. B. 182. Ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο Φοιτῶσ'. Φοίτεσκον, Asius Athenæi 12. p. 526. • Φοιτᾶν dicitur etiam tributum, quod redit in ærarium, Herod. 3, 90. 5, 17. Similiter de Frumento, 7, 23." Schw. Lex. Herod.]

[• Φοίτημα, unde • " Φοιτήμων, Musgr. Or. 327." Schæf. Mss.] Φοίτησις, ἡ, Itatio, Ventitatio, Ipsa actio itandi s. ventitandi, Frequentatio. Xen. Ἑλλ. 1, (6, 6.) Ταῖς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτήσεσιν ὀργισθείς. Affertur et e Plat. de LL. Sed ut φοιτᾶν interdum et simpliciter pro Ire s. Venire, sic et istud verbale φοίτησις nonnunquam fortasse et pro ipsa Eundi s. Veniendi signif. positum inveniri possit. [" Wakef. Eum. 115." Schæf. Mss. " Phornut. 17." Wakef. Mss.: Paus. 5, 17. Ἐκ φοιτήσεως Περικλείτου.] ITIDEM Φοιτητὴς sonat q. d. Itator, Ventitator. Sed peculiariter dici consuevit de eo qui ad præceptorem ventitat, (sequendo usum quem inter alios habere verbum φοιτᾶν docui paulo ante,) unde redditur Discipulus. Unde συμφοιτητὴς, quod vide post Συμφοιτάω. [" Diog. L. Pythagora p. 324. HSt." Seager. Mss. " Ad Phalar. 250. Phryn. Ecl. 178. Thom. M. 829. 899. ad Lucian. 1, 167. Mœr. 400. et n." Schæf. Mss. • " Φοιτητήρ, Coluth. 99. Nonn. D. 4, 270. alibi. • Φοιτητήριος, unde • Φοιτητήριον, Schola, Euseb. Pr. E. 226." Wakef. Mss. • Φοιτητέον, Plato Theæt. 161. • " Φοιτητὸς, Insanus, Clem. Alex. 166. • Ἀφοίτητος, Inaccessibilis, Opp. Ἁ. 2, 527." Wakef. Mss.]

Φοίτης, ὁ, Præco, παρὰ τὸ φοιτᾶν πανταχοῦ. Hes.

Φρεατορύκτης, ITEM *Φρεατωρύχος*, (ut dicitur *τυμβωρύχος*,) Putei fossor, Puteorum fossor, Putearius Plinio. [Lobeck. Phryn. 232. Etym. M. 799, 41.] Dicitur ETIAM *Φρεορύκτης*, ET *Φρεωρύχος*. Sed hoc posterius usitatius esse puto, quod Etym. exp. per *φρεατορύκτης*. Theophyl. Ep. 24. *Οὔτε φρεωρύχοι τὰ τῆς γῆς ἐρεβοδιφῶντες ἀπόρρητα*. Item *σκεῦος φρεωρύχον*, Plut. [Lobeck. l. c.] *Φρεωρυχέω*, (SICUT *Φρεορυκτέω* a *Φρεορύκτης*,) Puteum fodio s. Puteos. Cujus partic. *φρεωρυχῶν* ap. Plut. (9, 106.) extat. Legitur autem et ap. Suid. illud verbum, sed perperam in vulg. Edd. scriptum per ο in secunda syllaba, ut vicissim male per ω in illis scriptum est *φρεωρυκτῶ* pro *φρεορυκτῶ*: assentiente utrique emendationi vetusto Cod., et verbi *φρεορυκτῶ* scripturam comprobante etiam nomine *φρεορύκτης*, quod ibid. habetur. [*Φρεωρυχέω*, Aristoph. A. 1033.] Ceterum *Φρεωρύχους* Hes. scribit fuisse etiam *γένος* quoddam Athenis. [* " *Φρεωρύχως*, Herodian. Epimer. 160." Boiss. Mss. * *Φρεωρυχία*, Philostorg. H. E. 3, 9. * *Φρεωρυχικὸς*, Eust. 1533. " Phot. v. *Τόρος*." Schleusn. Mss. " Etym. M. 762, 33." Schæf. Mss. * *Φρεώρυξ*, Cyrillus in Matth. Gloss. p. 20. Lobeck. l. c.]

Φρεατοτύπανα, Puteorum tympana, Haustra, VV. LL. cum Hes. dicat duntaxat esse Instrumenta quædam ap. Polyb. Reponendum enim esse φρεατοτύπανα pro φρετοτύπανα, vel ipse alphabeticus ordo ibi aperte demonstrat.

Φρεάντλης, ὁ, Aquæ e puteo haustor, q. d. Putei haustor s. Puteorum. Sed vocem hanc φρεάντλης jocose fictam fuisse sciendum est, alludendo ad vocem Κλεάνθης, quæ Philosophi cujusdam nomen erat. Vide Diog. L. et Suid.

[* "Φρέαῤῥος, E puteo manans aqua, Athen. 691." Schleusn. Mss.]

Φρεατιαῖος, Putealis, Puteanus: ὕδωρ, Putealis aqua, s. Puteana, ap. Athen. (124.) et Alex. Aphr. atque alios. Plut. (9, 757.) Καὶ γὰρ τῶν ῥυτῶν ὑδάτων τὰ πετραῖα καὶ ὀρεινὰ ψυχρότατα, καὶ τῶν φρεατιαίων τὰ κοιλότατα: [* Φρεατίδιος, Idem 8, 753. ὕδωρ, Schneidero e Φρεατιαῖος depravatum videtur: cf. Bast. ad Greg. Cor. 704. * Φρεατικὸς, Gl. Putealis, Puteanus.]

Φρεατώδης, In putei modum profundus. At in VV. LL. exp. simpliciter Profundus. [" Schol. Aristoph. Πλ. 431." Schæf. Mss.]

[* Φρεάτιος, Putealis, Geop. 2, 6, 33. Ἐν τόποις τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕδωρ, μήτε ἐπίῤῥυτον, μήτε πηγαῖον, μήτε φρεάτιον. Vide voc. sequ.]

Φρεάτιον, τὸ, Puteolus, Parvus puteus. ["Ad Mœr. 193." Schæf. Mss.] At Suidas φρεάτια esse dicit τὰ βαθέα ὀρύγματα, Profundas fossas. Pro qua signif. habet Hes. Φρεάτεια per ει. Cum illa certe scriptura, quam ap. Suid. habemus, non convenit h. l., quem subjungit, Πᾶσαν ἐδῄωσε τὴν γῆν, μήτε τῶν φρεατίων ναμάτων φεισάμενος. Sed nec exp. illa posse convenire videtur, cum ante ναμάτων genitivo nominis alicujus adjectivi sit opus, qualis fuerit φρεατιαίων. Itaque cum locum illum sequatur hic, Φρεατίας δὲ εἶχεν ὁ τόπος ἀγνοουμένας, (a NOM. Φρεατία, ἡ, cujus accus. φρεατίαν habet Xen. Ἑλλ. 3, 1, 5.) non immerito fortasse suspicaretur quispiam Suidam scripsisse, Φρεατίαι, τὰ βαθέα ὀρύγματα: nisi, in loco qui huic expositioni subjungitur, haberemus φρεατίων ναμάτων. Ut enim convenire hoc exemplum posset, legi deberet φρεατιῶν a φρεατίαι: qui gen. substantivi nominis cum altero nominis itidem substantivi non bene cohæreret. Videat tamen lector malitne illam scripturam admittere, (ut sit τῶν φρεατιῶν ναμάτων, pro τῶν ἐν φρεατίαις ναμάτων,) quam hæc ipsa verba reponenda esse dicere. Ceterum illud φρεατία ab Eod. exp. etiam ὄρυξις, i. e. Fossio. [Φρεατία, Polyb. 10, 28, 2. 5. Mathem. Vett. 41. Heliod. 9. p. 443. " Jacobs. Anth. 7, 368." Schæf. Mss. Lex. Xen. * Φρητία, Hes. στόμα φρέατος.] AT VERO Φρεατὶς Bud. e Basilio affert pro Favo et cella apum.

ITEM Ἐμφρεάτοι ap. Suid. legitur, quod Athenis fuisse scribit nomen δικαστηρίου τῶν ἀκουσίων φόνων. Sed τὸ ἐν φρεαττοῖ δικαστήριον ap. Aristot. lego, Polit. 4. quam lectionem illic reponendam censeo, nisi forte φρεατοῖ potius unico τ scr. quispiam existimet. Non aliter tamen scripsisse Suidam, ex eo videtur posse colligi, quod hanc scripturam comprobat series alphabetica, quam sequitur. [" Luzac. Exerc. p. 6. T. H. ad Plutum p. 454. 471." Schæf. Mss.] Apud Eund., sicut et ap. Etym., LEGITUR Φρεάριος, quod esse dicunt Nomen δήμου τῆς Λεοντίδος sub. φυλῆς. Affertur autem e Plut. (Themist. 2.) et pro Nomine proprio cujusdam Atheniensis, cui se instituendum commiserat Themistocles.

ΦΡΗΝ, ενὸς, ἡ, Mens. Il. K. 45. ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν: E. 406. Νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός: I. 186. Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ. A Cic. quoque φρὴν redditur Mens, in hoc versu Eur. Hipp. (612.) Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Interpr. enim de Offic. 3., (nisi aliunde hanc interpr. sumit,) Juravi lingua, mentem injuratam gero. Quamvis autem φρὴν et θυμὸς et καρδία sæpe pro eod. ponantur, ut Lat. Mens, Animus, Cor: interdum tamen post κατὰ φρένα addit Hom. καὶ κατὰ θυμόν. (At cum dicit

A ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, tunc hæc VOX Θυμὸς aliter sumitur, sc. pro eo quod dicimus Courage.) Lat. quoque Mentis appellationi addunt interdum appellationem Animi. Atque adeo et Mentem animi dixit Plautus. Apud eund. Hom. legitur ἐν φρεσὶν ἦτορ: quod ἦτορ ap. Poëtas synonymum esse nomini καρδία, satis notum est. Hoc ipso certe usus est Æschylus, sicut et nomine φρὴν in uno eodemque loco, Pr. (880.) Κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει: sed hic φρὴν peculiarius accipiendum videri possit. Quod autem ad illum pluralem dat. attinet φρεσὶ, sciendum est ejus magnum esse usum ap. Hom. pro dat. sing. φρενὶ, sicut et nominativi pluralis, itemque accus. pro sing. Dativi certe, ut cum dicit passim, σὺ δ' ἐπὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι: item, ἀλλὰ σὺ σῇσιν ἔχε φρεσίν: pro eo quod a Virg. dicitur, tu condita mente teneto. Sic ap. eund. Poëtam, Εὖ γὰρ δὴ τόγε ἴδμεν ἐνὶ φρεσὶ, Cic. φρεσὶ vertit Mente. Soluta vero oratio pluralem usurpans potius quam singularem, eo significare solet Sanæ mentis affectum,
B ut ita dicam, aut etiam Prudentiam: unde aliquis dicitur φρένας ἔχειν, et contra ἔξω φρενῶν καθεστὼς, vel γενόμενος, (ap. Herodian. illud, ap. Plut. hoc,) Xen. Σ. (4, 55.) Διδόναι καρποῦ μὲν ἀφθονίαν, φρενῶν δὲ ἀφορίαν. Hac autem in signif. observavi non paucis in ll. præfixam habere vocem νοῦν, ut ap. Aristoph. (B. 534.) νοῦν ἔχειν καὶ φρένας: et ap. Dem. pro Cor. Μάλιστα μὲν καὶ τούτοις βελτίω τινὰ νοῦν καὶ φρένας ἐνθείητε. At Herodian. (7, 10, 7.) φρένας et ἀγχίνοιαν copulavit, ubi Polit. φρένας vertit Ingenium. In multis certe ll. occurrit ubi Prudentiam interpretari possumus, aut etiam simpliciter Mentem, ut Epigr. Ἄξιον αἰνῆσαι Μόσχον φρένας, ὃς μόνος οἶδε, κ. τ. λ.

Φρένες, Præcordia, tanquam mentis sedes, διάζωμα quod pulmonem et cor ab hepate, liene, et renibus disterminat, ut scribit Aristot. de Part. Anim. 3, 10. ubi etiam dicuntur esse φρένες tanquam παροικοδόμημα et φραγμός: item φρένες vocari ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν. Ibi autem Gaza φρένες interpr. Præcor-
C dia, (sicut et alii passim tam ap. hunc quam ap. ceteros, ubi de eadem illa corporis parte agitur, interpretati sunt,) διάζωμα, Septum transversum. Extat certe ap. Hom. vox φρένες et de parte corporis, non uno in loco. Legimus enim Od. I. (301.) Οὐτάμεναι πρὸς στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν, Il. Π. (503.) ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων, Ἐκ χροὸς εἷλκε δόρυ· προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο. Proprie, inquit Gorr., φρένες Mentem significat, quam νοῦν et διάνοιαν etiam Græci appellant: ad quam quoniam aliquid conducere videtur διάφραγμα, aut quia eo inflammatione affecto mens quoque læditur, et continuum prope delirium excitatur, a Platone et reliquis veteribus eodem nomine donatum est, ut nihil intersit φρένας et διάφραγμα dicere. Præcordia a Latinis dicta sunt, quia cordi prætenduntur. Hæc ille. Vide et in Διάφραγμα. Ceterum quod ad etymum illud attinet, quo φρένες a verbo φρονεῖν deducit Aristot. in eo, sicut et in aliis quibusdam, hic Philosophus parum grammatice locutus mihi videtur. Multo enim ma-
D gis rationi consentaneum est, si etiam spectemus eam deductionis seriem quæ in aliis plerisque vocibus spectatur, ut φρονεῖν dictum sit quasi φρενεῖν, sc. ἀπὸ τῆς φρενός: sicut a θυμὸς dicitur ἐνθυμεῖσθαι et θυμαίνειν. Adde quod cum non itidem num. sing. φρὴν de parte illa usurpetur, non eadem etymi ratio ei assignari potest: et tamen ut pluralem præcedat necesse est. Fuerit ergo potius quærendum vocis φρὴν quam φρένες etymum; sed aliud quam quod Etym. et Eust. habent: si modo quis huic investigationi tempus impendere operæ pretium esse, aut etiam ullum investigationis fore finem existimat.

[" Φρὴν, Abresch. Æsch. 2, 76. Ammon. 99. Græv. Lectt. Hes. 524. 549. Musgr. Or. 1180. Periphr., Huschk. Anal. 218. Jacobs. Anth. 9, 52. Fischer. Præf. ad Weller. Gr. Gr. p. viii. Quid ap. Hom.? Wassenb. ad Hom. 37. Conjunctum cum νοῦς, Jacobs. Anth. 6, 148. Heyn. Hom. 5, 547. Ruhnk. ad Vell. 266.: (animo ac pectore, 292.) Ἀπὸ φρενὸς, Crinag. 5. Εἰς φρένα λαμβάνων, Wakef.

Phil. 1080. Φρένες, Heyn. Hom. 4, 46. 195. 6, 9. 16. 139. 447. 7, 224. 228. Porson. Or. 600. Paul. Sil. 18. Præcordia, Wolf. Præf. ad Il. p. xxiii. Φρεσὶν conf. c. φράσειν, Wakef. Eum. 492. Stanl. ibid. Ἔξω τῶν φρενῶν γενόμενος, Longus p. 478. Bod., ubi v. not. Εὖ ἔχειν φρενῶν. Valck. Hipp. p. 272. Diatr. 78. Θεῖναι ἐν s. ἐπὶ φρεσὶ, Heyn. Hom. 4, 672. Ἐν φρεσὶ βάλλεσθαι, Valck. Callim. 247. ad Herod. 686. 695. Ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν, Hesiod. Θ. 239. Μετὰ φρεσὶ, Heyn. Hom. 6, 628. 7, 168. Φρένας ἐξαιρεῖσθαι, Toup. Opusc. 2, 284." Schæf. Mss. "Φρὴν cum θυμὸς, Æsch. Pers. 769. Ag. 103.: cum νόος, Quint. Sm. 1, 589.: cum νόημα, Hom. H. in Cer. 329.: cum στέρνοις, Æsch. Choëph. 744. Ἀπὸ φρενὸς, Contra voluntatem, Arat. 409." Wakef. Mss. Φρένες, Præcordia, Il. Ψ. 104.]

[* "Φρενοβάρβαρος, Sophron de Hær. ap. Fabric. T. 7. p. 485." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

Φρενοβλαβὴς, Mente læsus, (pro quo Lat. dicunt Mente captus, cui respondet τὸ φρενόληπτος,) Mentem læsam habens, ὁ τὰς φρένας βεβλαμμένος, s. κατὰ τὰς φρένας, ut quidem Suidas habet utrumque. Sed malim, ad ostendendam compositionis juncturam, resolvere in φρένα βλαβεὶς. Hac autem voce φρενοβλαβὴς usus est Herod. (2, 120.): usus est et Hippocr. eadem lingua scribens, in Ep. ad Demagetum, Νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τούτοισιν ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφωνται. Usi sunt et alii, eorum posteri. Φρενοβλαβῶς, Dementer, Insane, More ejus qui mente est læsus, et mente captus. Habes in Φρενόμωρος e Schol. Soph. Φρενοβλάβεια, ἡ, Amentia, Dementia, Hes. et Suid. [Philo 4. p. 230. P. "Buttm. Schol. Od. O. 233." Elberling. Mss. * "Φρενόβλαβος, Amphil. 49. Orac. Sib. 8. p. 371(=699.)" Kall. Mss. * "Φρενοβλαβέω, Heyn. Hom. 8, 83." Schæf. Mss. * Φρενοβλαβία, Manetho 6, 599.] Φρενοδινὴς, Mentem versans, Nonn. [Jo. 163.] Φρενοθελγὴς, Mentem mulcens, oblectans, ut μῦθος, Nonn. (Jo. 4, 144.) Verbum mentem oblectans, menti gratum. [Procl. H. in Mus. 17. Anal. 1, 441. "Nonn. D. 1, 405. (ἀοιδῆς.)" Wakef. Mss. * Φρενοκλόπος, Anthol. 4. p. 469. Ἔρως. "Jacobs. Anth. 6, 61. Quint. Mæc. 9." Schæf. Mss.] Φρενοκλοπέω, q. d. Mentem furor. Ab Hes. exp. ἐξαπατῶ, quod est Decipio, Impono. Sed quidam minus generaliter, Impono præstigiis. Φρενόληπτος, Mente captus, ὁ ἀναίσθητος, Suid. [* Φρενομανὴς, Æsch. Ag. 1132=1149.] Φρενόμωρος, Mente stultus, Cui stulta mens est. Unde ADV. Φρενομώρως, ut φρενομώρως νοσεῖν e Soph. affertur, quod ita scriptum significabit Stultitia laborare. Sed ap. eum φρενομόρως legi sciendum est, per ο in penultima, tanquam sc. e φρὴν et μοῖρα, detracta deinde litera ι. Schol. enim νοσοῦντα φρενομόρως, Aj. (627.) p. 38. exp. εἰς τὴν μοῖραν τῶν φρενῶν νοσοῦντα, addens i. esse q. φρενοβλαβῶς et μανικῶς. [Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 247. * Φρενόπληκτος, Demens, Æsch. Pr. 1053. * "Φρενοπληξία, Const. Manass. Chron. p. 15(=28.)" Boiss. Mss. * Φρενοπληγὴς, activo sensu, Æsch. Pr. 877=884. μανίαι. " Wakef. Trach. 1082." Schæf. Mss.] Φρενοπλὴξ, ῆγος, Mente captus. De eo, quem Lat. vocant etiam Mente captum. Sonat tamen potius q. d. Mente s. Animo percussus. Sed hoc loquendi genere abstineo, quod Percutere animum alium habere usum videam, sicut et Percuti, cum dicitur Percuti aliqua re. Greg. Naz. Carm. φρενοπλῆξιν ὁμοίιος. Pro eod. dicitur et παραπλήξ. ["Thom. M. 24. 578." Schæf. Mss.] Φρενοτέκτων, ονος, Qui in mente sua fabricatur s. architectatur, Cui mens est fabricatrix et architecta. Ita enim reddendum censeo vocabulum, quod ap. Aristoph. (B. 820.) legitur, estque ab eo fictum, ut opinor. Sic autem vocat Æschylum tanquam mirificum verborum architectum, s. artificem: i. e. mirum in excogitandis vocabulis grande sonantibus: φρενοτέκτονος ἀνδρὸς Ῥήμα θ' ἱπποβάμονα. [* Φρενοφθόρος, Pisid. de V. V. p. 433.]

Φρεναπάτης, ὁ, Mentis s. Mentium deceptor. Paul. Ep. ad Titum, 1, (10.) Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς. ["Valck. Oratt. 411." Schæf. Mss.] Φρενα-
A πατάω, Mentem decipio s. Mentes, ad Gal. 6, (3.) Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, Suam ipsius mentem decipit. Quod nihil aliud est quam Seipsum decipit, adeo ut possimus φρεναπατᾷ accipere pro simplici ἀπατᾷ, itemque in φρεναπάτης existimare otiosam esse vocem φρένα: ut otiosi erunt hi Lat. ablativi, si quis dicat Mente vel Animo fallor. Vetus Interpres certe φρεναπάται exposuit simpliciter Seductores: et φρεναπατᾷ Seducit. ‹ Sed et hoc observandum est, Latinos non dicere, Fallo animum, sed contra Me fallit animus. Ceterum Hes. φρεναπατᾷ, ex illo Pauli loco sumtum, ut credibile est, exp. χλευάζει, quod est Illudit, Irridet. [" Wakef. Ion. 605." Schæf. Mss.]

Φρενάργιος, Mentis compos. Nam Hes. φρεναργίους, si modo ita scripsit, exp. φρενήρεις: [leg. * φρεναρτίους.]

Φρενήρης, Mentis compos, Qui est sanæ mentis, etiam Cordatus, ut sc. sit ὁ ἀρηρὼς τὴν φρένα, vel cui ἄρηρεν ἡ φρὴν, Herod. (3, 25. 30. 35.): et post
B eum cum alii, tum Lucianus, de Ptolemæo, (3, 128.) Καὶ τἄλλ' οὐ πάνυ φρενήρης τις ὤν. Cum autem Eust. hanc solam vocis hujus signif. agnoscat, sicut et Hes. exponens ἀρτίφρων, Etym. tamen et Suidas contrariam etiam signif. ei tribuunt, ut φρενήρης dicatur itidem Qui mentis non est compos, Qui non est sanæ mentis. Ab utroque enim φρενήρης esse dicitur ὁ φρόνιμος, vel ὁ παράφρων. At ego non libenter illis assentior, cum etymum illud, minime alioqui dubium, huic contrariæ signif. repugnare videam. Et quod ad illos duos ll. attinet, quos Suidas subjungit, in priore quidem non video quid obstet, quominus φρόνιμον significet, cum addatur non simpliciter φιλοκίνδυνος, sed ἐν δέοντι φιλοκίνδυνος: at in posteriore non dubito quin particula οὐ ante φρενήρης omissa sit, ac reponi debeat, Ὁ μὲν Κόμμοδος ἦν φύσει τε οὐ φρενήρης, καὶ οὐ κ. τ. λ. [Koen. ad Greg. Cor. 531. Schæf. " Ad Charit. 562. ad Herod. 206. Matth. ad Gloss. Min. p. 20." Schæf. Mss. * "Φρενηρὸς, i. q. φρενήρης, Mich. Apost. Prov. 2, 93."
C Schleusn. Mss.]

[* "Ἄφρενος, i. q. ἄφρων, Beros. Syncell. p. 28. ζῶον ἄφρενον, exp. Animal ratione destitutum: in suspicionem autem cadit hæc forma adjectivi: vide Schn. Lex. Suppl.]

" Ἐπίφρενα, Præcordia," [Hes. ὑποχόνδρια.]

Μετάφρενον, τὸ, Dorsi pars quæ ad septum transversum sita est, quasi τὸ μετὰ τὰς φρένας: sic enim veteres Septum transversum appellarunt. Rufus μετάφρενον esse dicit τὸ μεταξὺ τοῦ νώτου καὶ ὀσφύος, κατὰ τὴν τῶν νεφρῶν πρόσφυσιν: i. e. Partem inter dorsum et lumbos mediam, qua renes adjacent. Nec tamen inter partes spinæ numeratur, quam veteres totam diviserunt in cervicem, dorsum, lumbos, et os sacrum. Hæc Gorr. qui etiam scribit, non satis esse a veteribus explicatum quid sit μετάφρενον: sed ex ipso etymo verisimile esse partem illam dorsi significare, quæ ad septum transversum sita est. In VV. LL. μετάφρενον dicitur esse Quod a tergo præcordiis objectum est: quod in aversa corporis parte sit hic
D situs τῶν φρενῶν, quæ hepati juxta Homerum adhærent. Additur Marc. Empiricum videri vocasse Interscapilium. Sic certe et ap. Hom. μετάφρενον pro Interstitio quod est inter scapulas s. humeros, Il. B. (265.) σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω Πλῆξε. [" Meleager 77. Jacobs. Anth. 6, 168. 10, 181. ad Dionys. H. 1, 459. ad Anton. Lib. 278. Verh., Valck. Phœn. p. 59. Bergler. ad Alciphr. 190. Plur. pro sing., Il. M. 428. Liebel. Archil. p. 85." Schæf. Mss. Greg. Naz. c. Astron. in Matth. Lectt. Mosqu. 2. p. 39. Μετάφρενα τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς λέγονται.]

" Μαφρὴν, Hes. διάνοιαν, Mentem et cogitatio" nem."

Quæ sequuntur derivata, composita itidem non sunt, sed ab eadem syllaba incipiunt, a qua et præcedentia composita: ideoque inter compp. illa et reliqua, quæ in φρων desinunt, derivata hæc interjicienda existimavi, præsertim cum in φρων desinentibus verbum φρονέω aliaque subjungi necesse sit.

Φρενόθεν, E mente, A mente, Soph. Aj. (183.)

Φρενόω, Ad mentem reduco, Prudentem reddo, A
Facio ut quis sapiat. Interdum Castigo; nam castigatione conamur homines ad sanam mentem reducere, s. prudentiores reddere. Æsch. Pr. (355.) p. 24. meæ Ed. Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς Ἢ σαυτὸν, Schol. φρονίμους ποιεῖν καὶ σωφρονίζειν. Usus est hoc verbo Xen., sicut et aliis plerisque quæ alioqui ποιητικώτερα sunt, Ἀπ. 2, (6, 1.) Δοκεῖ δέ μοι καὶ εἰς τὸ δοκιμάζειν, φίλους ὁποίους ἄξιον κτᾶσθαι, φρενοῦν, τοιαῦτα λέγων. Ubi observa φρενοῦν non poni seorsum, sed dici φρενοῦν εἰς τὸ δοκιμάζειν, ut si Latine dicas, Prudentes reddere ad explorandum: Hes. verbum φρενοῦν exp. non solum νουθετεῖν et διδάσκειν, sed etiam φρονεῖν, tanquam et neutralem signif. habens. [Sic Soph. Ant. 754. Κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός: Trach. 52. Νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν Γνώμαισι δούλαις.] Pass. Φρενόομαι, Ad mentem reducor, s. Ad sanam mentem, Prudens reddor. Suidas φρενωθῆναι exp. σωφρονισθῆναι: sicut φρενοῦν a Schol. Æschyli dixi exponi σωφρονίζειν. At 2 Macc. (11, B
4.) Πεφρενωμένος ταῖς μυριάσι τῶν πεζῶν, Bud. reddit Animatus, Elatus. Quem hujus participii usum haud temere alibi reperiri puto, sicut nec ipsum verbum φρενοῦσθαι pro Animari, Efferri. [Æsch. Ag. 1192. Choëph. 114. "Musgr. Ion. 526. Lucian. 2, 340. ad Eur. Bacch. 791." Schæf. Mss.] Φρένωσις, ἡ, Castigatio; νουθέτησις, Hes. ["Clem. Alex. 145." Wakef. Mss.] Idem Hes. habet et NOM. Φρενωτήριον, quod exp. παραίνεσις. Tunc autem accipietur substantive, cum alioqui φρενωτήριον sit potius quod est ad παραίνεσιν aptum atque accommodatum. [*Φρενωτὴρ, unde *Φρενωτήριος, e quo Φρενωτήριον.] Ceterum ap. eum legi ETIAM Φρενεῖν sciendum est, quod, sicut φρενοῦν, exp. φρονεῖν et διδάσκειν. [* "Φρένησις, Jacobs. Anth. 9, 503." Schæf. Mss.]

Φρενικὸς, (q. d. Mentalis,) Ad mentem pertinens. Apud Anatomicos φρενικαὶ φλέβες dicuntur Propagines duæ venarum e trunco venæ cavæ superioris orientes, infertæ in diaphragma, ipsumque totum nutrientes. Gorr. Sed meminisse hic oportet, φρενικαὶ esse ab ea φρενῶν signif., qua de Ipso diaphragmate dicuntur. C

[* Φρενίτης, unde] Φρενῖτις, ιδος, ἡ, Mentis delirium, Cerebri inflammatio quæ delirium affert, VV. LL. quæ addunt etiam e Celso, Insania febricitantium, quam φρενῖτιν appellant. Et ex Alex. Aphr. Probl. 1. Φρενῖτιν κατασκευάζει καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ ἐπὶ τῶν πυρεττόντων, Delirium in febricitantibus efficit. Item plur. φρενίτιδες, Ægrotantium deliria, e Marcello ap. Diosc. 2. Φρενῖτις, inquit Gorr., Inflammatio membranarum cerebri, febrem acutam et mentis perturbationem inducens. Sic quidem proprie dicta φρενῖτις definitur; eamque omnes vel simplicem inflammationem esse statuerunt a copia sanguinis, vel erysipelatosam a flava bile, aut humore bilioso usto et in atrum verso. E quo consequitur, ejusmodi phrenitidem, proprium et primarium cerebri affectum esse. Aliquanto post, Est vero et alia non proprie dicta φρενῖτις, ut quæ tum a ventriculo, tum a diaphragmate per consensum gignitur, tum quæ per D
ardentissimæ febris vigorem provenit: quas plerique phrenitidis nomine non dignantur, sed παραφροσύνας vocant. Item quæcunque sine febre est: quam μανίαν rectius quam Phrenitidem appelles. Hæc ille. Legimus ap. Greg. Naz. de homine, Φρενῖτιν τὸ πάθος καλοῦντες, ἐπειδὴ φρένες τοῖς ὑμέσι τούτοις ἐστὶ τὸ ὄνομα. ["Ad Timæi Lex. 89." Schæf. Mss. Aret. p. 15.] Φρενιτικὸς, Qui laborat phrenesi, Phreneticus. Utitur Gal., estque ante illum usus Hippocr. Sed is φρενιτικοὺς communi quadam et non propria signif. interdum vocat Omnes quibus mens (quam φρένα Græci vocant) oblæsa est, etiamsi perpetua cataphora teneantur: quales ii sunt, qui φρενιτικοὶ ἀσαφεῖς in Prorrh. appellantur. Sic enim eo libro dicuntur qui ita desipiunt, ut tamen eos desipere nemo intelligat. Vulgus enim solos phrenitide teneri arbitratur Qui vociferantur, aut in alios insiliunt, cum tamen Hippocr., ut eo loco scribit Gal., Omnes quibus mens non constet, phreneticos appellet, etiamsi perpetua cataphora laborent. [Aret. p. 16. 72. * Φρενιτιαῖος, Hippocr. 1079.] Dicitur ETIAM Φρενιτιάω, ET Φρενιτίζω pro Sum phreneticus, Laboro phrenesi. Illo φρενιτιῶ utitur Alex. Aphr. Probl., ubi Gaza vertit Per febrem insanio. [Plut. Alex. 75.] Hoc autem φρενιτίζω utuntur Gal. et Paulus Ægineta: Φρενιτίζουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἀγρυπνοῦντες. Item Jul. in Epist. ad Jambl. Καίτοι δίκαιον ἦν, ὥσπερ φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι.

Ab illo autem φρενιτιᾷν est VERBALE Φρενιτίασις, significans itidem φρενῖτις, Phrenesis, ["Mentis delirium, Dementia, Suid. v. Παρακοπὴ φρενῶν." Schleusn. Mss.] Ceterum ETIAM Φρενητιᾷν per η ap. Plut. inveniri sciendum est, [et ap. Theod. Prodr. p. 98. sed perperam.] In VV. LL. autem NOM. Φρενητικὸς, itidem per η. ITEM Φρενητίζω, pro Phrenesi teneor, [Plut. 10, 637. "Nemes. 170." Wakef. Mss.] NEC NON Φρενήτης, ὁ, ["Cyrill. Hier. Præf. 6." Kall. Mss.] ET Φρενῆτις, εως, ὁ, ἡ, pro Mente captus. Sed nullo hæc testimonio comprobantur. Latinos quidem certe Phrenesis et Phreneticus dixisse videmus, tanquam verso η in e. Nosque idem Phrénésie et Phrénétique appellamus. [Alia etiam scriptura est per ε: * Φρενετίζω, Phrenesi laboro, Alex. Trall. 1. p. 16. Plut. 8, 767. * Φρενετισμὸς, Plut. ap. Stob. Serm. 62. p. 402. * Φρενετιάζω, * Φρενετίασις, Schol. Aristoph. Θ. 688.]

De sequentibus compp. in φρων desinentibus brevis admonitio.

Compp. omnia quæ sequuntur, in φρων desinentia, inter ea, quæ e nomine φρὴν sunt composita, ponenda esse censui: non ignorans tamen quod scribit Eust., nimirum hisce compp., περίφρων et ἀλκίφρων et δαΐφρων, atque similibus, ἐγκεῖσθαι verbum φρονεῖν. Sed si hoc dixit tanquam e verbo φρονεῖν facta esse illa sentiens, nequaquam me assensorem habebit; sin vero duntaxat significare voluit, verbi φρονεῖν signif. illis inclusam esse, id certe illi concesserim: libentius tamen de κακόφρων et μεγαλόφρων, item ὀλοόφρων, atque aliis quibusdam id genus, quam de illis quæ ipse affert. Videmus enim κακὸν s. κακὰ φρονεῖν, et μέγα φρονεῖν, valde usitata esse: quin etiam ὀλοὰ φρονεῖν, sicut κακὰ φρονεῖν, alicubi inveniri constat. Sed si κακόφρων resolvi potest in κακὸν φρονῶν, sive κακὰ, non ideo tamen κακόφρων e κακὸν et φρονῶν, ac non e φρὴν, compositum esse dicendum est. Hes. certe sicut ὀλοόφρων exp. ὀλέθρια φρονῶν, ita vicissim ῥηξίφρονα exp. καταβαλόντα τὴν φρένα. Equidem ut Eust. ad signif. duntaxat (ut modo dicebam) respexisse existimem, facit quod de εὔφρων addit: nimirum ei itidem ἐγκεῖσθαι verbum εὐφραίνειν. Vix enim credibile est Eust. (quamvis alia nonnulla, nihilo fere magis derivationis analogiæ consentanea, jam antea ex eo protulerim) censuisse, εὔφρων factum esse ex εὐφραίνειν: cum alioqui itidem dicendum esset ἄφρων factum esse ex ἀφραίνειν, atque ita prius hoc quam illud esse. Quod absurde dici, nemo, ut opinor, negarit, cum præsertim Latinos illam compositionem nominis ἄφρων e φρὴν et α privativo, imitari voluisse manifestum sit, in suo nomine Amens, e voce Mens, et litera A, itidem privandi vim habente. Sic porro et in tradendo nominis σωφροσύνη etymo illam, ut modo appellavi, derivationis analogiam minime servatam fuisse, illa in voce docebo.

[* "Ἀγκυλόφρων, Nicet. Eugen. 8, 194." Boiss. Mss.] Ἀκαστόφρων, Prudens; συνετὸς, Hes. [* "Αἰνόφρων, Laudabilis, Laudandus, Apollon. Lex. v. Ἀγανόφρων." Schleusner. Mss. * "Ἀλλόφρων, Diversa sentiens, Manetho 4, 563." Schleusner. Mss. * Ἀλλοφροσύνη, J. Poll. 8, 153. * Ἀντίφρων, Nicet. Annal. sæpe. * "Ἀρειόφρων, Qui Arii sententiam sequitur, Suid. v. Ἀρειανός." Schleusn. Mss.] "Ἄριφρων, Cui est mala mens, Male animatus, Malevolus, ὁ κακῶς φρονῶν, Suid. Est alioqui "Nom. propr." [Melius exp. Valde prudens.]

Ἀρτίφρων, Qui mente est integra, minimeque læsa, Integer mentis s. animi: quorum utroque utentem

Horatium, ad hanc ipsam vocem ἀρτίφρων respexisse, eamque exprimere voluisse suspicor. Vel, Qui est mente perfecta, et omnibus suis numeris (ut ita dicam) absoluta, sequendo signif. nominis ἄρτιος. Platoni certe Polit. 7. (p. 171.) ἀρτίφρων est cujus οὐκ ἀνάπηρος ἡ ψυχή. Alioqui ἀρτίφρων reddi etiam possit fortasse, Qui est mente bene composita: sequendo ea quæ dixi supra, T. 1. col. 573. in principio. In VV. LL. Rectæ mentis, Compos mentis, Cordatus. [" Jacobs. Anim. 246. Heyn. Hom. 5, 61." Schæf. Mss. Od. Ω. 260. Blomf. Gloss. in Æsch. S. c. Th. 777=784. * " Ἀρτιφρονέω, Sanæ sum mentis, Amphil. 49." Kall. Mss.]

Ἄφρων, Amens, Demens, Mente carens, Insipiens. Hesiod. Ἔργ. (1, 208.) Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλει πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. Extat et ap. Hom. passim. Utuntur eo et prosæ Scriptores, et quidem Xen. (K. Π. 8, 7, 3.) inter alios. E quo (Ἀπ. 1, 2, 55.) etiam τὸ ἄφρον substantive pro Amentia, " Dementia, Insipientia." ["Ἄφρων, Luzac. Exerc. 35. Abresch. Æsch. 2, 20. Ammon. 18. Toup. Opusc. 2, 194." Schæf. Mss. Pind. Π. 8, 105. πολλοῖς σοφὸς Δοκεῖ πεδ' ἀφρόνων, pro μετὰ τῶν ἀφρόνων, i. e. παρὰ τοῖς ἄφροσι, Apud insipientes: vide nott.: aliter legitur conjunctim πεδαφρόνων, a * Πεδάφρων, quod absurde in Lexx. exp. Mentem vinctam habens, a πέδη et φρήν: " vide Barnes. ad Eur. Rhes. 372." Kall. Mss. " Cicuta, Diosc. Notha 468." Boiss. Mss.] " Ἀφρόνως, Amenter, Dementer, Stulte, " Insipienter, Soph." [Aj. 766. Xen. K. Π. 1, 6, 40. Ἑλλ. 5, 1, 16. Ages. 2, 3, 4. Κυνηγ. 3, 5, 5. Polyb. 2, 6, 11. * Ἀφρονεστέρως, Plato Lach. 193.] Ἀφροσύνη, Amentia, Dementia, [Xen. K. Π. 4, 2, 41. Soph. Œd. C. 1230. Antig. 383. " Ammon. 18. Musgr. Hipp. 164." Schæf. Mss. * "Ἀφρονικὸς, Schol. Lucian. Bis Accus. 21." Kall. Mss. * Ἀφρονικῶς, Appian. B. C. 2, 456.] " Ἀφρονέω, Amens s. Demens " sum, Sum insipiens, Desipio, Stultesco, Ineptio," [Hippocr. 480, 11. " Cattier. Gazoph. p. 13. Brunck. ad Bacch. p. 399. * Ἀφρόνημα, Valck. Hipp. p. 206." Schæf. Mss. * Ἀφρόνησις, * Ἀφρόνη, Bekk. Anecd. 472. * " Ἀφρονεύω, Tzetz. Ch. 5, 63." Elberling. Mss. " Cattier. Gazoph. 13." Schæf. Mss. LXX. Jerem. 10, 20. * Ἀφρόνευσις, Stob. Ecl. Eth. 100. * Ἀφρονίζω, Schleusn. Lex. V. T.] Item VERB. Ἀφραίνω, Amenter me gero s. Dementer, Amens sum, Amentia utor, Il. B. (258.) et H. [109. " Jacobs. Anth. 6, 196. Ruhnk. Ep. Cr. 155." Schæf. Mss.] AT VERO Ὑπαφρονέστερος, quod ex Herod. (4, 95.) affertur, diminutivi usum præstare, et quandam amentiæ, ut ita dicam, diminutionem significare videtur. Affertur tamen ex eo, Ὑπαφρονεστέρων καὶ κακοβίων, Male insciteque viventium.

Βαθύφρων, q. d. Cui mens est profunda, i. e. Cujus mens in profundis cogitationibus versatur; Qui profundas cogitationes mente agitat, si ita loqui licet. E quo intelligitur Valde prudens. [Pind. N. 7, 1. * Βαρβαρόφρων, Orac. Sibyll. 1. p. 181., 5. p. 560.] Βαρύφρων, q. d. Cui gravis est mens, curis sc. onusta, Qui graviter mente est affectus, si ita loqui conceditur, [" Const. Manass. Chron. p. 74. 122." Boiss. Mss. " Meleager 34. Jacobs. Anth. 11, 78. Pierson. Veris. 85. Valck. ad Theocr. 253." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 4, 731. Lycophr. 464. " Opp. Ἁ. 4, 174. (Οἴστρῳ τε ζήλῳ τε, βαρύφρονι δαίμονι, θύων.)" Wakef. Mss.] Βαρυφροσύνη, ἡ, Status mentis graviter affectæ, et curis ac molestiis velut gravatæ, [Plut. 8, 838. Indignatio, Coriol. 21. " Porson. Med. p. 25." Schæf. Mss.] Βαρυφρονέω, Graviter mente affectus sum etc.

Διχόφρων, Qui mente est dissidente et discordi, [" Musgr. Heracl. 416." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 901.] Διχοφροσύνη, ἡ, Discordia, Inimicitiæ, Seditio, [Dissensio, Plut. 9, 278. Seditio, Theseo 12. * Διχοφρονέω, Diverse sentio, 9, 60.]

Δύσφρων, vide post Εὔφρων, [Æsch. S. c. Th. 880. Ag. 556. 617. 843. Cho. 276. Suppl. 399. 520. Soph. Ant. 1275. Pind. Ὀ. 2, 93. " Jacobs. Anim. 195. 317. Meleager 118. et Jacobs. Musgr. Andr. 287." Schæf. Mss. * Δυσφρόνως, Æsch. Pers. 552. * " Δυσφρονέω, Wolf. ad Hesiod. p. 75. (Θ. 102.) Wakef. S. Cr. 1, 24." Schæf. Mss. " Eur. Andr. 1235. Ed. Ald. δυσφρονεῖν, al. δυσφορεῖν, al. συμφορεῖν.]

[* Ἐγειρόφρων, Etym. M. 20, 47. " Ad Charit. 755." Schæf. Mss.]

Ἔκφρων, q. d. Qui est extra mentem, i. q. ἄφρων, Amens; sed minus usitatum. Habet Suid. cum exemplo. Habet item ADV. Ἐκφρόνως, Amenter. [* Ἐκφροσύνη, J. Poll. 3, 121.]

Ἔμφρων, oppositum proxime præcedenti, Mentis compos. Soph. (Aj. 306.) Ἔμφρων μόλις πως ξὺν χρόνῳ καθίσταται, Vix tandem redditur mentis compos, ad se redit. Plato Timæo, Ξυννοῆσαι μὲν γὰρ ἔμφρονος τά τε ῥηθέντα ὄναρ ἢ ὕπαρ ὑπὸ τῆς μαντικῆς τε καὶ ἐνθουσιαστικῆς φύσεως, καὶ ὅσα ἂν φάσματα ὀφθῇ, πάντα λογισμῷ διελέσθαι: quæ Bud. sic vertit, Visa nocturna, vel vigilantium, eorum qui divino spiritu instincti sunt, ratione explicare, hominis est mentis compotis, non eorum quibus mens ecstatica vaticinatur. Verum ἔμφρων interdum non dicitur simpliciter Qui est B mentis compos, sed et Prudens, Sapiens. Apud eund. certe Philosophum, et in eod. opere, ἔμφρονα Cic. vertit uno in loco Sapientem, in altero Intelligentem sapientemque, ut videbis in meo Lex. Cic. p. 23. 39. Invenitur autem pro Prudenti et ap. Thuc. Quin etiam memini me ap. Plut. (9, 40.) legere ἔμφρον esse τὸ φρονήσεως πλῆρες, sicut ἔμπνουν est τὸ πνεύματος πλῆρες, aut certe πληρωθέν: utra enim voce in utroque loco utatur, non satis recordor. At vero ἐμφρονεστέρα τέχνη ex Aristot. Rhet. affertur pro Acutior ars et subtilior. [Memor, Theogn. 1122. " Lennep. ad Phal. p. 9. Brunck. Œd. T. 436." Schæf. Mss. " Τὸ ἔμφρον, Prudentia, M. Anton. 1, 16." Kall. Mss.] Ex hoc porro nomine ἔμφρων formatum est ADV. Ἐμφρόνως, (ut ἐκφρόνως ab ἔκφρων,) Prudenter. Aut etiam, Ut decet eum qui mentis est compos, [Diod. S. 282. 493. 608. * Ἐμφροσύνη, Eust. Od. 1633. * Ἐμφρονοειδὴς, unde * Ἐμφρονώδης, Hippocr. 1211. * " Πανέμφρων, Admodum prudens, Heliod. de Chrysopœia 1. et 32." Schleusner. C Mss.]

Ἐπίφρων, itidem Prudens, sicut ἔμφρων: sed hoc ἐπίφρων est potius Poëtarum. Hesiod. (Θ. 122.) ἐπίφρονα βουλὴν, Prudens consilium. [Orph. Arg. 197.] Ἐπιφροσύνη, ἡ, Prudentia. Et plur. ἐπιφροσύναι ap. Hesiod. (Θ. 658.) Σῇσι δ' ἐπιφροσύνῃσι [Σῇς δ' ὑποφραδμοσύνῃσιν,] Tuis prudentibus consiliis. Nisi sit plur. pro singulari. [Od. T. 23. " Wakef. S. Cr. 5, 157. Brunck. Apoll. Rh. 177. Epigr. adesp. 152. Pierson. Veris. 215. Hymn. Hom. 103." Schæf. Mss. Arat. D. 30. * Πανεπίφρων, Opp. K. 1, 328.]

" Ἑτερόφρων, exp. Aliter sentiens," [" Nonn. D. 9, 49. Jo. 5, 115. Tryphiod. 437." Wakef. Mss. " * Ἑτεροφροσύνη, Jambl. V. P. 74. Kiessl." Schæf. Mss.]

Εὔφρων, ET Ἐΰφρων, dissoluta diphthongo, q. d. Cui mens bene se habet. Nam qui lætus est et hilaris, ei mentem bene se habere, videor mihi posse dicere. Solet alioqui reddi Lætus, Hilaris. Od. P. 531. ἐπεὶ σφίσι θυμὸς ἐΰφρων. Sic e Soph. affertur pro Lætus, (Aj. 705.) Ἐμοὶ ξυνείης διαπαντὸς εὔφρων. D Sed plerumque pro Lætitiam afferens, Exhilarans. Il. Γ. 246. καὶ οἶνον ἐΰφρονα καρπὸν ἀρούρης, ubi ab Eust. ἐΰφρων exp. ὁ εὐφραντικὸς, item μελιηδὺς, quod ex alio ejusd. Poëtæ loco vel potius ex aliis locis sumit. Sic Hesiod. (Ἡμέρ. 11.) εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι. Itidemque ap. Soph. (Aj. 420.) Ὦ Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ Εὔφρονες Ἀργείοις, exp. εὐφροσύνην ποιοῦσαι διὰ τὸ ποτόν. Ab Hes. εὔφρων exp. ἡδὺς, et αἰδέσιμος, et ἱλαρὸς, et καλόφρων. Redditur etiam Benevolus, sed absque exemplo. Fuerit certe hac in signif. oppositum τῷ κακόφρων: qua de re dicam et in Καλόφρων. Invenitur autem Εὔφρων et Proprium nomen. [" Lobeck. Aj. p. 287. Musgr. Iph. A. 1190. Æsch. Eum. 995. 1033. Jacobs. Anth. 9, 264. 10, 113. Wakef. S. Cr. 2, 13. 4, 248. Heyn. Hom. 4, 503. Phalar. p. 8. Valck. Hipp. p. 234. Diatr. 188. Brunck. Œd. T. 436. Εὔφρων καρπὸς, Casaub. ad Athen. 83, Ernest. ad Il. Γ. 245." Schæf. Mss.] " Εὐφρόνως exp. et Hilariter et Prudenter." [" Ad Diod. S. 1, 248. Wakef. Phil. 872. ad Charit.

242." Schæf. Mss. Pind. Π. 10, 61. Æsch. Pers. 839. A Ag. 359. 858. Eur. Hipp. 793.] Hinc Εὐφροσύνη, ET Ἐϋφροσύνη, Lætitia, Hilaritas, Voluptas animi. Od. Υ. (8.) Ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι. Et plur. εὐφροσύναι ap. Eund. (Ζ. 156.) Xen. quoque utitur hac voce, licet sit ποιητικωτέρα, et quidem non in singulari, sed in plurali etiam ipse: Κ. Π. 8, (1, 11.) Προπονεῖν ἐθέλων σὺν τῷ καλῷ τῶν εὐφροσυνῶν. Affertur ex Eod. (Ἀπολ. 8.) Ἔρημος εὐφροσυνῶν. Est vero Εὐφροσύνη et Nomen proprium unius e Gratiis, ap. Hesiod. Θ. [909. "Ad Dionys. H. 1, 287. ad Charit. 781. Musgr. Tro. 592. Apoll. Rh. 2, 1149. Gesner. Ind. in Orph. Ammon. 145. Valck. Diatr. 236. Conf. c. εὐφρόνη, Schleusn. ad Phot. p. 56." Schæf. Mss. "Hilaritas, Epulæ, Quint. Sm. 2, 111." Wakef. Mss. I. q. εὐφρόνη, Orph. H. in Noct. 5. Εὐφροσύνη τερπνή, * φιλοπάννυχε, μῆτερ ὀνείρων.] Item Εὐφρόσυνος, Lætitiam afferens s. Hilaritatem, E quo lætitia oritur: εὐφρόσυνον Dioscoridi dicitur Buglossum, pro quo Plin. dicit Animi voluptates augens; nam pro his Diosc. B verbis, 4, 128. de buglosso, Φύλλον ἔχει ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ, ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι, habet Plin. 25, 8. Buglossos, boum linguæ similis: cui præcipuum, quod in vinum dejecta, animi voluptates auget, et vocatur Emphrosynon. [" Ad Charit. 492. 781. Scolion 8." Schæf. Mss. * Εὐφροσύνως, Theogn. 764.] Ab illo εὔφρων est etiam VERB. Εὐφραίνω, ET Ἐϋφραίνω, Lætitia afficio s. Gaudio, Lætum reddo s. Hilarem, Exhilaro, Oblecto. Il. E. (688.) Εὐφρανέειν ἄλοχόν τε φίλην καὶ νήπιον υἱόν: H. (297.) Τρῶας ἐϋφρανέω καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. Aristoph. (Εἰρ. 763.) πόλλ' εὐφράνας. Xen. (Ἀπ. 2, 4, 6.) Εὖ πράττοντας πλεῖστα εὐφραίνων. At pass. vox Εὐφραίνομαι est Lætitia afficior, fruor, Lætitiam percipio, Lætor, Me oblecto. Utitur et hac passiva voce Hom. Od. B. (311.) item Xen. et alii. [Aristoph. A. 591. 'A. 5.] Reperitur eadem et additam habens præp. σύν. [" Εὐφραίνω, Wakef. Alc. 362. 800. S. Cr. 5, 66. 69. Brunck. Aj. 469. Abresch. Lectt. Aristæn. p. 11. Toup. Opusc. 2, 232. Ἐϋφρ. C Heyn. Hom. 5, 356. Εὐφραίνομαι, Ammon. 63. Valck. Anim. 106. De constr., ad Lucian. 1, 441. De augm., 652. Valck. Hipp. p. 255. Εὐφραμμένος, Tittm. ad Zonar. 1194, 65." Schæf. Mss. " Perf. pass. Ηὔφραμμαι, Suid. 2, 291." Wakef. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 211. "Εὐφραινομένοις ap. Eudociam p. 1. vox est nihili. Cod. recte præfert εὐφρανουμένοις in futuro." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.] " Εὐφρασία, Gaudium, " Lætitia. Aliis, Honestum gaudium," [Hes. v. Δαῖτος. Etym. G. v. Κοχλιάριον, Stob. Serm. 5. p. 155. Sch. " Zoroaster in Notit. Mss. T. 11. P. 2. p. 183." Boiss. Mss. " Melamp. 466." Wakef. Mss. " Chrys. Serm. 85. T. 6. p. 813, 21. Ἄρτος καὶ οἶνος τοῦ σώματός ἐστι τροφὴ καὶ εὐφρασία." Seager. Mss. * " Εὐφρανσία, quo utitur Schol. ad Lucian. 3, 396., Lexicis addi poterit, nisi illic scr. εὐφρασία: (cf. Lobeck. Phryn. 117.) Confidentius dico, * εὐφραντὸν Glossatoris Dorvilliani ad Aristoph. Πλ. 806., quo adjectivo item carent Lexica, mutandum esse in * εὐ- D φραντικόν. Solemnis est commutatio adjectivorum in ος et ικος. Vide Ind. Græcit. ad Greg. Cor. 992. et Schn. Lex. v. Ἐπίθετος." Schæf. ad Schol. Apoll. Rh. p. 236. " Εὔφραντος, Jucundus, Schol. Eur. Or. 221." Kall. Mss. Extant autem derivata * Ἀνεύφραντος, ap. Suid. v. Ἀηδὴς et Schol. Æsch. S. c. Th. 366. Item * Εὐφραντοποιὸς, Schol. Aristoph. Εἰρ. 519. * Εὐφραντέος, Theod. Hyrt. in Notit. Mss. 6, 14. * Εὐφραντὴρ, unde * " Εὐφραντήριον, Gaudium, Philo Cantic. Cant. 58. 174." Schleusner. Mss. " Exhilaratio, Lætitia, Amphil. p. 39." Kall. Mss. * " Εὐφραντὴς, Etym. M. 436, 3." Wakef. Mss. * Εὐφραντικὸς, Schol. Soph. Aj. 422. in Eur. Or. 211. (1054.) Athen. 608. " Athan. 1, 100." Kall. Mss. Εὐφραντικὴ, Gl. Genialis. * " Εὐφραντικῶς, Cum gaudio, Pseudo-Chrys. Hom. 27. T. 7. p. 324, 14. Πρὸς ἑαυτὸν εὐφρ. λογιζόμενος." Seager. Mss. * " Ἀνευφραίνομαι, Philo 894. sed forsan Ἐνευφραίνομαι leg." Kall. Mss.] " Ἀντεύφρασμα, τὸ, " Suidæ τὸ ἐναντίον τῇ εὐφροσύνῃ ἀγαθόν." [Bekk. Anecd. 407.] " Sonat tamen potius Gaudium s. Delectatio quæ vicissim accipitur, a v. Ἀντευφραίνομαι, Vicissim lætitia afficior, Vicissim delector." [" Ἀντευφραίνω, Greg. Nyss. 3, 642." Wakef. Mss. * Ἐνευφραίνομαι, Gaudeo, Lætor, LXX. Prov. 8, 31. Basil. 2, 429. " Euseb. Hist. Eccl. 428. 432." Kall. Mss. " Euseb. V. C. 1, 41. 47. 2, 34. in lege Constantini. * Ἐξευφραίνω, Hermes Pœmand. p. 10." Boiss. Mss. LXX. Ezech. 23, 41. * " Ἐπευφραίνω, Psell. in Cantic. Cant. 2, 3." Boiss. Mss. Basil. 3, 94. " Euseb. H. E. 56. 268." Kall. Mss. * Κατευφραίνω, Lucian. 2, 397. " Agapet. Sched. 38." Boiss. Mss. * Προευφραίνω, Ælian. H. A. 10, 19. Liban. 1. p. 157. " Philo J. 1, 272. P£ * Προσευφραίνω, 2, 260." Schleusn. Mss.] Συνευφραίνομαι, q. d. Collætor, Congaudeo. Cui contr. συλλυποῦμαι, συνανιῶμαι, συναλγῶ, ex J. Poll. ["Herodian. 2, 258." Wakef. Mss. * Ὑπερευφραίνω, Lucian. 2, 403. 753. " Liban. ap. Wolf. Anecd. Gr. 3, 299. Clem. Alex. 96. 747." Kall. Mss.] Ceterum illi εὐφροσύνη est oppositum NOM. Δυσφροσύνη, Animi ægritudo s. anxietas, Mœror, Sollicitudo. Hesiod. (Θ. 528.) καὶ ἐλύσατο δυσφροσυνάων, Liberavit solicitudinibus. [" Panyas. ap. Stob. Tit. 18, 22." Boiss. Mss. " Musgr. ad Hipp. 164." Schæf. Mss. " Simonides ap. Athen. 447. οἶνον ἀμύντορα δυσφροσυνάων." Schw. Mss.]

" Εὐφρόνη, ἡ, a veteribus dicta fuit ἡ νὺξ, Nox, " quod putarent multum πρὸς εὕρεσιν τῶν ζητουμένων καὶ σκέψιν conferre τὴν ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον, inquit Plut. περὶ Πολυπραγμοσύνης. Sic " idem Plut. Symp. 7, 9. tradit discessuros e convivio et cubitum se collaturos τῷ Ἑρμῇ πυμάτῳ σπένδειν, ὡς γοῦν παρόντι καὶ ἐπισκοποῦντι τῷ φρονιμωτάτῳ θεῷ. Quin vetustissimos Græcos ostendere " volentes ne Mercurio quidem indigere Bacchum, " ὡς αὐτὸν εὐβουλῇ, noctem propter ipsum appellasse εὐφρόνην: atque adeo ap. Plat. esse νυκτερινὸν " σύλλογον τῶν ἀρίστων καὶ πολιτικωτάτων ἀνδρῶν, " ἐφ' ὃν ἀναπέμπεται τὰ μέγιστα καὶ πλείστης ἄξια " φροντίδος. Inde procul dubio et Prov. Ἐν νυκτὶ " βουλὴ, In nocte consilium, Noctu consilium: de " quo vide Erasm., Adag. Et ap. Hom. Agamemnoni " dicitur, Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. " Legitur porro hoc εὐφρόνη non ap. Poëtas solum, " ut ap. Hesiod. μακραὶ γὰρ ἐπίῤῥοθοι εὐφρόναι εἰσὶ, " sed etiam in prosa, ut ap. Suid. Ταύτην μὲν τὴν " εὐφρόνην οὕτως ἔμειναν:" [Hippocr. 588, 42. Δύο ἡμέρας καὶ δύο εὐφρόνας.] " Hesychio vero εὐφρόνη " est non solum νὺξ, sed etiam εὐφροσύνη, Lætitia, " Hilaritas." [" Ad Mœr. 40. Toup. Opusc. 1, 138. 166. Wernsd. ad Plut. Quæst. 1. p. 25. Valck. Hipp. p. 204. Diatr. 12. 97. 124. Dawes. M. Cr. 312. Abresch. Æsch. 2, 132. Brunck. Aristoph. 2, 52. 230. ad Ammian. 1, 464. Markl. Iph. p. 17. Musgr. Hel. 1486." Schæf. Mss. Herod. 7, 12.] " Πανεύφρων, Cratinus dixit pro πάννυχος, Pernox, J. Poll. " (6, 163.) nam εὐφρόνη vocatur ἡ νὺξ, Nox." [* Εὐφρονίδης, Noctis filius, Epigr. in Anthol. Pal. 281. T. 2. p. 846., quod ex ipso lapide emendatius nuper descripsit Dubois, Catalogue d'Antiq. Egypt., Gr., Rom., et Celtiques, formant la Collection de Mr. le Cte. Choiseul Gouffier, Paris. 1818. 8°. p. 74. " Jacobs. Anth. 12, 298." Schæf. Mss. Inscr. Murat. 75. Pocock. Inscr. no. 18. p. 30.]

Θηλύφρων, Muliebri quadam mente præditus, Mollis et effeminatus, ex Aristoph. [Ἐκκλ. 110. * Ἰθύφρων, Apollin. Metaphr. 232.]

Κακόφρων, Cui mala mens est, malus est animus. Vel, Cui est mala mens, malus animus, ut loquitur Terent. Nisi malis, Cui malitiosa est mens, Malitiosus. Exp. per particip. φρονῶν, sc. ὁ κακὰ φρονῶν καὶ δόλους. In illo certe Epigr. in Ajacem, quod Eust. affert p. 285. pro δολόφρων ἀπάτα, memini me ap. alium quempiam legisse κακόφρων. Sed interdum κακόφρων dicitur Cui est mala mens et malevola adversus quempiam, Qui malevolo est animo adversus aliquem. Ὁ δὲ κακά τινι φρονέων, inquit Eust., καὶ κακόφρων συνθέτως λέγεται. Est autem Homeri quoque illud κακὰ φρονέων, sicut et κακὸν φρονέων. Cu-

jus posteros κακὰ φρονέων pro μωραίνων etiam dixisse testatur idem Schol. Secundum quos κακόφρων fortasse dici itidem poterit Cui stulta est mens. At in VV. LL. Insanus. [Athen. 163. "Ad Mœr. 66. Musgr. Iph. A. 391. Heyn. Hom. 6, 145. 147. 629." Schæf. Mss. Infestus, Æsch. Ag. 99. "Hæreticus, opp. ὀρθόδοξος, Suid. v. Λεόντιος. * Κακοφρόνως, Hæretico errore, v. Νεστόριος." Schleusn. Mss.] Κακοφροσύνη, in VV. LL. Temeritas, cum potius sit Stultitia; vel Stulta mens, sequendo illam postremam τοῦ κακόφρων exp. At sequendo præcedentes, fuerit κακοφροσύνη, Malitia mentis, Malitiosa mens, aut Mala. Item Malevola mens, Malevolentia. ["Lascaris." Schleusner. Mss. "Opp. 'A. 3, 363." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * "Κακοφρονέω, Flagitiosus sum, Schol. Eur. Or. 822." Kall. Mss. Æsch. Ag. 1183. * Κακοφρονίζω, Schleusn. Lex. V. T.]

Huic Κακόφρων est CONTR. Καλόφρων, quod ap. Hes. legitur inter expp. nominis εὔφρων: sed merito quis dubitet cui potissimum nominis κακόφρων significationi opponatur istud καλόφρων. Ego certe suspicor ibi sonare Benevolus, sicut κακόφρων interdum pro Malevolo poni dictum est. Parum autem usitatum esse hoc καλόφρων existimo.

Καρτερόφρων SIVE Κρατερόφρων, Cui mens est rigida s. dura, Rigidus, Asper, Ferox, Sævus. In VV. LL. Καρτερόφρων, Magnanimus, Constans, Durus, ex Hesiodo. In Iisd. Κρατερόφρων, Fortis, Magnanimus, Prudens, Truculentus, Durus: ex Hesiodo ("Εργ. 1, 146.) ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμὸν, Habebant durum ex adamante animum. Ex Eod. (Θ. 308.) τέκετο κρατερόφρονα τέκνα, Peperit violentos filios. Ita quidem illa: quibus assentior de hac ultima expositione, nec non in eo quod dicunt significare Durus, Truculentus. At ceteras non libenter admiserim, nisi testimonio aliquo comprobatas. A Bud. certe rectius exp. Rigidus, sicut et ipse exposui, item Præfractus, Acer, Durus, Violentus, nec non Immanis: quod certe magis mihi placet in hujus vocabuli expositione, quam illud Truculentus. Ego vero usus sum pro præfractis et iis qui obfirmato sunt animo, (quod hac in signif. legisse me meminissem,) in metaphrasi Psalmi 47. versibus Anacreonticis a me scripta, et edita in libellulo qui et aliorum quorundam Psalmorum paraphrasin talem habet. Ita enim noni versus, ut vocant, principium μετέφρασα, aut potius παρέφρασα: Κρατερόφρονες δυνάσται Πολίων ἔχοντες ἀρχὴν Κακοδαίμονας σεβουσῶν Ἱκέται θεῷ προσῆλθον κ. τ. λ.

[* Κενόφρων, Stultus, Æsch. Pr. 761. βουλευμάτων.] "Κενοφροσύνη, Vana mens, Vana et inanis "opinio mente concepta, Plut. Quæst. Plat." ["Jacobs. Anth. 11, 349." Schæf. Mss. * Κενοφρονέω, unde * Κενοφρόνημα, Epiph. 1, 630. * "Κενεόφρων, Theogn. 825. Wakef. Georg. 95." Schæf. Mss. Pind. N. 11, 38. Fr. Inc. 27. Plut. 6, 341. Clem. Alex. 60.]

Κοινόφρων, q. d. Communem cum alio mentem habens, i. e. Communem mentis voluntatem. In VV. LL. κοινόφρων σοι, Communiter sentiens tecum. ["Musgr. Iph. T. 1008. (Ion. 757.)" Schæf. Mss.]

[* Λυσίφρων, Epith. Lyæi s. Bacchi, Anacr. 27. p. 82. "Pierson. Veris. 231." Schæf. Mss.]

Μεγαλόφρων, Cui magnus est animus, Magnanimus, Qui animo est excelso, Cic. At Bud. reddit ex Eod. Celsus et erectus. Isocr. ad Nic. μεγαλόφρονας existimandos esse ait non τοὺς μείζω περιβαλλομένους, ὧν οἷοί τέ εἰσι κατασχεῖν, sed τοὺς μετρίων μὲν ἐφιεμένους, ἐργάζεσθαι δὲ δυναμένους οἷς ἂν ἐπιχειρῶσι. Plut. Alex. (12.) de quadam muliere, Πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ βαδίσεως ἐφάνη τις ἀξιωματικὴ καὶ μεγαλόφρων. ["Jacobs. Anth. 6, 128." Schæf. Mss.] Μεγαλοφρόνως, Cum quadam animi magnitudine, Excelso animo. In VV. LL. Magnifice, Largiter, ex J. Poll. [Xen. 'Ελλ. 4, 5, 6. Dio Cass. 749. Plato Euthyd. 293.] Μεγαλοφροσύνη, Magnitudo animi, Animus celsus et erectus, [Gl. Magnanimitas, M. Anton. 5, 18. Herod. 7, 136. Diod. S. 11. p. 264, 21. Philostr. 1, 34. Appian. B. C. 776.] At VERB. Μεγαλοφρονέω, quod poterat et inter compp. e φρονῶ locum habere, sonat quasi quis dicat Magnum sapio, et in vitio potius solet poni. Unde redditur etiam Superbio, Glorior. Sed pro Magnum sapio, sicut ὑψηλοφρονῶ ap. Paulum redditur Altum sapio. Latini dicunt Magnifice de me sentio. Xen. 'Ελλ. 6, (2, 27.) Μηδὲν μεγαλοφρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ. Item pass. Μεγαλοφρονοῦμαι, e Plat. de Rep. 7. p. (155.) Οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονούμενοι. [Dio Cass. 261. Polyb. 35, 3, 4. "Ad Charit. 84. 441. Boiss. Philostr. 484. Lobeck. Aj. p. 394." Schæf. Mss. Dionys. Antt. 8, 83. Hippocr. Πρεσβευτ. 1294. * Καταμεγαλοφρονέω, Clem. Alex. Pæd. 3. p. 274, 28. Str. 3. p. 538, 17.; 558, 11.; 575, 18.] Ceterum habetur ETIAM Μεγαλοφρονὴς, in VV. LL. et quidem expositum Superbus.

ITEM Μεγάφρων ap. Poëtas i. q. μεγαλόφρων. Sed μεγάφρων teste Hes. est etiam μεγάλως ἄφρων: is enim μεγάφρονες exponens, esse dicit μεγαλόφρονες, vel μεγάλως ἄφρονες. Quæ exp. non video quomodo stare possit, nisi μεγάφρονες, quod ita exponemus, imaginemur e μέγ' ἄφρονες esse compositum: nec dubito quin is qui hac in signif. usus est, quicunque ille sit, jocari ex ambiguitate voluerit. ["Lobeck. Aj. p. 394." Schæf. Mss.] "Affertur et "VERB. Μεγαφρονέω, pro Nimis magnos spiritus "sumo s. animos, Insolesco, Nimis magnifice de "me sentio, quod potius citra compositionem μέγα "φρονῶ dicitur." ["Valck. Anim. ad Ammon. 143. ad Xen. Eph. 216." Schæf. Mss. "M. Anton. 10, 10." Kall. Mss.]

Μειόφρων, Mente diminutus, Levis, Stultus, VV. LL. non aliunde, ut opinor, quam ex his verbis Hesychii, Μειόφρων, ἐλαφρὸς, καὶ ἐλάττων φρενῶν, παράμωρος. Sed hic, ut cetera omittam, observandum scribi non μωρὸς, sed παράμωρος. Suspicor autem in hac VOCE Παράμωρος præp. παρὰ quandam significationis diminutionem, ut ita dicam, ostendere.

Μελεόφρων, Cui misera est mens, miser animus s. infelix. Sed ut Poëtica est vox ista μελεόφρων, ita Poëtico loquendi genere ad ejus interpretationem utendum censeo, sc. Infelix animi: quod Virg. inter alios usurpavit. In VV. LL. ex Eur. (Iph. T. 854.) affertur pro Misera cogitans.

[* Μονόφρων, Singularis sententiæ, Æsch. Ag. 766. Δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί. * "Μωρόφρων, Stulte sapiens, Manetho 4, 283." Schleusn. Mss.]

[* "Νεόφρων, Qui sapit ut puer, Insipiens, Stultus, Panyasis Stobæi Tit. 18, 22." Boiss. Mss. Anal. 3, 328.]

[* Οἰόφρων, Solitarius, Æsch. Suppl. 802. πέτρα: vide nott.]

'Ολιγόφρων, Pusillanimis; μικρόψυχος, Hes. At VV. LL. e Plut. (8, 8.) afferunt τὸ ὀλιγόφρον, tanquam ebrietatis epith., pro Sine cura, Oscitabundum. Quod certe hac in signif. plane mihi suspectum est.

'Ολοόφρων, Cui mens est perniciosa, animus est perniciosus. I. e. Qui mente agitat s. versat quæ perniciosa sunt aliis, Qui perniciem s. exitium alicui machinatur. Ut sc. non aliud sit ὀλοόφρων quam ὀλοὰ φρονῶν: sicut Hes. quoque ὀλοόφρονος exp. ὀλέθρια φρονοῦντος. Sed ὀλοόφρων leo est simpliciter pro ὀλοὸς, ut docet Eust., quem consule et de ὀλοόφρων aspirato. [Od. A. 52. Λ. 321. "Jacobs. Anth. 6, 408. Heyn. Hom. 4, 380. * 'Ολοιόφρων, ad Herod. 420." Schæf. Mss.]

[* 'Ομοιόφρων, Athan. 2, 559=244.] 'Ομόφρων, Qui ejusd. est animi, Cujus animo eadem sententia sedet, Concors, [Pind. 'O. 7, 10. Aristoph. "Ορν. 632. * 'Ομοφρόνως, Const. Apost. 3, 19.] 'Ομοφροσύνη, ἡ, Concordia. Od. Z. (181.) "Ανδρα τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν. Fortassis autem ὁμόφρων reddi queat uno verbo Unanimis, et ὁμοφροσύνη, Unanimitas: nisi cui significantiora hæc esse videantur. ["Jacobs. Anth. 11, 116." Schæf. Mss.]

[* Παλαιόφρων, Æsch. Eum. 874. Suppl. 601. "Abresch. 2, 102. 114. Wakef. Eum. 841." * Παλίμφρων, Lycophr. 1349., ubi v. Tzetz.]

Παράφρων, i. q. ἄφρων, Amens, Demens, [Plut. Pomp. 72. "Theod. Prodr. Rhod. 126." Boiss. Mss. "Valck. Hipp. p. 188." Schæf. Mss. Soph. El. 472. * Παραφρόνως, Athan. 2, 416. "Diogenian. 1, 41." Boiss. Mss. "Lobeck. Aj. p. 266." Schæf. Mss.] Παραφροσύνη, ἡ, Amentia, Dementia, Delirium. Plut. (8, 573.) Ὁ γὰρ ἐμποιεῖ τοῖς πιοῦσι πάθος, οὐ μέθην ἄν τις εἴποι, ταραχὴν δὲ καὶ παραφροσύνην, οἷον κύαμος ἐμποιεῖ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, κινοῦντα μανικῶς τὴν διάνοιαν: (Romulo 21.) E Plat. Epist. 7. Νόσῳ παραφροσύνης ἔχεσθαι: [Idem Soph. 15.]

Περίφρων, Prudens, Sapiens. Vel potius, Valde prudens, sapiens, utpote quod exponatur * περισσόφρων: item περιὼν τῶν ἄλλων κατὰ τὸ φρονεῖν. Apud Hom. non semel, περίφρων Πηνελόπεια. [" Nicet. Ann. sæpe." Kall. Mss. Æsch. Suppl. 765. Schol. ὑπέρφρων. * Περιφροσύνη, Coluth. 194. "Eldik. Specim. Suspic. p. 51." Schæf. Mss.]

Πινυτόφρων, Cui est πινυτὴ φρὴν, i. e. Mens prudens, [" Jacobs. Exerc. 2, 172." Schæf. Mss. Simmias Ep. 2. εὐμαθίῃ. "Nonn. Jo. 10, 103." Wakef. Mss.]

Ποικιλόφρων, Cui mens est versuta et callida. Tale est ποικιλόβουλος, item ποικιλόμητις, et alia. [" Athen. 258." Wakef. Mss. * Ποικιλοφρονέω, Schol. Bourd. Aristoph. Θ. 441.]

Πολύφρων, Cui multum est mentis, i. e. prudentiæ: Ὀδυσῆα πολύφρονα, Hom. [Il. Σ. 108. Φ. 367. Od. Θ. 297. Ξ. 424.] Πολυφροσύνη, Discretio, [Theogn. 712. Herod. 2, 121.]

Πρόφρων, Cujus mens propensa est erga aliquem, Faciens aliquid propenso erga quempiam animo. Redditur alioqui uno verbo Propensus, Benevolus. Sæpe autem Lubens. Od. Ξ. (406.) πρόφρων Κρονίωνα λιτοίμην. Et πρόφρονι θυμῷ (Il. Θ. 39.) Promto animo. Idem autem est usus præpositionis πρὸ hac in voce, qui in πρόθυμος. [" Jacobs. Anth. 6, 198. 309. Brunck. Apoll. Rh. 151. Heyn. Hom. 4, 59. 5, 416. 420. 6, 534. Il. Ω. 140. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 18. Toup. Opusc. 2, 120. Ernest. ad Il. Θ. 23. X. 183." Schæf. Mss.] Hinc ADV. Προφρονέως ap. eund. Poëtam, Promto animo s. Propenso, Lubenter. [" Il. E. 810. 816." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 2, 802. 3, 1188. * Προφρόνως, Pind. Π. 2, 28. N. 1, 50. Æsch. Ag. 181. Choëph. 476. Eum. 930. 972. Suppl. 1.] AT VERO Πρόφρασσα femin. formationem habet inter Gramm. controversam, significans alioqui itidem Propensa, Benevola, Lubens: Od. K. (386.) Ἀλλ' εἰ δὴ πρόφρασσα πιεῖν φαγέμεν τε κελεύεις. Ubi exp. etiam τὰ ὑπέρ τινος φραζομένη, sequendo aliam derivationem. [" Heyn. Hom. 6, 62. ad Od. N. 391." Schæf. Mss. Il. K. 290. Φ. 500. Od. E. 161. Lobeck. Phryn. 523.] " Πρόφασσα, Hes. πρόθυμος, προνοηθεῖσα, pro quo leg. πρόφρασσα."

Ῥηξίφρων, Qui animum alicujus fregit et contudit, ferociam alicujus contudit s. repressit. Videndum tamen an alia aptior interpr. colligi possit e verbis Hesychii ῥηξίφρονα exponentis καταβαλόντα τὴν φρένα. Sed perperam ap. eum legi existimo ῥηξήφρονα cum η utrobique.

Σύμφρων, Qui eadem est mente qua alius, Concors, Consentiens. Plato Epist. 7. Οὐδὲν θαυμαστὸν εἴ τις θεῶν καὶ τοῦτον εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ πολιτείας ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφρονα ποιήσειε. [* " Συμφρόνως βιοῦν τὸν χρόνον, Eadem pietate ætatem traducere, Method. 380." Kall. Mss.] UNDE Συμφροσύνη, Concordia, Consensus, Conspiratio. Appian. B. C. 2. (p. 192.) de Crasso, Pompeio et Cæsare, Καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς Βάῤῥων ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν ἐπέγραψε Τρικάρανον. [* Συμφρονίζω, i. q. σωφρονίζω, Joseph. A. J. 1, 4, 3. Schneidero susp.]

Σώφρων, ET Σαόφρων, Poëtice, q. d. Cui mens salva est et incolumis. Quod certe de ea demum dici potest, quæ est sana. Unde fit ut σώφρων prima, ut ego quidem arbitror, significatione sit Qui sanæ est mentis, Compos mentis. Quare ei opp. ἄφρων ap. Xen. K. Π. 3, (1, 9.) p. 39. meæ Ed. Sic vero σωφρονῶν et μανεὶς a Plat. opp. Sed interdum σώφρων non simpliciter redditur Qui sanæ est mentis, sed et Qui est mente prudenti, Prudens;

A atque ita exp. ap. Hom. σαόφρων, Od. Δ. 158. nec non Il. Φ. 468. Itidem certe ap. Thuc. (1, 37.) legimus σῶφρον Prudentiæ signif. habens. Et alicubi σωφρονέστερον εἴη, id sonat, ni fallor, quod Gallice diceremus Ce seroit fait plus sagement. Idem alioqui de moderato homine usurpans, ei præfigit ξυνετὸς, 1, (79.) de Archidamo. Sic certe et ap. alios passim σώφρων est Moderatus, Temperans, quibus verbis a Cic. reddi docebit te meum Cic. Lex. 41. 168. Demosth. et Æschines (78.) σώφρονα εἶναι et μέτριον conjunxerunt. Isocr. autem σώφρονα εἶναι et κοσμίως ζῆν pro eod. dixit. Alicubi certe non aliud est σώφρων quam μέτριος, vel κοσμίως ζῶν: unde fit ut reddatur etiam Modestus, Honestus; nec non Vir frugi; item Bene moratus, Probus: ut videmus Sophoclem σώφρονας opposuisse τοῖς κακοῖς, (Aj. 132.) τοὺς δὲ σώφρονας Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. A Xen. (Ἀπ. 4, 3, 1.) dicitur etiam aliquis σώφρων περὶ τοὺς θεούς. De muliere dictum, Castam s. Pudicam ut plurimum significat, ut cum dixit Eur.
B (Bacch. 317.) κἀν βακχεύμασιν Οὖσ' ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Sed de viro dictum reddi alicubi potest itidem Castus, Pudicus, aut etiam Continens: quod tamen paulo latius patet. Ceterum et de rebus usurpatur hoc vocab.; nam σώφρονα ἔργα dixit Aristoph. (Ὄρν. 1433.) ubi redditur Honesta. Æschines (89.) σώφρων τρόπος, pro Moribus probis. E Plat. autem Epist. 7. affertur Τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν μιμεῖσθαι, ubi fortassis et Frugalem possit quis interpretari. De etymo autem hujus vocis dicam in Σωφροσύνη. Σώφρων est etiam Nomen proprium Comici, item alius qui mimos scripsit. Vide Suid. [" Ad Phalar. 260. Abresch. Æsch. 2, 35. Boiss. Philostr. 384. 603. Heind. ad Plat. Gorg. 151. Brunck. ad Eur. Hipp. p. 360. Musgr. ad v. 1034. Valck. Phœn. p. 209. Ammon. 110. ad Herod. 516. Σαόφρων, Theogn. 41." Schæf. Mss. " Σώφρων, Pudicus, Castus, Suid. v. Ἄνω ποταμῶν, ubi τῷ πόρνῳ opponitur." Schleusner. Mss. Σῶφρον, τὸ, opp. τῆς ἡδονῆς, Theano Ep. 1. Σωφρονέστερος, Philostr. V. S.
C 2. p. 601. ῥυθμοί. * Ἀσώφρων, unde adv. * " Ἀσωφρόνως, T. H. ad Plutum p. 171. * Ἀσωφρονέω, (verbum nihili,) Valck. Phœn. p. 144. Heyn. Hom. 7, 5." Schæf. Mss.] " Περισώφρων, Admodum temperans, περισσῶς σώφρων, Æsch.:" [cf. Pr. 328., ubi Edd. Ald. et Rob. περισσώφρων habent, cum lectio recepta sit * περισσόφρων. * Περισωφροσύνη, Themist. Or. 1. p. 37. corrigente Toupio ad Hesych. P. iv. * " Φιλοσώφρων, Andr. Cr. 288." Kall. Mss. Etym. M. " Const. Manass. Chron. p. 58. * Φιλοσωφροσύνη, Hasius ad Leon. Diac. 245." Boiss. Mss.]

Σωφρόνως, adv. Sana mente, Prudenter. Thuc. Εἰ σ. τις αὐτὸν ἐκλογίζοιτο. Apud Plat. de Rep. 1. σ. ἀπαιτεῖν redditur Sana mente repetere. At hæc Ejusd. verba, l. 9. ejusd. operis, Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὐτοῦ καὶ σ., καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, Cic. ita vertit, At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. Tale est σωφρόνως ζῆν, ap. Athen., relatum ad victum. At σωφρόνως φέρειν ap. Xen. (K. Π. 8, 4, 7.) ut Latine Moderate
D ferre. Alicubi σωφρόνως est potius Modeste. Herodian. κοσμίως et σωφρόνως copulavit, (5, 8, 3.) Καὶ ἐλπίδας κρείττους (εἶχον) ἐν παιδὶ κοσμίως καὶ σ. ανατρεφομένῳ, Spemque meliorem habebant in puero modeste et continenter educato, Polit. Apud Soph. autem (Aj. 1075.) σωφρόνως ἄρχεσθαι exp. εὐτάκτως. Interdum σωφρόνως redditur Caste, Pudice: quæ sub illo adverbio Continenter, ut generaliorem habente signif., comprehendi possunt. [" Boiss. Philostr. 511. 603." Schæf. Mss. " Σ. ἔχειν dicitur mare tranquillum ap. Philen p. 280." Schleusner. Mss. * " Σωφρονεστέρως, Markl. Iph. p. 55." Schæf. Mss.]

Σωφροσύνη, ἡ, Sanitas mentis, Sana mens, ut ap. Xen., opponentem ei μανίαν: (Ἀπ. 1, 1, 16.) Τί δίκαιον; τί ἄδικον; τί σωφροσύνη; τί μανία; Interdum σωφροσύνη est etiam Prudentia: unde ap. Thuc. (8, 64.) σωφροσύνην λαβόντες exp. εὐβουλότεροι γενόμενοι. Sæpe autem σωφροσύνη est Moderatio, Temperantia, etiam Modestia: quæ tres interprr. sunt

etiam Ciceronis, ut videbis in meo Cic. Lex. Redditur item Continentia: quo vocabulo, vel certe altero illo Temperantia, possumus interpretari cum alibi, tum ap. Aristot. Rhet. 1. ubi dicit *σωφροσύνην* esse virtutem *δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει*: eique opponi *ἀκολασίαν*. Redditur et Frugalitas, ut dixi *σώφρονα* alicubi significare eum, quem Lat. vocant Hominem frugi. Alicubi et Castitas s. Pudicitia redditur, quæ ad illam Continentiæ signif. pertinent. *Σωφροσύνην* Bud. pro Vita emendata et casta affert ex Æschine (52.) *Ὅτι τῆς σωφροσύνης παράκλησιν διὰ τῆς περὶ Τίμαρχον κρίσεως ἀειμνήστως παρακέκληκα.* Ceterum quod ad etymum vocis hujus *σωφροσύνη* attinet, (si tamen ullum quæri debet,) sciendum est, Aristot. Eth. 6, 5. tradere, *σωφροσύνην* esse dictam quasi *σώζουσαν τὴν φρόνησιν*: sed hoc plane repugnat analogiæ, ut ita dicam, quæ in derivationibus servanda est; cum enim *σώφρων* prius esse quam *σωφροσύνη*, ut *ἄφρων* quam *ἀφροσύνη*, et *εὔφρων* quam *εὐφροσύνη*, etc. et ex illo *σώφρων* esse factum *σωφροσύνη*, negare nemo possit: certe nominis *σώφρων*, non hujus *σωφροσύνη*, investiganda etymologia fuerit. Cur autem potius in hoc *σώφρων*, quam in *ἄφρων*, et *εὔφρων*, totque aliis, *φρόνησιν* ac non *φρένα* includi dicemus? cum e *φρὴν* factum esse *φρονῶ*, (e quo *φρόνησις*,) ac non contra, extra omnem controversiam positum sit? Dico igitur, *σώφρων* esse dictum quasi *σῶς τὴν φρένα*: et *σαόφρων* Poeticum, esse itidem *σάος τὴν φρένα*: quæ etymologia cum nihil habet præposteri, sed pulcre derivationis analogiam servat, tum vero optime cum prima et propria vocis hujus signif. convenit, de qua suo loco dictum a me fuit: sc. ubi de *σώφρων* agere cœpi. [" Heind. ad Plat. Charm. 87. Xen. Mem. 1, 2, 19. inprimis 1, 2, 23. ad 3, 9, 4. Zeun. Ind. ad K. Π., ad Lucian. 1, 190. Ammon. 110. Bergler. ad Alciphr. 331. Musgr. Bacch. 314." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 2, 378.]

Ut autem dicitur *σαόφρων* a Poëtis pro *σώφρων*, sic ETIAM *Σαοφροσύνη* pro *σωφροσύνη* ab illis usurpari sciendum est. Atque ut *σαόφρων* pro Prudente ab Hom. accipitur, sic et *σαοφροσύνη* pro Prudentia, aut certe Mente sana, præsertim ubi dicit (Od. Ψ. 13.) *Καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν.* In Epigr. est Continentia, Pudicitia, Castitas, *Ἱππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη.* [" Jacobs. Anth. 6, 100. 12, 136. Valck. Præf. ad Hipp. p. xxi. Diatr. 236. Toup. Opusc. 1, 388. Wakef. S. Cr. 3, 126." Schæf. Mss. " Plur., Quint. Sm. 13, 180." Wakef. Mss.]

Σωφρονέω, Sum sanæ mentis, Sum compos mentis, ut cum a Plat. de Rep. 1. *σωφρονῶν* et *μανεὶς* opponuntur. Interdum et pro Prudens sum, Prudenter me gero. Æschin. (88.) *Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς τριακόσια τάλαντα κατέπεμψε τῷ δήμῳ, ἃ σωφρονῶν οὐκ ἐδέξατο.* Apud Eund. *ἐὰν σωφρονῇς* videtur esse quod Lat. dicunt Si sapias, (ibid.) *Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀναισχύντου πραγματείας, ἐὰν σωφρονῇς, ἀποστήσῃ.* Bud. tamen videtur existimasse, verbum *σωφρονεῖν* his in ll. inclusam simul habere Modestiæ signif. Eos enim profert postquam dixit *σωφρονῶ* significare, Sum prudens, modestus, Prudenter ago et modeste. Quibus adjungit e Cic. Modice fero. Ibid. vero affert et locum Pauli ad Rom. 12, 3. *Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.* Sed h. l. tanquam in exemplum prioris illius signif. affert, qua ponitur pro Prudentem esse, cum contra de modestia potius dici existimem: ut perinde sit ac si dixisset Apostolus, Sed ita sapere ut interim modestia servetur: vel, Sed ita ut unumquemque suum illud sapere ad modestiam adducat; vel, modestum reddat. Facile autem crediderim illum ad stultas quæstiones respexisse, quarum alibi non semel meminit: vocans *μωρὰς ζητήσεις*, item *ἀπαιδεύτους*: qui enim adeo sibi in sua sapientia placet, ut ad eas usque progredi velit, ille dici potest minime *φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν*, et quasi quis dicat non *φρονεῖν σωφρόνως*. Ceterum *σωφρονεῖν* et in plerisque vett. Scriptorum ll. poni constat pro Modestia uti, Modestiam adhibere, Modeste se gerere, etiam Modestum esse, Esse moderatum, Temperantem esse, aut Continentem, Moderate se gerere, Temperanter se gerere, Temperantia uti. Peculiarius etiam exp. in VV. LL. Temperare ab inferenda injuria; sed absque exemplo. Possit autem fortassis afferri e Xen. ubi *σωφρονεῖν* opp. *τῷ ὑβρίζειν*, K. Π. 8, (1, 11.) *Ὅταν γὰρ ὁρῶσιν, ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα.* In iisd. *σωφρονῶ πρός σε*, ex hoc ipso Scriptore pro Modestia utor erga te, Modestus sum erga te. At *σωφρονεῖν περὶ τοὺς θεοὺς*, quod ex Eod. (K. 'A. 7, 7, 18.) afferunt pro Sane sentire de diis, ad primam potius signif. pertineret. Item ex Eur. (Iph. A. 1159.) *εἰς Ἀφροδίτην σωφρονῶ*, pro Sum casta. Sic autem vacarent hæc verba *εἰς Ἀφροδίτην*, cum *σωφρονῶ* per se significare possit Sum casta s. castus, pudica vel pudicus: unde etiam videmus *σωφρονεῖν* et *ἀκολασταίνειν* inter se opponi ab Aristot. Rhet. 2. || Passiva quoque voce, sed impersonaliter, dicitur *Σεσωφρόνηται*, sicut *βεβίωται*, uti tradit Bud. afferens tamen duntaxat exemplum PARTICIP. *Σεσωφρονημένα* ex Æschine (28.) *Καὶ τῶν σεσωφρονημένων ἐν τῷ βίῳ χάριν ἀπειληφέναι νομίζω*, Et vitæ temperanter actæ gratiam accepisse mihi videor, ut ille vertit. Alioqui ad verbum, Eorum quæ temperanter acta fuerunt, in quibus exhibita fuit a me temperantia, temperantiæ editum a me exemplum fuit. [" Ad Phalar. 332. Thom. M. 628. ad Charit. 611. Markl. Iph. p. 115. Musgr. Tro. 350. Hipp. 1034. Bacch. 314. Brunck. p. 399. Hipp. p. 360. Aj. 586. Valck. Hipp. p. 274. Act. Traj. 1, 93. Bergler. ad Alciphr. 211. *Φρονεῖν σώφρονα*, Brunck. Soph. 3, 390. *Σωφρονῶ* et *σωφρονίζω* conf., Schneid. ad Xen. Œc. p. 9." Schæf. Mss. Opp. *ἐκστῆναι* et *σωφρονεῖν*, 2 Cor. 5, 13.] " *Σαοφρονέω*, i. q. *σωφρονῶ*." [" Opp. 'A. 3, 446." Wakef. Mss.] *Σωφρονούντως*, adv. Prudenter se gerendo, Utendo prudentia, Modeste se gerendo, s. Moderate, etc. sequendo signiff. datas ipsi verbo. Potest vero reddi simpliciter etiam, Prudenter, Modeste, Moderate, etc. quemadmodum Bud. e Cic. vertit Modice. Videtur certe Modice poni pro *σωφρονούντως* s. *σωφρόνως*, in hoc Livii loco, Libertate modice utantur: temperatam eam salubrem esse. Sed adv. Moderate non minus hic locum habet. [* *Σωφρόνημα, τὸ*, Continentiæ argumentum, Xen. 'Aγ. 5, 4. * " *Σωφρονητέον*, Lucian. 2, 58. 65." Schæf. Mss. " Synes. Dione p. 49." Kall. Mss. * *Σωφρονητικὸς*, Xen. 'Aπ. 3, 10, 5. *τὸ σ.*, Modestia, Castitas. * *Περισωφρονέω*, Hes. v. *Περιφρονεῖς.* * *Συσσωφρονέω*, Una temperans et prudens sum, Plut. 6, 236. Athen. 695. Eur. Iph. A. 407. " Markl. Iph. p. 60. Jacobs. Anth. 6, 305. Valck. Phœn. p. 146." Schæf. Mss.]

Σωφρονικὸς, Qui natura comparatus est ad temperantiam, Cui natura est ad temperantiam comparata. Ita enim malo quam ut quidam interpr. ap. Aristot. sc. Ad temperantiam natus. Apud Eund. Eth. 6, 13. *δίκαιοι* et *σωφρονικοὶ* et *ἀνδρεῖοι* redditur, Ad justitiam, temperantiam, fortitudinem apti atque habiles. Habet certe *σωφρονικὸς* quandam *ἕξεως* signif.: eoque duntaxat a *σώφρων* differre puto. Nec dubito quin alicubi reddi etiam possit Temperantiæ deditus; aut Temperantiam amans; vel Temperantiæ cultor. Idem Aristot. de senibus loquens, Rhet. 2. *Διὸ σωφρονικοὶ φαίνονται οἱ τηλικοῦτοι.* Sed interdum Moderationis potius aut Modestiæ signif. habet, veluti cum Xen. ('Aπ. 1, 3, 9.) *τοὺς θρασεῖς* opp. *τοῖς σωφρονικοῖς*. Apud Lucian. autem (1, 170.) *σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν* esse videtur Qui modestiam præ se fert amictu. Fortasse tamen et Temperantiam hic dicere possimus, aut etiam Frugalitatem. Bud. ab Athen. usurpari tradit pro Admodum temperato. Hinc ADV. *Σωφρονικῶς*, Ut decet eum qui est *σωφρονικός*. At Suidas exp., *μετὰ λογισμοῦ καὶ σκέψεως*, item *οὐκ ἀνοήτως, οὐδὲ ἐκ προχείρου.*

Σωφρονίζω, Ad sanam mentem reduco, Facio ut quis sapiat; sicut etiam Gallice dicimus ei, quem nos castigaturos esse minamur, Je vous ferai devenir sage. Vel, Moderatum reddo, s. Modestum, aut etiam Temperantem: sequendo signiff. nominis *σώφρων*: nam *σωφρονίζω* est *σώφρονα ποιῶ*. Interdum

tamen redditur etiam Castigo, Emendo. Herodian. 3, (10, 10.) Ἠγάγετό τε αὐτῷ γυναῖκα, γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. In aliis Ejusd. ll. Polit. vertit, vel Ad modestiam componere, vel Reprimere spiritus, vel Emendare. Bud. e Pand. affert σωφρονίζω pro Coërceo, ut magistratus imperium habens. Quæ interpr. possit et huic Xen. convenire loco, K. Π. 8, (6, 8.) Ἢν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει. || Pass. Σωφρονίζομαι, itidem Ad sanam mentem reducor, Moderatus reddor s. Modestus, etc. Bud. e Plut. (6, 325.) affert ejus PARTICIP. Σεσωφρονισμένος pro Moderatus, Sobrius, Emendatus. Suid. σωφρονισθέντας exp. ταπεινωθέντας in quodam l. quem citat, Auctorem non nominans: Τοὺς δὲ ἀπειρηκότας, καὶ ταῖς ἔναγχος ἥτταις σωφρονισθέντας. At Hesychii expositio, qua dicit σωφρονίζεται esse σεμνύνεται, mendi merito suspecta fuerit. [" Ad Charit. 611. Musgr. Tro. 350. Jacobs. Anth. 9, 333. Diod. S. 2, 528. Valck. Diatr. 65. Act. Traj. 1, 93. Bergler. ad Alciphr. 211. ad Xen. Œc. 1, 23. Sophronem imitor, Valck. Adoniaz. p. 328." Schæf. Mss. Σωφρονιζόμενοι ἵπποι, Equi domiti, Plut. 8, 542. * Σεσωφρονισμένως, Æsch. Suppl. 732.] Σωφρονισμὸς, ὁ, Castigatio, Emendatio, [Plut. 6, 47. 8, 591. 10, 10. Liban. Or. Defens. p. 4., quam e Cod. Bav. Reiskii uxor post mariti obitum Lipsiæ 1775. vulgavit. Appian. Pun. 65. J. Poll. 3, 100. 9, 140. Himer. Ecl. 37, 7. Or. 2, 31. " Æsop. Fab. 38. p. 169. Genev. 1628." Seager. Mss.] Pro qua signif. affertur ETIAM Σωφρόνισμα, τὸ, e Greg. Naz. Sed puto esse potius Id quo quis castigatur, Quod adhibetur ad castigandum: q. d. Castigamentum. [Æsch. Suppl. 1005. * Σωφρόνισις, Appian. 1, 44.] A tertia autem persona σεσωφρόνισται, factum est NOMEN Σωφρονιστὴς, ὁ, Castigator, Emendator. Thuc. 6, (87.) Μήθ' ὡς δικασταὶ, μήθ' ὡς σωφρονισταὶ, ἀποτρέπειν πειρᾶσθε. Apud Eund. 3, (65.) Σωφρονισταὶ τῆς γνώμης. Plut. Σωφρονισταὶ τῶν πόλεων copulat cum ἁρμοσταί. Sic Etym. Magistratus quosdam σωφρονιστὰς dictos esse tradit: tunc autem reddendum potius fuerit Moderatores. Cum vero dicit Dionys. Areop. Οἱ σωφρονισταὶ τῶν πλημμελούντων, verti debet Castigatores, Emendatores: sequendo interpr., de qua initio dictum fuit. Alicubi certe σωφρονισταὶ videtur etiam posse reddi Censores. [Plut. Lyc. 30. " Dionys. H. 1, 287. Toup. Opusc. 1, 533. ad Herod. 456." Schæf. Mss. " Dio Chrys. 1, 90." Wakef. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. Σωφρονισταὶ, * Ὑποσωφρονισταὶ, Inscr. Chandleri P. ii. no. 58. 60. Schn. Lex. v. Κοσμήτης.] AT VERO Σωφρονιστῆρες dicuntur Genuini dentes, qui et κραντῆρες. Existimaturque illa σωφρονιστήρων appellatio a Cleanthe manasse, qui dentes illos ita vocarit, quod omnium extremi nascantur, circa vigesimum annum: nimirum κατὰ τὴν τοῦ σωφρονεῖν ὥραν, inquit Etym. Erunt igitur σωφρονιστῆρες dicti quasi Secum adducentes τὴν σωφροσύνην. [Hippocr. 252, 29. " Σωφρονιστὴρ, Custos et magister morum, Suid v. Ἀοιδὸς, coll. Athen. 1, 24." Schleusner. Mss. " Barnes. et Musgr. ad Eur. Herc. F. 1004. * Σωφρονιστήριος, Const. Manass. Chron. p. 105. Meurs. (=56.)" Schæf. Mss.] ITEM Σωφρονιστὺς, ύος, ἡ, Castigatio, Emendatio, Plato [de LL. 2. p. 933.] NEC NON Σωφρονιστήριον, τὸ, Carcer ad emendationem morum, ap. Eund. [Valck. Schol. in N. T. 2, 189. [* Σωφρονιστὸς, unde] Ἀσωφρόνιστος, ὁ, ἡ, Non castigatus, emendatus. Activa autem signif. dictum pro Qui non emendat s. corrigit, Bud. affert e Greg. Naz. Ὁμοίως γάρ ἐστι κακὸν καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος. [* Σωφρονιστικὸς, Eust. Il. A. p. 103, 52=137, 37. * Διασωφρονίζω, Synes. 28.]

SUPEREST Σωφρόνη, quod fuisse Daphnes puellæ cognomentum traditur ab Aphthonio, in progymnasmate quod inscribitur Κατασκευὴ ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ Δάφνην: sed mendo non carere videntur ejus verba huc pertinentia, quæ ibi vide. [Bast. Ep. Cr. 219 = Lettre 179. * Σωφρονίσκος, ad Greg. Cor. 291.]

Ὑπέρφρων, (q. d. Cujus mens modum superat,
A Qui mente modum superat, i. e. Cujus mens supra modum de se sentit,) Superbus, Arrogans. Soph. (Aj. 1236.) Ποῖον κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα; Apud Thuc. 2, (62.) τὸ ὑπέρφρον redditur Superior animi magnitudo, vel major. Vulgo, Altitudo mentis. [" Boiss. Philostr. 500. Thom. M. 869." Schæf. Mss. " Heliod. 167." Wakef. Mss.] Hinc ADV. Ὑπερφρόνως, Superbe, Arroganter. J. Poll. τραχύτερον hoc adv. esse censet, sicut et ὑψηλοφρόνως. Utitur tamen eo quidam ἀνώνυμος ap. Suid. [* Ὑπερφροσύνη, Fastus, Superbia, Plut. 6, 68. Contemtus, Crasso 21.] Item VERB. Ὑπερφρονέω, Supra modum de me sentio, Insolesco, ap. Bud. Paul. ad Rom. 12, (3.) Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Sed alii non male interpr. Ne sapiat supra quam oportet sapere. Idem certe ὑπερφρονοῦντες existimavit sonare Plus sapientes, ap. Æschin. (19.) Ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι, ὡς ὑπερφρονοῦντες ἱστορίᾳ τὸν δῆμον. Solet alioqui hoc
B verbum poni pro Contemno, Despicio; et quidem vel accusativo junctum, vel etiam gen. Thuc. (3, 39.) Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. Eand. constr. dedit huic verbo Plut. Αὐτόν τε τὸν Πομπήϊον ὑπερφρονῶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Idem alioqui huic ipsi aliam constr. dedit alicubi, sc. cum gen., ut in Apophth. Lac. Δόξης ὑπερφρονῶσι. Aristoph. quoque utraque constr. est usus N. (226.) dicens τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς: item (1402.) τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν. Lucian. cum gen. (1, 509.) Τῶν ἄλλων ὑπερφρονοῦντες. [" Thom. M. 810. 870. Jacobs. Anim. 277. Luzac. Exerc. 77. Kuster. Aristoph. 55." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1031. Hippocr. Epist. p. 1279. * Ὑπερφρόνησις, Plut. 238. * Ἀνθυπερφρονέω, Suet. V. Horat. §. 8. * " Καθυπερφρονέω, Acta Jun. Bacchi p. 75. Combef." Boiss. Mss. * Παννπέρφρων, Orph. in Nem. 11.]

Φιλόφρων, Cui mens est benevola erga quem-
C piam, Benevolus, Comis. Ἀμφὶ δὲ οἱ δολόεντα φιλόφρονα χεῦον ὄνειρα, Plut. (9, 65.) In VV. LL. φιλόφρων e Bud. Epist. Poster. pro Amicabilis, Affabilis, Humanus, Ad vitæ consuetudinem facilis et commodus. In Iisd. φιλοφρονέστατος pro Amicitiæ maxime cultor. [" Markl. Iph. p. 360. Bast Lettre 49." Schæf. Mss. Pind. Π. 1, 184. 8, 1. * " Φιλόφρονος, Hasius ad Leon. Diac. 245." Boiss. Mss.] Hinc ADV. Φιλοφρόνως, cujus multo frequentior est usus quam illius nominis. Sumitur autem itidem pro Benevolo animo, Benevole, Amanter, Comiter. E Soph. (Aj. 751.) δεξιὰν φιλοφρόνως θείς. Cujusmodi est ap. Plut. (6, 699.) Φ. ἀσπάζεσθαι. Xen. K. Π. 5, (5, 10.) Φ. σοῦ εἰπόντος Λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα θέλεις. Apud Eund. (3, 3, 7.) φιλοφρόνως ἔχω pro Sum benevolus. At e Plat. de LL. affertur in VV. LL. Φιλοφρόνως ἔχω περὶ τοῦτο, pro Vaco huic rei. Ego tamen haud crediderim accipi simpliciter pro Vaco huic rei, sed pro Vaco huic rei cujus
D amore teneor; Huic rei lubenter vaco, utpote eam amans, vel ejus studiosus. Vix tamen, nisi inspecto loco, statui quicquam certi potest. In Iisd. et ADV. Φιλοφρονέστατα pro Humanissime. [" Φιλοφρόνως, Benevole, Humaniter, Comiter, 2 Macc. 3, 9. Φ. ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἀποδεχθεὶς, Humaniter a summo sacerdote exceptus. Adde 4 Macc. 8, 4. Sic Ælian. V. H. 4, 9. Ὑπεδέξατο αὐτοὺς εὖ μάλα φ. Apollod. Bibl. 1, 9, 18. Cf. Act. 28, 7. et Lex. N. T. s. h. v." Schleusn. Lex. V. T. * Φιλοφρονεστέρως, Blandius, Xen. Σ. 1, 10. * Φιλοφρονώτερον, adv., Hipp. 1212.] Item SUBST. Φιλοφροσύνη, Benevolentia quam quis erga quempiam factis vel dictis demonstrat, Comitas. Aut, si mavis, quod vulgo vocamus Caresse, sicut φιλοφρονεῖσθαι est Caresser; quemadmodum docebo infra. Redditur etiam Exceptio cum comitate; sed malim, Comitas quæ exhibetur alicui quem excipimus. Plut. Coriol. (30.) Προσεδέχοντο δὲ πολλὴν περί γε τὰς πρώτας ἀπαντήσεις φιλοφροσύνην παρ' ἀνδρὸς οἰκείου καὶ συνήθους. Apud

Eund. legimus in Alex. copulata δεξιώσεις et φιλοφροσύνας, itemque ap. Philon. Rursum ap. Eund. de Def. Orac. τυχεῖν φιλοφροσύνης dicitur qui est comiter exceptus. Apud Hom. autem φιλοφροσύνη exp. φιλία, Il. I. 256. φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων. [Xen. K. Π. 8, 2, 2. Hilaritas, Σ. 2, 24. Lucian. 1, 666. 2, 259. 3, 414. Plur., Pind. 'O. 6, 165. "Ad Corn. Nep. 61. Stav., Toup. Opusc. 1, 56. 2, 90. *Φιλοφρόσυνος, ad Charit. 492. Jacobs. Anth. 11, 382." Schæf. Mss. Anal. 3, 183.] Item VERB. Φιλοφρονέομαι, Comiter excipio et humane, Comitatem exhibeo alicui et humanitatem, Comitate prosequor et humanitate, Amanter complector. Denique quod Gallice dicimus Caresser. Synes. Ep. 100. in principio, Ὥσπερ οὖν ἐν ἐμοὶ συνελθόντες πάλαι, τὴν συντυχίαν ἀναγνωρισμὸν ποιησάμενοι, φιλοφρονήσασθέ τε ἀλλήλους, καὶ κοινῇ σκοπεῖτε κ. τ. λ. Plut. Καὶ φιλοφρονησάμενος τὸν Τερέντιον, ubi Bud. vertit, Hilariter accipiens. Ex Eod. affert, Τοὺς μὲν ἄλλους φιλοφρονηθεὶς, καὶ κελεύσας περιμένειν αὐτὸν ὡς ἐπανελευσόμενον: i. e., inquit, Benigne appellatis aliis. Sic autem et alibi sæpe φιλοφρονεῖσθαι ab eo poni testatur pro Benigne et comiter appellare; atque ita Xen. quoque uti. Ceterum accusativo additur interdum dat., quem Gramm. instrumentalem vocant, ut φιλοφρονεῖσθαι τῇ τραπέζῃ, ap. Greg. Naz. Ἔστι δὲ οὓς καὶ τῇ τραπέζῃ φιλοφρονούμενος. Tali dativo junxit et Lucian. (1, 161.) Ὥς καί σε φιλοφρονήσομαι τῇ δικέλλῃ. Est autem hoc jocose dictum, perinde ac si quis Gallice diceret, Caresser quelqu'un d'un coup de bâton. In VV. LL. cum accus. rei, e Plat. de LL. Φιλοφρονοῦμαι ἤθη κακὰ pro Cupide et libenter mores malos imbibo. Sciendum est porro inveniri φιλοφρονοῦμαι et alia constr., omnino contraria ei quam modo attuli e Greg. Naz. et Luciano, nimirum cum accus. rei et dat. personæ. Ita enim Xen. K. Π. 3, (1, 4.) Ὁ δὲ Κῦρος ἰδὼν αὐτὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφιλοφρονήσατο αὐτῷ, ubi Interpres reddidit, Alia in eum benignitate nulla usus est. Fortasse autem rectius hic dictum fuisset Comitate quam Benignitate. [" Apud Athen. 477. cum solo dat. construitur, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο, Quibus amoris et benevolentiæ significationem dare voluit." Schw. Mss.] Affertur porro ex eod. Scriptore participium φιλοφρονηθέντες passiva quoque signif., sc. pro Amice accepti et benigne. Est autem hoc pass. tanquam ab ACTIVO Φιλοφρονέω, quo traditur usus esse Herod. [" Diog. L. Cleobulo p. 34. HSt." Seager. Mss. " Ad Charit. 492. Jacobs. Anth. 9, 231. Villois. ad Long. 281. Diod. S. 2, 150. ad Herod. 221. Toup. Opusc. 2, 111. ad Xen. Eph. 223. ad Od. Π. 17. De constr., Schneid. ad Xen. Œc. 27." Schæf. Mss. Parthen. c. 4. Strabo 12. p. 315. Plut. Demetrio 15. Rufi Fr. p. 195. "Ἥδεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι. Plato de LL. 7. p. 387. Ἐὰν ὑμᾶς μηδαμῶς φιλοφρονῆται, pro ἀρέσκῃ: 11. p. 168. Θυμῷ φ., pro χαρίζεσθαι. * " Φιλοφρονητέον, Theod. Prodr. 413." Elberling. Mss. *Φιλοφρόνημα, Æschin. Epist. p. 123. " Nicet. Eugen. 7, 128." Boiss. Mss. *" Φιλοφρονηματικὸς, Buttm. Schol. Od. Ξ. 145." Elberling. Mss.] Sunt porro hinc VERBALIA Φιλοφρόνησις ET Φιλοφρονητικός. Est autem Φιλοφρόνησις, Actio illa excipiendi comiter et humane, s. Comitas et humanitas qua excipimus aliquem. Possumus vero et nominis φιλοφροσύνη interprr. huic tribuere. [Dorv. ad Charit. 434=385.] At Φιλοφρονητικὸς, Cui inest comitas, Qui comitatem præ se fert s. humanitatem, Blandus: προσφώνησις, Schol. Aristoph. Πλ. qua sc. utuntur οἱ φιλοφρονούμενοι. [" Etym. M. Schol. Pind., Phornut. 65." Wakef. Mss. *Ἀντιφιλοφρονέομαι, Gratiam rependo, Plut. Catone Maj. 17. Sertorio 20. Joseph. A. J. 14, 11, 5. Appian. B. C. 3.]

De verbo φρονῶ, et ejus derivatis.

Verbum φρονῶ in hunc locum reservare, operæ pretium esse judicavi, eique sua derivata subjungere, potius quam cum compp. e nomine φρὴν derivatis ea collocare: quoniam alioqui composita e φρονῶ, ante hoc ipsum, quod est simplex, ponere necesse fuisset. Si qua tamen erunt de quibus ibi dictum sit, eo te remittam.

Φρονέω, Mente præditus sum, Mentis sum compos, etiam Sapio. Isocr. ad Phil. Μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξέστηκα τοῦ φρονεῖν. Ut autem hic videmus senectutem obstare interdum τῷ φρονεῖν, ita ei morbum corporis obstaculo atque impedimento esse discimus cum aliunde, tum e Plut. Alex. Ἀτελῆ δὲ τῷ φρονεῖν ὄντα διὰ σώματος. Sed et vinum quidam ap. Athen. dicit ἐπισκοτεῖν τῷ φρονεῖν. Ab Aristot. τὰ ἄψυχα dicuntur μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν, ubi τὸ φρονεῖν possumus etiam reddere Intellectum, ut μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν dicatur animal quod intellectus non est particeps. Cic. τὸ φρονεῖν vertit Rationem et mentem, ap. Plat., ut videbis in meo Cic. Lex. 11. 12. Plut. adv. Col. Ἡ τῆς ψυχῆς τὸ κυριώτατον ᾧ φρονοῦμεν καὶ λογιζόμεθα. Et neutr. particip. τὸ φρονοῦν, in VV. LL. Animus quo sapimus, cujus organum et sedes cerebrum dicitur ab Alex. Aphr. Probl. Ratio etiam redditur a Gaza 2. At pro Mentis compotem esse, Non esse extra se, usus est Hom. Il. X. 59. Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε Δύσμορον. Hic enim annotat Eust., ideo dici ἔτι φρονέοντα, quoniam mox hic senex ἀλλοφρονήσει præ luctu, ὅτε οὐδ' ἂν αἴσθοιτο ἐλεούμενος. Affert tamen et aliam exp., sc. ut sit pro Adhuc viventem. Secundum quam exp. fuerit φρονέοντα potius Sensu præditum, e quo sc. intelligemus Viventem: quod si vertas Mente aut Ratione præditum, non tam manifestum fuerit τὸν φρονέοντα opponi τῷ τεθνεῶτι. Auctor brevium Schol. priori illi explicationi assentiri videtur, quæ et mihi magis placet: adeo ut non improbem eam quæ e Valla affertur interpr., qua ἔτι φρονέοντα redditur Recta adhuc sentientem, licet malim simpliciter, Mentis adhuc compotem. Nisi forte fuerit pro εὖ φρονοῦντα, ut quidem redditur ap. Xen. (Ἀπ. 2, 1, 31.) Τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; Quis mentis compos? Alioqui εὖ φρονῶν non est simpliciter Mentis compos, sed Prudens, Qui sapit, ut ap. Soph. (Aj. 1261.) οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ. Isocr. ad Nic. Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι, Prudentibus, Iis qui sapiunt. Sed alicubi εὖ φρονῶ redditur etiam Recte sentio, item Bene cupio, ut docebo aliquanto post. Apud eund. Poëtam legimus φρονέω per se positum et sine adjectione, Od. Π. 136. et rursus P. 193. Γιγνώσκω, φρονέω, τά γε δὴ νοέοντι κελεύεις, ubi φρονέω videtur esse Mente percipio s. comprehendo. At vero in hoc versu Il. Ψ. 343. ἀλλὰ φίλος, φρονέων, πεφυλαγμένος εἶναι, existimo φρονέων esse, Si sapis, Si sapias: resolvendo sc. φρονέων in duo verba, ἐὰν φρονῇς: et accipiendo φρονῇς pro εὖ φρονῇς. Dixi enim et paulo ante, φρονεῖν accipi pro Prudentem esse, Sapere. In hoc autem versu Ejusdem, Od. E. 474. Ὡς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, Schol. exp., βουλευομένῳ, Deliberanti. Ego tamen, ὡς φρονέοντι non minus libenter verterim, Sic cogitanti, secum cogitanti, ut Servius in Ep. ad Cic. Cœpi egomet mecum sic cogitare. Usitatius alioqui esset, Hæc cogitanti, secum cogitanti, sicut idem Poëta alibi dicit, Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι, Hæc cogitanti, Volventi in animo. Idem alicubi addidit ἀνὰ θυμὸν, ut Il. B. (36.) Τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν ἅ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλεν. Sed et infinitivo junctum ap. hunc Poëtam redditur itidem verbo Cogitare, Il. P. 286. φρόνεον δὲ μάλιστα Ἄστυ ποτὶ σφέτερον ἐρύειν καὶ κῦδος ἀρέσθαι. Sed φρόνεον potest hic reddi non solum Cogitabant, sed etiam In animo habebant. Quod si Auctorem brevium Scholl. sequamur, poterimus etiam interpretari Sperabant; exp. enim non solum διενοοῦντο, sed et ἤλπιζον. Quæ exp. mihi revocat in memoriam, quod e Xen. affertur in VV. LL. alioqui suspectum: sc. (Ἀπ. 2, 1, 18.) Ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι φρονῶν εὐφραίνεται, pro Spe fretus bona lætatur. Apud eund. Poëtam Il. Γ. 99. φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους, ita quidam interpr. Cogito de dirimendis, esse dirimendos, quomodo dirimantur s. dirimi possint. At brevium Schol. Auctor exp. et hic βουλεύομαι, quod est Delibero. Ego certe, quod φρονέω jungatur infinitivo passivo, aliud interpretationis genus quærere malim, non diversum tamen sensum efficiens. Quale fuerit, In animo mihi est, Animo sedet hæc senten-

tia, Sedet hoc animo, Mihi mens est: quod ap. Ovid. legitur, sequente infin. Fortassis reddi etiam possit, Mihi cordi est. Ex Hesiodo autem (Ἀ. 387.) affertur in VV. LL. φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι, pro Animum intendit ad pugnam. Atque habetur in Iisdem e Xen. (Κ. Π. 3, 3, 29.) φρονῶ τοξεύειν, pro Scio mittere sagittam, et φρονῶ ἀκοντίζειν, pro Scio jacula mittere s. audeo, quæ fide ap. me carent. Verum ut revertar ad φρονέω junctum accusativo, sciendum est, in soluta quoque oratione interdum cum hac constr. significare Cogito: Plut. (6, 577.) Ὁ Χίλων ἔφη τὸν ἄρχοντα χρῆναι μηδὲν φρονεῖν θνητὸν, ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα. Interdum vero φρονῶ cum accus. est Sentio. Sic tamen ut alicubi reddi possit et verbo illo Sapio; quod enim dicit Eur. ὀρθὰ φρονεῖν, non dubitem reddere etiam Recta sapere, e Cic.: Eur. locus est hic, Med. (1126.) Τί φῄς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κ' οὐ μαίνῃ, γύναι; Ciceronis autem iste, in Ep. ad Att. 14. Nam ista quidem Cæsaris libertorum conjuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Isocr. Ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. Et ταὐτὰ φρονῶ σοι, Eadem sentio quæ et tu, Eodem sum animo quo et tu, Eadem sum mente qua tu. Apud Eund. Μὴ ταὐτὰ φρονεῖν καὶ λέγειν, Non eadem in animo habere et loqui. Quod Sallust. dixit, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habere. E Plut. Themist. Ἄλλο τι φρονῶ, Alia mihi mens est. Apud Paulum quoque φρονεῖν pro Sentire, sic tamen ut alicubi, cum a quibusdam reddatur verbo Sentire, alii (quibus assentior) malint aliter reddere, ut ad Rom. 12, (16.) Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, Eodem animo inter vos mutuo affecti. Sic ad Phil. Ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, Ut itidem sitis affecti, At quod statim post habetur, Τὸ ἓν φρονοῦντες, iidem reddunt, Idem sentientes, Sententiis uniti. Ceterum pro Sentio ponitur φρονῶ, et cum habet præfixum adv. εὖ. Plato Epist. 8. Ταῦτα δὲ σχεδὸν ὁ κρίνων ἀδύνατα, οὐκ εὖ φρονεῖ, cum alioqui εὖ φρονεῖν alios etiam usus habeat, ut partim docui, partim docebo. Interdum sequente præp. περὶ, et præced. adv., ut ap. Aristot. de Mundo, Οὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν, Ita de universo sentire. Aliam vero Sentiendi signif. habet hoc verbum ap. Soph. Aj., ubi φρονεῖν Schol. esse ait αἰσθάνεσθαι τῆς λύπης. Vide p. 55. meæ Ed. In hoc Ejusd. versu (554.) p. 33. Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, accipit itidem pro αἰσθάνεσθαι: nam μηδὲν φρονεῖν exp. μηδενὸς αἰσθάνεσθαι. Quæ signif. danda fuerit itidem in versu proxime sequenti, Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν. Quidam exp. Nihil sentire; alii, Nihil intelligere; at ego malim, Nullius rei sensu affici: ita quidem ut sciamus ad animum hoc referri debere. Erasmus certe, si aliter quam per transennam h. Soph. l. aspexisset, aliam ei interpr., ut opinor, dedisset, quam hanc, In nihil sapiendo jucundissima vita: quæ verba inter Proverbialia recenset. Hic enim de sapientia non agi, vel ipse Sophocles his proxime præcedentibus versibus aperte docet, quibus filiolum alloquitur, Καί τοί σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω, Ὅθ' οὕνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνῃ κακῶν. Unde apparet hoc plane convenire cum eo, quod et Eur. de ætate puerili testatur (Med. 48.) νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

Φρονῶ cum aliis accus., i. e. aliud significationis genus (ut ita dicam) habentibus, nec non cum adverbiis nonnullis, secus quam in præcedentibus ll. redditur; estque Homero frequens iste hujus verbi usus. Dicit enim aliquoties κακὰ φρονεῖν et ὀλοὰ, nec non vicissim ἀγαθὰ φρονεῖν, item φίλα, cum dat. personæ, pro Male animatum esse erga quempiam; vel contra, Bene animatum esse; sive, Benevolo esse animo erga quempiam, aut contra, Malevolo s. Infenso. Aut brevius, Benevolum esse, aut Malevolum. (Possumus vero φίλα φρονεῖν et ἀγαθὰ φρονεῖν reddere etiam Benevolentia prosequi: item, Bene cupere alicui. Vel, Bene velle.) Od. Υ. (5.) Ἔνθ' Ὀδυσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ, Χ. (264.) Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι: Il. Π. (701.) ὀλοὰ φρονέων. Alibi, κακὰ φρονέουσα. Item φίλα φρονέων, et φίλα φρονέουσα. Sed pro his nominibus A ponuntur interdum adverbia. Dicitur enim et κακῶς φρονεῖν pro κακὰ φρονεῖν, s. κακόν: itidemque εὖ φρονεῖν pro ἀγαθὰ φρονεῖν. Idem Poëta Od. Σ. (167.) Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι. Illud autem εὖ φρονῶ σοι ex Eur. (Med. 819.) affertur, item εὖ φρονῶ τὰ σὰ e Soph. (Aj. 491.) pro eod., sicut et καλῶς φρονῶ σοι, pro Bene tibi cupio, Bene tibi consultum cupio, Tui sum studiosus. Porro ut dicitur εὖ φρονῶ, sic etiam superl. ἄριστα φρονῶ σοι, cum ab aliis, tum ab Aristoph. (Πλ. 577.) pro Optime tibi cupio, Sum tui studiosissimus. Sed ut ad illam cum accusandi casu constr. revertar, sciendum est et alios esse accusativos, cum quibus φρονῶ eund. usum habet. Nam ut κακὰ φρονῶ σοι redditur cum aliis modis, tum etiam, Male animatus sum erga te, Malevolo sum in te animo; sic οἷα φρονῶ αὐτοῖς ap. Soph. reddi Quo sim modo animatus erga illos, vel Quo animo sim in illos.

Φρονῶ τὰ σὰ, et siqua hujusmodi, magnam cum proxime præcedente usu verbi φρονεῖν affinitatem B habent: præsertim cum etiam εὖ φρονῶ τὰ σὰ dixerit Soph., ut paulo ante docui. Est enim φρονῶ τὰ σὰ, Faveo tibi, aut etiam Tuarum sum partium, Sto a tuis partibus. Sub qua interpretatione tacite includitur, Tibi bene cupio, et rebus tuis bene consultum volo. Plut., Ὅσοι τὰ Κάρβωνος ἐφρόνουν, Qui Carbonis partium erant. Sic et Dem. Or. ὑπὲρ τῶν Συμμοριῶν dixit, Ὅτι Θηβαίων τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν. Frequens est istud loquendi genus ap. Herodian., ap. quem legitur et τἀναντία φρονεῖν, itidem pro Contrariis partibus favere, s. studere: 3, (2, 18.) Νικαεῖς δὲ, τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει, τἀναντία ἐφρόνουν, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Νίγρου ὑπεδέχοντο. Affertur tamen in VV. LL. τὰ ἐκείνου φρονῶ, non addito Auctoris nomine, pro Sentio cum illo. Quam interpr. sequendo, pertineret hoc exemplum ad alium verbi φρονῶ usum, de quo paulo ante dictum fuit. Ibid. e Luciano, Φρονεῖ τὰ ἡμέτερα.

Φρονῶ autem cum μέγα aliisque nonnullis accus. potest itidem reddi ablativo Animo, cum verbo substantivo Esse; ut enim φίλα φρονεῖν dicebam significare Esse animo benevolo, sic μέγα φρονεῖν nihil C obstat quominus reddatur Esse animo elato: vicissimque μικρὰ φρονεῖν, Esse animo demisso. Sunt alioqui et alii hæc interpretandi modi; nam μέγα φρονεῖν redditur etiam Animo efferri, Sese efferre, Gloriari, Insolescere, Sibi placere. Quin etiam, De se magnifice sentire. Habere autem et alios verbi Sentire usus, supra docui. Xen. Σ. (3, 5.) Ἐπὶ ποίᾳ ἐπιστήμῃ μέγα φρονεῖς; Isocr. Evag. Μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην γιγνομένοις ἀγαθοῖς. Porro dicitur et in bonam partem, sc. de justa elatione animi et gloriatione, ut cum de aliqua virtute aut aliquo præclaro facinore gloriamur. Et quemadmodum μέγα φρονεῖν, ita etiam μεῖζον φρονεῖν et μέγιστον φρονεῖν usurpatur. Dem. (490.) Μεῖζον οἱ Θηβαῖοι φρονοῦσιν ἐπ' ὠμότητι ἢ ὑμεῖς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ. Idem, Ἐπ' ἐλευθερίᾳ μέγιστον φρονεῖν προσῆκεν. Apud Xen. Σ. (3, 7.) Ἐπὶ κάλλει μέγιστον φρονεῖν. Sed dicitur etiam D μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ s. μέγιστον. Atque hic potissimum habere locum potest illud Latinum loquendi genus, Sibi placere. Athen. (583.) Καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐφρόνουν ἐφ' ἑαυταῖς, παιδείας ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι, Sibi placebant, etiam Valde sibi placebant, Magnam de se opinionem concipiebant. Apud Hom. autem μέγα φρονεῖν, sine ulla adjectione, pro Magnos spiritus gerere, Elato animo esse, Exultare, Ferocire, Ferocem esse, variis in ll.: et quidem de brutis etiam dictum alicubi. Jungitur porro et aliis hujusmodi adverbiis verbum φρονῶ: dicitur enim a Dem. 223(=534.) Φρονῶν δ' ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον ἡλίκον εἰκὸς ἄνδρα δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκότα, Qui tantam de se opinionem conceperat, quantam par est eum qui etc. Et a Plat. Symp. Ἐφρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. Dicitur etiam τοσοῦτον φρονεῖν, pro quo οὐ μεῖον legitur ap. Xen. (Ἱππαρχ. 7, 3.) Καὶ μὴν ἐπί γε τοῖς προγόνοις οὐ μεῖον Ἀθηναῖοι ἢ Θηβαῖοι φρονοῦσι. Illis autem μέγα φρονεῖν et μεῖζον

φρονεῖν opponunfur μικρὸν φρονεῖν s. μικρὰ, et μεῖον φρονεῖν, s. ἔλαττον. Nam ut μέγα φρονεῖν est Elato esse animo, ita μικρὸν φρονεῖν ap. Dem. (173.) s. μικρὰ, ap. Soph. signif. Demisso animo esse, Submisse se gerere. At μεῖον φρονεῖν ap. Xen. (Ἀπολ. 26.) Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον, ubi quidam interpr. Non decet me ob id minus de me sentire. Tale est ἔλαττον φρονεῖν ap. Dem. (176.) Eadem porro forma dicitur μέτρια φρονεῖν qua μικρὰ φρονεῖν: estque μέτρια φρονεῖν, Modesto animo præditum esse, s. Modestia, Modestum esse. Festive autem detorquens hoc loquendi genus quidam Philosophus ap. Lucian. (1, 174.) dicit Μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, pro Non cogitare majora, de majoribus s. pluribus quam quæ pera capi possint, Non cogitare de pluribus quam quæ implendæ peræ satis esse possint. Q. d. Non efferre animum ultra suæ peræ mensuram, Suæ peræ modulo se metiri, s. cupiditatem suam. Quem esse horum verborum sensum, præcedentia aperte ostendunt; at si reddas, ut ibi redditur, Neque quicquam ultra peram cogitare, alium etiam sensum hæc interpretatio admittet. Porro suspicor dictum esse μηδὲν φρονεῖν ὑπὲρ τὴν πήραν, respiciendo ad illud loquendi genus ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖν. At vero ἶσα φρονεῖν θεοῖς ap. Hom., licet aptiorem quam hic locum alibi habere non possit, diversam tamen interpretationis formam poscit; nam cum dicitur Il. E. (441.) μηδὲ θεοῖσιν Ἶσ' ἔθελε φρονέειν, significatur, Neque tam magnos spiritus gere ut æquandum te censeas diis. Hoc enim interpretationis genere utendum puto ut illorum verborum vis exprimatur: aut certe alio ejusmodi: quale hoc fuerit, Nec ita magnifice de te sentias ac si e numero deorum esses. Vel, Nec velis æque magnos spiritus gerere ac si unus e diis esses. At e vulg. interpr. unus reddidit, Ne æquandum te sentias esse nobiscum: alter, Neque diis paria velis sapere. Sed φρονεῖν pro Sapere cum aliis potius accus. locum habere, ex proxime sequenti tmemate patebit. Hoc certe isti addendum censeo, lectum mihi esse φρονῶ sine ulla adjectione positum pro μέγα φρονῶ, Glorior, Insolesco, ap. Plut. (6, 17.) Τὸ δὲ ὅλον, εἴτις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Sed h. l. suspicione ap. me non carere fateor: nec cariturum, donec alios quibus confirmetur, nactus fuero.

Φρονῶ ponitur et pro verbo Sapio, non eum habente usum quem habet, cum φρονεῖν redditur Sapere, Prudentem esse; sed eum quem habet cum jungitur accusativo, ut ap. Horat. dicentem, Nil parvum sapias, et ap. Pers. Cum sapimus patruos. Neque enim dubito quin Horatius, dicens Nil parvum sapias, respexerit ad hoc loquendi genus, οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν: accipiendo certe verbum φρονεῖν, non ut in ll. quos proxime præcedens tmema habet, (alioqui enim οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν esset idem cum illo μέγα φρονεῖν, cujus multa ibi exempla vides,) sed ut accipitur ap. Aristoph. cum dicit (N. 821.) φρονεῖν ἀρχαϊκά, ubi tamen quidam interpr. non solum Sapere simplicem antiquitatem, sed etiam Resipere et olere. Est autem hic verbi Φρονεῖν usus ap. Matth. quoque et Marc., nec non ap. Paul. Apud illos enim dicit Christus Petro, eum οὐ φρονεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, sed τὰ τῶν ἀνθρώπων, non sapere quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Paulus autem ad Rom. 8, (5.) scribit, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Ubi tamen φρονοῦσι quidam non vertunt Sapiunt, sed Cogitant: quod non placet. Sed multo certe minus tertia interpr. mihi arridet, sc. Curant, cum hanc signif. vix ullo alius Auctoris exemplo probari posse existimem. Equidem cur alia quam prima illa quærenda sit interpretatio, non video, cum τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν non sit aliud, meo quidem judicio, quam Carnali quadam sapientia præditum esse, aut certe, Ad carnalem quandam sapientiam animum intendere: vicissimque, τὰ τοῦ πνεύματος φρονεῖν, Spiritali quadam sapientia esse præditum, etc. Quæ expositionis forma convenire itidem potest illi φρονεῖν, quod e Matth. atque Marco protuli. Bud. tamen ibi

A φρονεῖν reddit et Sapere et Sentire; sed qui dicit Non sapis quæ Dei sunt, aliud certe dicit quam qui ita loquitur, Non sentis quæ Dei sunt. Lubenter equidem veteri interpreti assentior, φρονεῖν in aliis quoque ll. Pauli, in quibus accusativum itidem habet, reddenti hoc eod. verbo Sapere, cum alii vertant Curare: cujus signif. exemplum ex alio quopiam Scriptore me desiderare, paulo ante declaravi. Ex iis autem ll. primus est ad Rom. 14, (6.) Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ: secundus in Ep. ad Phil. 3, (19.) Οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες: tertius, in Ep. ad Col. 3, (2.) Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. His locis, ac præsertim duobus posterioribus, non minus mihi videtur convenire verbum Sapere quam illis tribus quos antea protuli, præsertim cum eadem res in his duobus exprimatur, quæ et in illis. Nam qui dicitur φρονεῖν τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ τὰ τοῦ Θεοῦ, item φρονεῖν τὰ τῆς σαρκὸς, idem certe dici potest τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρονεῖν, ἀλλ' οὐ τὰ ἄνω: vel τὰ ἐπίγεια pro τὰ ἐπὶ τῆς
B γῆς. Quod si ab illo verbo Sapere discedendum sit, longe malim sane reddere Cogitare quam Curare: ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, Cogitantes terrestria. Sed non celabo lectorem et aliam interpr. quæ mihi occurrit, sc. Animum adjungere, intendere, ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες reddatur, Qui animum ad terrestria adjungunt, intendunt, vel in terrestria: itidemque ceteris ll. hanc interpretationem accommodemus. Quam certe mihi videtur admittere et Homeri quidam versus, habens participium φρονέοντες, cum accus. itidem junctum, et quidem hujus generis signif. habente, cum ab eo dicatur ἐφημέρια φρονέοντες, a Paulo autem τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Extat is versus Od. Φ. (85.) Νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες. Superest ille Ep. ad Rom. locus, c. 14, (6.) Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ κ. τ. λ. In hoc fateor durius reddi φρονεῖν verbo Sapere, quam in ceteris: nisi dicamus Sapere diem esse videri Sibi sapere in discernendo quodam die a ceteris diebus. Quod si alia quærenda sit interpr., nequaquam ad
C verbum illud Curare confugere velim, sed potius φρονεῖν τὴν ἡμέραν reddere Opinionem aliquam concipere de die. Et hæc quidem hactenus, quæ doctiorum judicio censuræque libens submitto, sicut et quæ huc pertinentia addam in nomine verbali φρόνημα. Ceterum cum afferatur e Plut. νεώτερα φρονεῖν, item τυραννικὰ φρονεῖν, tanquam in utroque horum loquendi generum φρονεῖν, licet aliam interpr. admittens, eund. usum habeat quem in Aristophanico illo ἀρχαϊκὰ φρονεῖν: ego contra alium hic usum habere censeo, nulloque modo φρονεῖν in duobus illis reddi posse Sapere; sed νεώτερα φρονεῖν esse De rebus novis cogitare, Res novas animo agitare, Rebus novis studere, In res novas animum intendere: itidemque τυραννικὰ φρονεῖν significare Ad tyrannidem pertinentia animo agitare, De tyrannide cogitare; hæ enim meæ interprr. apertius signif. verbi φρονεῖν exprimunt, quam illa, Ad tyrannidem aspirare. Sed possit dici τυραννικὰ φρονεῖν is quoque, qui tyrannico quodam animo, tyrannica quadam mente,
D tyrannico ingenio præditus est; ac certe hac etiam in signif. usurpatum legisse mihi videor. Tunc autem τυραννικὰ φρονῶν conveniet, quod ad signif. participii φρονῶν attinet, cum hoc dicto Euripidis, νόθος φρονῶν γνήσια, ut sit, Nothus præditus legitimi filii animo, legitimi filii animum gerens, (ut dixit Virg. Ante annos animumque gerens curamque virilem: perinde ac si diceretur, ἀνδρικὰ φρονῶν,) Nothus non secus animatus ac legitimus filius. Aut etiam, referendo ad magnanimitatem, Nothus non minus elato præditus animo quam legitimus filius, Nothus spiritus legitimi filii gerens.

["Φρονέω, Phryn. Ecl. 170. Wakef. Phil. 1100. Brunck. Soph. 3, 516. Heyn. Hom. 6, 295. Lobeck. Aj. p. 260. ad Herod. 27. 338. 570. Wessel. Diss. 197. Ammon. 144. Valck. Hipp. p. 190. Musgr. Bacch. 314. Scio, Soph. Œd. T. 1038. Herod. 1, 46. Superbio, Lobeck. Aj. p. 294. Conf. c. φωνέω, Brunck. Aristoph. 3, 72. Lobeck. Aj. p. 403.: cum φθονέω, ad Simon. Dial. 58. Εὖ φρ.,

Eur. Ion. 530. 532. (cf. 533.) Luzac. Exerc. 37. ad Herod. 687. Eur. Phœn. 360. ubi de prudentia explicatur. Εὖ, κακῶς φρ., Bene, Male ferre fortunam, Bibl. Crit. 3, 2. p. 51. Λίαν φρ., Musgr. Iph. A. 924. ad Dionys. H. 2, 1158. Φρονεῖν, μέγα φρ., Fac. ad Paus. 1, 44. 52. Kuhn. 30. Bast. Specim. 38. Zeun. ad Xen. K. Π. 800. Markl. Suppl. 445. Boiss. Philostr. 484. Μέγα φρ., Valck. Hipp. p. 215. Μέγα φρ. ἐπὶ, Abresch. Lectt. Aristæn. 98. Φρ. μικρὸν, μικρὰ, μέγα, μεγάλα, Lobeck. Aj. p. 394. Μέγιστον φρ. ἐπί τινι, Xen. Mem. 1, 1, 13. Φίλα φρ., Villois. ad Long. 243. Τά τινος φρ., ad Paus. 348. Ἰθὺς φρ., Heyn. Hom. 6, 394." Schæf. Mss. "Φρονεῖν, Animosus et nobilis esse, de rebus inanimis, Philostr. 321. Moneo, Il. Ψ. 305. (πατὴρ δέ οἱ ἄγχι παραστὰς Μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέων νοέοντι καὶ αὐτῷ.) Τὸ φρονοῦν, Ratio, Plut. 2, 166. alibi." Wakef. Mss. "Φρονεῖν, Sapere, Scire et videre, quæ bona sint et appetenda, quæ fugienda et mala, 2, 13. De 2, 17. v. nott." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. Cf. Cic. de Off. 1, 45. Hymn. Hom. 1, 469. ἄλλῃ φρονέοντες. Pind. N. 4, 155. Μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς, opp. τραχύς. Xen. K. 'A. 7, 7, 30. Τὰ πρός σε φρονεῖν. Soph. Tr. 289. Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα, Phil. 810. σαφῶς φρονεῖ, pro σάφα ἴσθι. Æsch. Choëph. 768. Ἀλλ' ἢ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις; Vide Schn. Lex. * Φρονούντως, Sapienter, Prudenter, Æsch. Suppl. 212. Soph. Antig. 693. * Πεφρονημένως, Stob. Ecl. Phys. 1. p. 17. " Jacobs. Anim. 252. ad Diod. S. 1, 504." Schæf. Mss.]

Φρόνημα, τὸ, Cogitatio, Cogitatum: ut Cic. E ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Nevii. Redditur et Sensus, ea signif. qua dicitur a Terentio, Illius sensum pulcre calleo. Paul. ad Rom. 8, 6. Τὸ γὰρ φ. τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρ. τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Ubi φρόνημα ab Erasmo redditur Affectus, a quibusdam Intelligentia. Vet. autem Interpr. vertit Prudentia, Sapientia. At ego, prout reddiderimus verbum ibi præcedens φρονοῦσιν, ita reddendum censeo hoc verbale φρόνημα. Præcedit enim, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Si, inquam, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν reddiderimus, Sapiunt quæ sunt carnis: tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς censeo interpretandum itidem Id quod sapit caro. Sin τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν libeat reddere, Cogitant quæ sunt carnis, tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς vertendum fuerit Cogitatio carnis. Quod si quis alio etiam modo verbum φρονοῦσιν reddiderit, ad illam interpretationem verbalis hujus φρόνημα interpretatio accommodanda mihi videtur: quod tamen nec Erasmus secutus est, qui certe id non sequendo poterat non minus apte reddere φρόνημα voce Sensus. Non sequendo id, inquam: nisi forte φρονοῦσιν interpretari voluisset Sentiunt, quod certe haud paulo melius expressisset signif. Græci illius verbi, quam verbum Curant, quo usus est. Ceterum φρόνημα alicubi invenitur redditum etiam Animus, ut ap. Thuc. 2, (61.) p. 67. Δουλοῖ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. Ubi tamen Valla reddere maluit Consilium, cum alioqui h. ejusd. Scriptoris locum, 5, (40.) p. 179. in principio, Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι, Sed animum Peloponneso imperandi habuissent. At ego neutro in loco existimo significare Animum simpliciter, sed Animum elatum, s. Elationem animi, ut aliquanto post docebo. || Φρόνημα enim ap. vett. Scriptt. non memini me legere pro Animo aut pro Cogitatione simpliciter, sed pro Animo elato, uti dixi, s. Elatione animi, aut Magnitudine, vel Fiducia: item pro Cogitatione quæ ab elato animo proficiscitur. Thuc. 2, (43.) Ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ubi ἐν τῷ et μετὰ τοῦ stare vix posse arbitror, ut de hoc obiter lectorem admoneam: ibid. (62.) Ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι, quo in loco φρόνημα lubenter reddiderim Fiduciam, sicut in illo priore Animi magnitudinem, aut etiam Elationem animi, vel Elatum animum. Sic et 5, (43.) p. 179. de

A Alcibiade, Οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ φρονήματι φιλονεικῶν ἠναντιοῦτο, Schol. exp. ὄγκῳ et ἐπάρσει. In principio autem hujus ipsius pag. est locus ille cujus a me paulo ante facta fuit mentio, in quo sc. hoc vocabulum gen. adjunctum habet: quod observatione dignissimum est; ita enim ibi legitur, Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι: quod Valla reddit, Sed animum Peloponneso imperandi habuissent. At ego quamvis addatur gen., non dubito quin hic itidem inclusam Magnitudinis animi s. Elationis signif. habeat vox φρόνημα: ideoque ita interpretarer, Sed ea præditi essent animi magnitudine ut de imperando Peloponneso cogitarent. Vel, Sed tam elato essent animo ut etc. Vel ita, Sed, ut erant animo elato, cogitarent de etc. Aut sic, Sed de imperando Peloponneso cogitarent, (s. de obtinendo Peloponnesi imperio,) usque adeo elato animo erant, aut usque adeo magnos spiritus gerebant. Recte igitur Schol. φρονήματι exp. διανοίᾳ ἐπηρμένῃ. Sed male subjungit, (si tamen hæc Ejusd. sunt, ac non
B potius alius cujuspiam, cujus sunt et pleraque alia Scholia ceteris longe inferiora, vel potius nullo modo cum illis comparanda,) ἀλλ' ἐλπίζοντες, ἤτοι φροντίζοντες. Usus sum porro et voce Spiritus in plur. quam et alibi adhibere interpretationi vocis φρόνημα possumus. Quin etiam voce Animi hanc interpretari alicubi licet; sed cum Animos Latini vocent etiam iram, (ut ap. Ovid. Quæ tibi res animos in me facit, improbe,) ideo videndum est ut hac interpr. non sine cautione utamur. Adde quod Animi pro Elato animo, s. Magno animo et excelso, prosæ parum usitatum est, quantum quidem meminisse possum; estque potius quod nostra lingua vocamus Courage, Græca autem θυμὸν, ut cum Cic. dicit Addere animos: pro quo frequentius est Addere animum. At Poëtis non infrequens est plur. Animi, ea in signif. sicut et Tollere animos. Virgilio certe Ire animis contra, idem plane esse existimo quod Thucydidi ἰέναι φρονήματι ὁμόσε τοῖς ἐχθροῖς in loco quem paulo ante protuli. At Spiritus in plur.
C de Elatione animi, vox est prosæ quoque Scriptoribus usitatissima, ideoque hac potius utendum fuerit. Redditur alioqui φρόνημα et Elatio, sine adjectione gen. illius Animi. Gaudet porro vocabulo illo inter vett. Scriptt. et Xen. ap. quem legitur etiam ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχεσθαι, K. Π. 5, (2, 15.) Οἱ πολλοὶ ἀνθρώπων, ὅταν μὲν θαρρήσωσιν, ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχονται, Tantos spiritus concipiunt ut illis obsisti nullo modo posse videatur. Apud Eund. accus. φρόνημα invenitur junctus etiam verbo θήγειν, et in contraria signif., sed alio metaphoræ genere, junctus verbo κατασβέσαι, nec non verbo ἀνατρέψαι. Dicitur et καταβάλλειν τὸ φρόνημα: unde τὸ φρόνημα καταβεβλημένος, Qui deposuit spiritus, Cui velut dejecti sunt spiritus. Huc pertinet ὑφεῖναι τοῦ φρονήματος e Dionys. H. pro Minuere spiritus. Affertur et ἀπὸ τοῦ φρονήματος καθελεῖν, in VV. LL. sed pro Deducere de constantia et proposito. Verum nec Scriptor, e quo genus illud loquendi petitum est, nominatur, nec hujus interpre-
D tationis Auctor, adeo ut mihi plane suspecta sit, sicut et φρόνημα ἔχειν, quod in Iisd. redditur Prudentem esse, cum in eo quem protuli e Thuc. loco ἀνὴρ φρόνημα ἔχων sit Magnitudine animi præditus, Animo elato s. celso præditus, Vir animi celsi, s. excelsi. Illi autem καταβεβλημένος τὸ φρόνημα opponi potest ὁ παραλαμβάνων τὸ φρόνημα, e Dem. Qui assumit spiritus, tollit animos: quod tamen majorem quam illud Superbiæ significationem habet. Hoc quoque observandum est, inveniri ap. Eund. hanc vocem φρόνημα oppositam τῇ ταπεινότητι. Nam talis vocis illius usus plane convenit cum eo quem ap. Thuc. habet l. 2. Hæc enim verba, quæ paulo ante ex eo protuli, Δουλοῖ γὰρ φρόνημα κ. τ. λ., proxime subjunguntur istis, ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. Ut autem φρόνημα et ταπεινότης inter se opponuntur, ita vicissim φρόνημα et μεγαλοφροσύνη a Plut. copulantur, et φρόνημα ac μέγεθος τῆς ψυχῆς, item ὄγκος et φρόνημα. Usurpatur autem et plur. φρονήματα. Isocr. Archid. Τοὺς γὰρ ἐν ἀξιώμασι καὶ φρονήμασι βεβιωκότας. Usus est et

Xen. Affertur ex Aristot. quoque, Φρονημάτων πλήρης. Sciendum est porro φρόνημα inveniri et in malam partem usurpatum: tunc autem fuerit potius Insolentia, Superbia, Fastus, velut in isto Greg. Naz. loco, ex Or. quam εἰς Βασίλειον scripsit, Ὁ μὲν παρῆν, ὁ δὲ προὐκαθέζετο, γέμων θυμοῦ καὶ φρονήματος· εἱστήκει δὲ ἄον ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς Πιλάτου κρίνοντος. Ubi cum copulentur θυμοῦ et φρονήματος, θυμοῦ quidem habet illam signif. quam vides habere Animos in versu Ovidii quem antea protuli, Quæ tibi res animos in me facit, improbe? at φρονήματος illam alteram, quam habere vocabulum idem Animos supra ostendi. [" Thom. M. 894. ad Charit. 603. Jacobs. Anth. 10, 179. ad Cornel. Nep. 276. Bentl. Opusc. 41. Toup. ad Longin. 389. Plut. Mor. 1. p. 2. Ox. Fischer. ad Anacr. p. 9. Brunck. p. 100. Ed. 2. ad Herod. 373. 690. ad Diod. S. 1, 221. Φρ. παρέχεσθαι, Fac. ad Paus. 1, 88." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. Schleusn. Lex. V. T.]

HINC Φρονηματίας, ὁ, Qui est elato animo, Vir excelsi animi. A Bud. redditur, Homo elati spiritus, De se magnifice sentiens, ap. Aristot. Polit. 5. Ἔστι δὲ πρὸς σωτηρίαν τῆς τυραννίδος, τὸ τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. Usus est Diog. L. Chrysippo, Οὕτω δ' ἦν φρονηματίας, ὥστ' ἐρομένου τινὸς, κ. τ. λ. [Longin. 9, 4. Xen. Ages. 1, 24. " Valck. Anim. ad Ammon. 143. * Φρονηματιάω, Tzetz. Exeg. in Il. p. 21, 23." Schæf. Mss. " Chrys. in Ep. ad Hebr. Serm. 28. T. 4. p. 576, 38." Seager. Mss.] Affertur ETIAM Φρονηματώδης pro ead. signif. [Philostr. V. Polemon. p. 535. " Boiss. 427. 512." Schæf. Mss. Vide Φρονιμώδης.]

Item VERB. Φρονηματίζομαι, Animos tollo, Efferor, Majores spiritus duco, ut Fabius loquitur; Magnifice de me sentio. Ita Bud., qui affert partic. præt. (1, 68, 7. 2, 3, 3.) πεφρονηματισμένος e Polyb. et Diod.: et aoristum φρονηματισθέντες ex Aristot. Vide Comm. 891. Forsan φρονηματίζομαι exponi possit e Dem. φρόνημα παραλαμβάνειν. Habet autem Suid. et vocem ACTIVAM Φρονηματίζω, sed absque ullo exemplo. Certe ubicunque extet, credibile est accipi pro Facio ut quis animos tollat, vel se efferat, Animi elationem alicui effero. [" Schol. Theocr. 14, 48. ad Diod. S. 1, 221. 426. 463. 695. Heind. ad Plat. Hipp. 141." Schæf. Mss.] Hinc verbale NOM. Φρονηματισμὸς, Ipsa actio efferendi se, et animos tollendi. Alicubi tamen reddi potest Animi elatio, sicut et φρόνημα, ut in quodam loco quem affert Suid., ubi ipse exp. ἔπαρσιν et τῦφον. [Polyb. Fr. Gr. 106.]

Φρόνησις, ἡ, Prudentia, Sapientia, Intelligentia: quarum Cic. interpr. exempla habes in meo Cic. Lex. A Plut. περὶ τῆς Ἠθικῆς Ἀρετῆς dicitur φρόνησις esse virtus ποιητέα ἐπισκοποῦσα, καὶ μὴ ποιητέα. Habes ejus definitionem et ap. Aristot. Rhet. 1. Isocr. ad Demon. (2.) Ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. Apud Eund. legimus in Panath. Ὑπερηφάνοις γενομένοις καὶ τὴν φρόνησιν διαφθαρεῖσι. Est certe frequens φρόνησις pro ea virtute, quæ a Latinis Prudentia vocata fuit. Sed redditur etiam Intelligentia, et quidem a Cic. quoque (de Off. 1, 45.) ut modo dixi. In VV. LL. affertur ex Aristot. Top. pro Intelligentia perceptioneque rerum quæ a scientia traduntur. Bud. autem ἀντὶ ἐπιστήμης, i. e. Pro scientia, sæpe a Plat. accipi testatur. [" Eur. Suppl. 216. Luzac. Exerc. 35. ad Anacr. p. 9. Fischer., Brunck. Œd. T. 601. Musgr. Bacch. 314. Ind. ad Xen. Mem." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * Αὐτοφρόνησις, Himer. Eclog. 32, 72. * Φρονητέον, Phalar. Epist. 38.]

Invenitur ETIAM Φρόνις ap. Hom., quod quidam per sync. factum putarunt e φρόνησις. Od. Γ. (244.) de Nestore, ἐπεὶ περίοιδε δίκας ἠδὲ φρόνιν ἄλλων. At vero Δ. (258.) Πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναηκέϊ χαλκῷ Ἦλθε μετ' Ἀργείους, κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλὴν, quidam pro φρόνησιν itidem intellexerunt, quidam, præpositionem jungentes nomini, putarunt καταφρόνησιν significari. Sed et pro λείαν accepisse quosdam ex recentioribus testatur Eust. [" Wakef. S. Cr. 1, 24. Musgr. Andr. 365." Schæf. Mss. Opp. Ἁ. 1, 653. Lycophr. 1456. Φρόνις, * Φρόνος, Valck.

A Schol. in N. T. 2, 231.]

Φρόνιμος, ὁ, ἡ, Prudens, Sapiens, ut a Cic. redditur ap. Plat. Esse alioqui σοφοὺς alios quam φρονίμους, docet Aristot. Eth. 6, (7.) cum scribit Anaxagoram et Thaletem atque alios hujusmodi fuisse quidem vocatos σοφοὺς, at non φρονίμους, utpote ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὑτοῖς. Eod. l. φρονίμους appellari tradit τοὺς δεινοὺς etiam et πανούργους. Ab Aristot. φρόνιμοι et ἄφρονες inter se opponuntur, sicut ap. Matth. 25, (4.) αἱ φρόνιμοι παρθένοι opponuntur ταῖς μωραῖς. Sed aliquis dicitur etiam φρόνιμος περί τι, τινος. Affertur enim e Plat. de LL. Φρόνιμος περὶ συνουσίας, et φρόνιμος περὶ τῶν πολεμικῶν, e Xen. Ἀπολ. (20.) pro Perito. Talis certe est signif. nominis φρόνησις, cum περὶ τῆς ἐπιστήμης dicitur. [" Phryn. Ecl. 170. Plato Lys. p. 19. Dionys. H. 3, 1464. Zeun. ad Xen. K. Π. 121. 763. Valck. Phœn. p. 789. ad Herod. 516. Opp. σοφὸς, Heind. ad Plat. Hipp. 124. Conf. c. φιλότιμος, ad Dionys. H. 3, 1368." Schæf. Mss. Soph. Aj. 259. El. 1058.

B Bato Athenæi p. 163. Φρονιμώτερος, LXX. Gen. 41, 39. Φρονιμώτατος, ibid. 3, 1. * " Παμφρόνιμος, Tzetz. Ch. 4, 596. Vir doctus in Class. Journal 23, 164. proponit παραφρονιμώτατος in loco Tzetzæ pro παμφρ. Sed hæc correctio versum syllaba una longiorem facit." Boiss. Mss.] Hinc ADV. Φρονίμως, Prudenter Sapienter, ut ζῆν φρονίμως Cic. ap. Epicurum vertit, Sapienter vivere. [Symm. Cohel. 7, 1.] Compar. gradus Φρονιμώτερον, Prudentius, Sapientius. Superl Φρονιμώτατα, Prudentissime, Sapientissime. At vero COMP. Παραφρόνιμος vide in Παραφρονῶ. [* Φρονιμότης, Epiphan. 1, 275. " Greg. Nyss. Antirrh. adv. Apoll. 7. p. 140." Kall. Mss. * " Φρονιμώδης, vocem quæ ab HSt. omittitur, obelo perfodit Schn. Caret et auctoritate et analogia; ac sicubi inveniatur, restitue probam vocem φρονηματώδης, obviam in Philostr. Her. 683." Osann. Auct. Lexx. Gr. 166. Vox bene Græca, Bast. Ep. Cr. 25. " Boiss. Philostr. 512." Schæf. Mss. * Φρονιμεύομαι, Phryn. Ecl. 386. Φρονιμεύεσθαι μὴ λέγε, φρονεῖν δὲ τὰ ὄντα. " Verbum

C φρονιμεύεσθαι, quod in Gloss. Græcitatis mediæ commemoratur et etiam nunc vivit in Græcorum sermone, nisi Phrynichus in numero proscriptorum retulisset, vix notum esset hodie, quippe ne Lexicographis quidem animadversum; nec * Φρονίμευσις, Schol. Lucian. Bis Accus. 21. p. 78. receptum est; sed quod ex J. Stob. (Ecl. Eth. 194.) proferunt * φρονίμημα, luce clarius est in * φρονίμευμα mutandum esse." Lobeck.]

Composita verba cum nominibus, adverbiis, et præpp.

Ἀλλοφρονέω, Aliud in animo habeo, Non attendo, Mentem non adhibeo ad id quod cerno. Od. K. (374.) Ἀλλ' ἥμην ἀλλοφρονέων· κακὰ δ' ὄσσετο θυμός. ‖ Mente sum alienata, Insanio. Il. Ψ. (698.) Κὰδ δ' ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἷσαν ἄγοντες. Eust. Herodotum quoque (5, 85.) ita usum docet: [Aliter sentio, 7, 205. " Theocr. 22, 129. ad Herod. 43. 415. 601. Tzetz. Exeg. in Il. p. 9, 8." Schæf. Mss.]

D Ἀναφρονέω, Rursum sapio, Resipisco. Idem valet et ἀνανήφω, ut suo loco dictum est. Basil. ad Juvenes, Ὅπως ἂν ἐξ ἑλλ. κ. τ. λ. τοὺς δὲ οὕτως ἀναφρονῆσαι ὑπὸ τοῦ μέλους, κ. τ. λ. Secundum Suidam ἀναφρονεῖν est etiam Pœnitere alicujus rei, Pœnitentia duci. [" Toup. Opusc. 2, 185." Schæf. Mss. Xen. K. Ἁ. 4, 8, 21. Valck. Schol. in N. T. 2, 500.]

" Διαφρονέων, Hes. διανοούμενος, Cogitans, Animo " volutans." [Synes. p. 39. Χαῦνόν τι καὶ διαπεφρονημένον: sed locus suspectus.]

[* Ἐκφρονέω, i. q. ἔκφρων εἰμὶ, Dio Cass. 556. Anecd. Bekk. 141. * Ἐμφρονέω, i. q. ἔμφρων εἰμὶ, Hippocr. 1149. * Ἐπιφρονέω, i. q. ἐπίφρων εἰμὶ, Od. T. 385. ἐπιφρονέουσ' ἀγορεύεις. Hes. * Ἐπιφρονέουσιν· ἐπακούουσιν.]

Εὐφρονέω, pro εὐφρονῶ, ap. Hom., Prudens sum, Prudentia valeo. Il. A. (73.) et alibi, Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν, Schol. καλῶς φρονῶν, itidemque Hes. Quidam vero accipiunt pro Bene cupiens, Benevolus. Affertur ITIDEM Εὐφρονέω

conjunctim scriptum, pro Prudens sum : tum e Suida, quem consule, tum ex Aristoph. N. (562.) εὐφρονεῖν δοκήσετε. Potius tamen, atque adeo passim, invenitur scriptum disjunctim, ut et scripsi supra in Φρονῶ. Ceterum legitur ETIAM Εὐφρονιῶν ap. Hes., si modo caret mendo hæc lectio, i. valens q. εὖ φρονῶν. [" Εὐφρονέω, Theogn. 27. Musgr. Iph. A. 1190. Heyn. Hom. 4, 38." Schæf. Mss. Soph. Aj. 491. εὖ φρονῶ τὰ σά. * Εὐφρόνησις, Schleusn. Lex. V. T.]

. Καταφρονέω, Contemno, Despicio: quæ signif. unde orta mihi videatur, docebo infra. Cum accus. ap. Thuc., et alios quosdam vetustos Scriptt.: ap. ceteros autem cum gen. potius. Thuc. 6. Τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας, 8. Τούς τε παρόντας πολεμίους ἐκ τῶν λεχθέντων καταφρονεῖν: ibid. (c. 8.) Καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυναςίαν, de quo loco dicam aliquid infra. Exempla autem constructionis cum gen. passim obvia sunt. Jungitur porro non solum genitivo personæ, sed frequenter et gen. rei. Herodian. 5, (5, 10.) Καταφρονήσας τῶν ὑπὸ τῆς πρεσβύτιδος λεχθέντων: 3, (6, 11.) Ἀλβῖνος δὲ σπονδῶν καὶ ὅρκων καταφρονήσας: (2, 10, 10.) Κρύους καὶ θάλπους ὁμοίως καταφρονῶν. Pass. Καταφρονοῦμαι, Contemnor, Despicior. Lucian. Οὐδὲ καταφρονηθήσῃ. Item καταφρονεῖσθαι εἴς τι, Xen. Ἑλλ. 7, (4, 29.) Τὸν πρόσθεν χρόνον εἰς τὰ πολεμικὰ καταφρονούμενοι μὲν ὑπ' Ἀρκάδων. De differentia autem verbi καταφρονεῖν a περιφρονεῖν, in hoc verbo dicendum erit. || Καταφρονέοντα, Gal. ap. Hippocr. exp. τὸν ἀνετέως αἰσθανόμενον, ubi non dubium est quin ἀνετέως mendosum sit. [" Forsan ἀτενέως vel ἀτενῶς leg. Erotian. in Gloss. Hipp. Κατεφρόνεε· κατενόει." Schw. Mss.] Bud. ex Herod. (1, 59.) affert pro Affecto, Meditor: [" Καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, Tyrannidem meditans, Animo agitans. Et, ut ap. Hippocr., sic etiam ap. Herod. καταφρονεῖν subinde nil aliud signif. nisi κατανοεῖν, Considerare, Cogitare: Herod. 1, 66. Καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, Fortiores se esse reputantes quam Arcades: 8, 10. Καταφρονησάντες ταῦτα, Hæc considerantes, reputantes." Schw. Mss. " Καταφρονεῖτε, Contemnitis, Despicitis. Contrario sensu poni videtur ap. Herod. l. c. ubi cupidissimus imperii Pisistratus dicitur καταφρονήσας τὴν τυραννίδα. Sed probabiliter ille scripserat καὶ φρονήσας, ut ap. Aristoph. (Σφ. 505.) legitur de eo qui tyrannidem affectabat, φρονῶν τυραννίδα." Valck. Schol. in 1 Cor. 11, 20.] Quod ad Contemnendi signif. attinet, eam inde ortam esse arbitror, quod quem contemnimus, videmur quodammodo φρονεῖν κατ' αὐτοῦ, quod fuerit, ad verbum, Sentire adversus eum, i. e., Malam de eo habere opinionem. Apud Thuc. autem in eo quem protuli, loco e l. 8. Καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυναςίαν, existimavi aliquando καταφρονήσαντες positum esse pro καταγνόντες: et ne nunc quidem de hac sententia facile deduci possim. [" Kuhn. ad Paus. 81. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 12. Ammon. 144. omnino Valck. ad Herod. 27. Lennep. ad Phal. 140. Thom. M. 510. Brunck. Soph. 3, 516. Contemnens opinor, Wolf. in Add. ad Xen. Hell. Schneid. p. 121. Valck. l. c. Wessel. 32. Considero, Larcher ad Herod. 5. p. 416. Valck. l. c. Wessel. l. c. et 623. Diss. Herod. 197. Puto de —, Wakef. S. Cr. 3, 68. ubi de loco Herodoteo. De constr., Abresch. Lectt. Aristæn. 277. ad Herod. 533. ad Diod. S. 2, 370. Cum gen., Xen. Mem. 1, 2, 9. Cum accus., Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 25. Sequ. infin., Xen. Ἑλλ. 4, 5, 12. Wolf. ad h. l. p. 121. Τὸ καταφρονοῦν, Dionys. H. 2, 945." Schæf. Mss. " Cum gen., Minus æstimo, Theoph. ad Autol. 2, 38." Schleusn. Mss. Plato Apol. 16. Ὃς τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι. Plut. Superst. 3. Ἐξαναστάντες οὐ κατεφρόνησαν. * Καταπεφρονηκότως, Contemtim, Diod. S. 404. 448. 473. 703. Demosth. 219. * Καταπεφρονημένως, idem, Schol. Lucian. adv. Indoct. c. 10. " Chrys. Hom. 21. T. 5. p. 129, 9." Seager. Mss.] Καταφρόνημα, τὸ, Contemtus, Contemtio, Despicientia, Thuc. 2. vide Καταφρόνησις quod proxime sequitur. [" Valck. ad Herod. 27. Toup. Emendd. 2, 627. ad Charit. 604." Schæf. Mss. Dio Cass. 449.] Καταφρόνησις, ἡ, i. q. præcedens, sed usitatius. Thuc. 2, (62.) p. 67. meæ Ed., pro eod. καταφρόνησιν et καταφρόνημα usurpat. At 1, (122.) p. 39. in hoc verbali præp. intensive positam existimat Schol., quem ibi vide. [" Ad Charit. 603." Schæf. Mss.] " Καταφρονητέον, Despiciendum," [Athen. 625. " Orig. c. Cels. 433." Kall. Mss.] Καταφρονητὴς, ὁ, Contemtor. Apud Plut., θαυμασταὶ et καταφρονηταὶ inter se opp.: [Bruto 12.] Καταφρονητικὸς, Ad contemnendum propensus, Qui ita est a natura comparatus, ut facile ceteros contemnat. Utitur Aristot. Eth. 4, 3. ubi quidam interpr. Propensus ad ceteros contemnendos natura, item Contemtor natura. In VV. LL. dicitur καταφρονητικὸς, idem esse cum καταφρονητὴς, cum alioqui ut θαυμαστὴν καταφρονητῇ, sic θαυμαστικῷ opponi καταφρονητικὸν videamus. [Plut. 6, 147. " Καταφρονητικώτερον, Anna C. 402." Elberling. Mss.] Item ADV. Καταφρονητικῶς, Contemtim, Per contemtum, Xen. Ἑλλ. 4, (1, 9.) et 5, (3, 1.) Affertur et cum gen. K. τῶν εὐτελεστέρων, Contemtu viliorum. [Plut. Lysandro 11. Cæsare 2. " Schol. Lucian. Jov. Trag. 15. Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imagg. 116. Combef., Glossator ad Soph. Œd. T. 874. ap. Brunck., Anna C. 148." Boiss. Mss. " Valck. Diatr. 71." Schæf. Mss.] AT VERO Καταφρόνητος in VV. LL. redditur Qui est contemtui, Despectus. Sed exemplum desidero; ac vereor ne irrepserit pro BICOMP. Εὐκαταφρόνητος, quod redditur itidem Contemtus, Despiciendus: et compar. εὐκαταφρονητότερος, Contemtior. Sed sonat potius q. d. Contemtibilis, Qui talis est ut facile in contemtum veniat, s. venire possit. Latine potius Aspernabilis. Utuntur autem cum alii, tum Herodianus. Interdum etiam οὐκ εὐκαταφρόνητον dicitur esse aliquid, ubi reddi potest Non pœnitendum: ea signif. qua dicitur Haud pœnitenda merces. [Diod. S. 758. Euseb. H. E. 5, 1. p. 206. Osann. Auct. Lexx. Gr. 73. Dionys. H. de C. VV. c. 2. p. 11. ὀνόματα, Verba abjecta, humilia, quæ et ταπεινά. " Toup. Opusc. 1, 348. ad Charit. 241." Schæf. Mss. * Ἐνευκαταφρόνητος, f. l. ap. Athen. 10. p. 180. Schw. = 458. Cas. * " Εὐκαταφρονήτως, Contemtu vel Despicatu digne, Orig. c. Cels. p. 23. 101. 164. 325." Kall. Mss. " Bergler. ad Alciphr. 198." Schæf. Mss.] " Ἀκαταφρόνητος, Non contemtibilis vel contemnendus: Plut. τὸ ἀκαταφρόνητον videtur accipere pro Contemni nolle, cum in libro de Frat. Amore dicit quosdam in fratribus τὸ φιλόνεικον nominare ἀκαταφρόνητον." [Joseph. A. J. 9, 11, 2. Xen. Ages. 6, 8. " Chrys. in 1 Thess. Serm. 6. T. 4. p. 192, 29." Seager. Mss.] " Δυσκαταφρόνητος, Qui contemni despicique vix potest." [Δυσκαταφρονητότερος, Contemtui minus obnoxius, Xen. K. Π. 8, 1, 14. * " Ἀντικαταφρονέω, Georgius Lapitha Poëm. Mor. 1354." Boiss. Mss. Dio Cass. 544. * Προσκαταφρονέω, 202. * Συγκαταφρονέω, Appian. B. C. 1. p. 705. * Συγκαταφρόνησις, B. Syr. p. 100. * Ὑποκαταφρονέω, Hippocr. 1133. Ad verbum Καταφρονέω referendum etiam videtur adv. * Καταφρονέστερον, ap. Isæum p. 195. Πολλῶν δὲ δικῶν ἐν τῇ πόλει γενομένων, οὐδένες ἀναιδέστερον τούτων οὐδὲ καταφρονέστερον ἀντιποιησάμενοι φανήσονται τῶν ἀλλοτρίων. " Adverbium rarius quidem inventu, bonæ tamen illud notæ, sine causa incusantem (Stephanum) haud audio; ut ἀναιδέστερον est Majore cum impudentia, ita καταφρονέστερον est Majore cum contemtu. Dicet, ἀναιδὴς quidem se nosse, negabit autem * καταφρονὴς nosse. Respondeo, adverbiorum formam derivatorum ab adjectivis præferentium esse nonnulla, quorum primitiva, h. e. adjectiva in usu minus sunt, et nihilominus tamen adverbia inde producta probæ notæ et crebri usus sunt." Reisk. * Καταφρονικὸς autem et * Καταφρονικῶς, prius ap. Gal. Comm. 2. in Hipp. Epid. p. 74. Καταφρονικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων, posterius ap. Appian. 2, 236. in καταφρονητικὸς et καταφρονητικῶς mutanda sunt: vide Lobeck. *Phryn.* 520.]

[* " *Μεταφρονέω, Basil. 3, 294.*" Bast. Mss. *in* Ind. Scap. Oxon.

Ὁμοφρονέω, Eadem sum mente, s. voluntate,

Eadem mihi est sententia, Idem sentio, Sum concors. Od. I. (456.) Εἰ δὴ ὁμοφρονέοις, ποτιφωνήεις τε γένοιο. Affertur autem ὁμοφρονέων πόλεμος, ex Herod. fortasse, (imo 8, 3.) pro Bello quod concorditer geritur: [7, 229. 8, 75. 9, 2.]

Παραφρονέω, Sum demens, Desipio, Deliro. Aristoph. Πλ. init. Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, (1477.) Ἐνταῦθα σαυτῷ παραφρόνει καὶ φληνάφει: Σφ. (8.) Ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς. Plut. Pericle, Τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες, Qui in delirium s. mentis errorem e morbo inciderunt. Possumus autem παραφρονῶ reddere et uno verbo Dementio, e Lucr. Sæpe animus dementit enim deliraque fatur. Nam quod ad alteram lectionem attinet, Sæpe animus dementia enim deliraque fatur, eam supposititiam esse puto, et ab iis ortam, quibus Dementit suspectum erat. Sed supicionem mendi Lactantius adimit, eo verbo non semel utens. [" Thom. M. 691. Abresch. Æsch. 2, 54. Stanl. Eum. 379. Cattier. Gazoph. 84. Valck. ad Herod. 206." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 807. παραφρονῶ φόβῳ λόγου. Παραιφρονέω, Theocr. 25, 262.] Παραφρόνησις, Deliratio, Insipientia, [Schol. Soph. Œd. T. 118. Schleusn. Lex. V. T.] Pro quo dicitur etiam παραφροσύνη: sed hoc fit a nomine παράφρων, sicut et nom. Παραφρονία, quod redditur Dementia: verum ejus exemplum desidero. AT VERO Παραφρόνιμος, nomini φρόνιμος ita præfixam præp. habet ut in παραφρονῶ præfixa est verbo φρονῶ. Est autem παραφρόνιμος, sicut παράφρων, Amens, Demens. Affert autem ejus usus exemplum Suidas, quem alioqui rarum esse puto. [Soph. Œd. T. 691.]

Περιφρονέω, Contemno, Despicio, sicut et καταφρονῶ. Hieron. tamen in Ep. ad Titum, ita hæc distinguit, ut καταφρονεῖν sit generaliter Contemnere, quod et in bonam partem accipi possit: veluti si quis pro Christo contemnat cruciatus aut mortem: at περιφρονεῖν dicatur qui fastu quodam sibi videtur alio melior ac sapientior. Sed afferam ipsamet Hieronymi verba. Ita igitur ille in Ep. ad Titum, c. 2. et quidem in hæc ejus verba, Μηδείς σου περιφρονείτω. Existimet aliquis, inquit, hoc ipsum nunc ad Titum scribi quod ad Timotheum dictum est, Nemo adolescentiam tuam contemnat. Nos vero juxta sermonis Græci differentiam, aliud putamus significare περιφρονείτω, quod hic scribitur, et aliud καταφρονείτω, quod ad Timotheum dictum est; et præpp. περὶ vel κατὰ sensum facere diversum. Aliquanto post, Existimamus itaque καταφρόνησιν ad contemtum proprie pertinere, vel cum quis inter eculeum laminasque distentus, contemnit dolorem, et nec judicis comminationem, nec circumstantis populi fremitum pertimescit; sed pro confessione martyrii, universa supplicia contemnit et despicit. E contrario autem est et malus contemtus, de quo, etc. Paulo post, Περιφρόνησις autem illud sonat, (sicut Stoici tamen asserunt, qui distinguunt inter verba subtiliter,) cum quis confidens sibi se alio esse meliorem, despicit eum quem inferiorem putat: et super (i. e. plus) sapiens, humiliorem existimat dignum esse contemtu. Tale quid intumescens superbiæ vanitate, et cœlum ipsum solemque despiciens, ap. Græcos quidam dixisse deluditur, Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον: quod nos Latine possumus dicere, Scando per aërem, et pluris me novi esse quam solem. Περιφρόνησις ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet, Nemo eorum qui in ecclesiis sunt, te segniter agente, sic vivat ut se putet esse meliorem. Hactenus Hieron.: cui certe non assentior de ea quam inter καταφρονεῖν et περιφρονεῖν statuit differentia, et quidem ap. Paulum præsertim. Eum enim tam exacte vim præpositionum in his verbis ponderasse, mihi non fit verisimile. Hoc constat, περιφρονῶ accipi pro Contemno, sicut et καταφρονῶ: quod verbum unde hanc signif. habere mihi videatur, supra exposui. Quod autem ad Aristoph. locum attinet, ex ambigua verbi περιφρονῶ signif. captatum esse risum constat: de qua ambiguitate Hieron. tacere nequaquam debuit: eam ipse paulo post patefaciam. Hoc prius sciendum est, περιφρονῶ pro Contemno, non genitivo solum, sed et accusativo jungi; et utriusque constr. exempla in

A præcedentibus ll. extare: sed constructionem cum gen., linguæ communi ascribi, at cum accus., linguæ Atticæ. Videmus certe Aristoph. supra non illa, sed hac uti. At Plut. genitivo junxit, (sicut et Paulus,) in Pericle, Αὐθαδείᾳ τινὶ πρὸς ἔνδοξον ἰσχὺν, περιφρονῆσαι τῶν Λακεδαιμονίων. At Greg. Naz. eandem quam Aristoph. constr. illi dedit, Epit. in Patrem, Καὶ τοῦ κόσμου περιφρονεῖν τὸ ἀπατηλὸν καὶ ἄτακτον. Venio ad alteram verbi περιφρονῶ signif., qua poni dicitur pro Circumspicio, Contemplor, Scrutor, Inquiro. Aristoph. N. (739.) κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα. Sonare certe non potest περιφρονῶ, Circumspicio, (si utriusque vocis origo consideretur,) sed retinendo simplicis φρονῶ signif., dici potest, meo quidem judicio, sonare, Circumquaque mentem converto, s. Animo considero, vel perpendo, mentem circumquaque agitans. Captans autem risum e duplici signif. verbi hujus Aristoph. tanquam sc. ambiguitatem pariente, introduxit Socratem dicentem, (N. 225.) Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρο-
B νῶ τὸν ἥλιον: cum enim intellexisset περισκοπῶ τὸν ἥλιον, tamen tanquam significare voluisset ὑπερφρονῶ τὸν ἥλιον, respondetur, Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς; (malo enim legere cum interrogatione) contemtum deorum illi objiciendo. Ceterum affertur et alius hujus verbi usus ex LXX. Interprr. Sap. Solom. 1, (1.) Περιφρονήσατε τοῦ Κυρίου ἐν ἀγαθότητι, pro Sentite de Domino in bonitate. Perinde sc. ac si scriptum esset, disjuncta præp. a verbo, φρονήσατε περὶ τοῦ Κυρίου. Sed hunc verbi περιφρονεῖν usum haud scio an alibi reperire quis possit; nec satis fidei exemplaribus in hac lectione adhibeo. Quod vero ad duas alteras signiff. attinet, priorem locum ei dedi, qua ponitur pro Contemno, propter Καταφρονῶ et Ὑπερφρονῶ idem significantia. [" Thom. M. 510. 870. Abresch. Æsch. 2, 54. Stanl. Eum. 379. Kuster. Aristoph. 54. ad Diod. S. 2, 219. Dionys. H. 1, 178. Bast Lettre 101. Boiss. Philostr. 569. Matth. ad Ep. Pauli ad Tit. p. 131." Schæf. Mss. Thuc. 1, 25. Plut. Thes. 1. " Περιφρ. τοῦ ζῆν,
C Contemnere vitam, 3, 22. Οὐ περιφρονοῦσα ἡλικία, Non admodum sapiens ætas, 3, 3. ubi v. notas. Cf. Etym. M. v. Περίπατος, et Spanh. ad Aristoph. N. 225." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. * " Περιφρονητέος, Planud. Ovid. Met. 10, 684." Boiss. Mss.] Περιφρόνησις, Contemtus, Despicientia. Greg. Naz. de Cypriano, Τὴν τῶν χρημάτων περιφρόνησιν, τὴν τοῦ τύφου κατάλυσιν. Respiciendo autem ad alterum illum verbi περιφρονῶ usum, significare alicubi potest et Contemplatio, Scrutatio. [Plut. Pomp. 57. * Εὐπεριφρόνητος, Osann. Auct. Lexx. Gr. 73. * " Περιφρονητικὸς, Eunap. Legat. 215. Commel.=470. Boiss. * Περιφρονητικῶς, Acta Jun. Bacchi p. 75. Combef." Boiss. Mss.]

Συμφρονέω, Eadem sum mente, Consentio, Assentior, In unam sententiam convenio, Conspiro. Pro cujus signif. exemplo affertur e Canone 3 Ephesini Concilii, Συμφρονεῖν τῇ ὀρθοδόξῳ συνόδῳ: cum tamen συμφρονεῖν hic sit potius Consentire, vel Assentiri, quam Conspirare. Bud. vero recte, postquam dixit
D συμφρονῶ esse Consentio, In unam sententiam convenio, Communi consilio delibero, Conspiro, pro In unam sententiam convenio, h. Greg. Naz. l. affert, Τέλος συμφρονήσας δῆμος ἅπας. At pro Delibero communi consilio, usum esse Plut. testatur. Pro Conspiro autem, affert e Polyb. de Asdrubale Annibalis patre, 3, (8, 3.) Τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτὸν, Conspirasse contra ejus inceptum tyrannidis. Ex eod. Scriptore (3, 52, 3.) habent VV. LL. Συμφρονήσαντες ἐπὶ δόλῳ, quod interpr. Composita fraude; ubi tamen et conspirationis signif. retinere potest. Apud Philon. V. M. 3. Consensionis simul et Conspirationis signif. ei datur, Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ δοκεῖν ἰδίᾳ γνώμῃ νεωτερίζειν, καὶ τὴν πρεσβυτάτην τῶν δύο καὶ δέκα φυλῶν συμφρονεῖν ἀναπείθουσιν: ita enim hæc postrema verba Turn. reddidit, Antiquissimam duodecim tribuum ad consensionem et conspirationem pelliciunt. Idem hæc Ejusd. l. 1. Ἀλλ' εἰ ὁ θυγατριδοῦς αὐτῷ μὴ συμφρονεῖ, interpr., Sed quod nepos cum ipso non consen-

tiret. || Una intelligentia concipio et comprehendo. A Aristot. de Mundo, Καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις, τῇ διανοίᾳ συνεφρόνησε. Ita enim hic vertit Bud. Comm. Sed Idem alibi testatur poni et pro Intelligo, Percipio, Conjicio: ut Plut. (Pomp. 73.) Καὶ προσεκάλει τὸν Πομπήϊον, ἤδη συμφρονῶν τῷ σχήματι τὴν τύχην καὶ μεταβολὴν τοῦ ἀνδρὸς, Percipiens, Conjiciens, Intelligens. Item ex hoc Ejusd. in Antonio (40.) Καὶ τινὲς μὲν ἠγανάκτησαν ὡς ὑπερορώμενοι, τὸ δὲ πλεῖστον ἐπεκλάσθη, καὶ συνεφρόνησε τὴν αἰτίαν, Intellexit, συνῆκε, ut Idem ibid. Quibus subjungit ex Eod. in Cæsare, Συμφρονήσαντες οἱ περὶ Κάτωνα, πείθουσι τὴν γερουσίαν, pro Hoc intelligens Cato. Quin etiam in hoc Ejusd. Apophth. loco, Ὁ δὲ, συμφρονήσας ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, cum συμφρονήσας primo reddidisset Assentiens ei, postea deleta illa interpretatione, reposuit, Intelligens et conjiciens. Ibid. addit, συμφρονῶ esse κατανοῶ. Ita ille. Ego autem existimo hanc verbi συμφρονεῖν signif. non satis verbis illis exprimi; dici enim συμφρονεῖν non simpliciter Intelligere, sed subesse quandam signif. B Cogitationis, in quam non statim, sed tandem venimus: i. e. dici nos συμφρονεῖν, cum cogitatio aliqua subiens animum, aut etiam recordatio rei alicujus, facit ut intelligamus quod prima fronte non intelligebamus. Non ignoro alioqui reddi et simpliciter verbo Cogitare, ut Plut. (6, 569.) Εἶτα μέντοι συμφρονήσας ὡς ὄνου υἱὸς εἴη, κατέπαυσε ταχὺ τὸν δρόμον. Quidam autem συμφρονήσας reddunt Ad se reversus, (tale quid fortassis exprimere volentes, quale est quod de hujus verbi signif. dixi,) ut ap. Plut. Camillo, Συμφρονήσας ὁ Βρέννος ἀπήγαγε τοὺς Κελτοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον. Item in illo, quem paulo ante protuli, ex Apophthegmatis, Ὁ δὲ, συμφρονήσας ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς. Affertur et cum infin. pro Augurari: ex Eod. in Themistocle, (28.) Συμφρονεῖ πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπεσθαι, Auguratur se ad illum mitti. Sed tolerabilius esset verbum Conjicit: quod quorundam locorum interpretationi paulo ante adhiberi vidisti. Alioqui et hic illam Cogitandi signif. habere manifestum est; possitque fortasse commode reddi, Cogitatio C hæc illius animum subit. Nisi quis malit, Re perpensa, arbitratur. Quod porro ad h. l. attinet, Γυναῖκες ἰδίᾳ πρὸς αὐτὰς συμφρονοῦσαι, cui datur hæc interpr., Mulieres suo privatim judicio permotæ; ego contra συμφρονεῖν hic puto dici mulieres pro Conspirare. Si tamen alio exemplo comprobari et illa signif. possit, de qua dictum fuit, sc. pro Deliberare communi consilio, hic et ipsa locum fortassis habere possit. [" Ad Diod. S. 1, 534. Dionys. H. 2, 1240. 3, 1333. Resipisco, Plut. Alex. 22. 172. et not. cf. p. 178. Schm. Intelligo, Percipio, Paus. 326. 380. ad Liv. 1. p. 30. Plut. Alex. 145. Schm. Conf. c. συμφωνῶ, ad Dionys. H. 1, 154." Schæf. Mss. Plut. Cat. Min. 70. Athen. 521. LXX. 3 Macc. 3, 2. Joseph. A. J. 18, 2. p. 875. Hav.] Συμφρόνησις, ἡ, Consensio, Consensus, Conspiratio. [Joseph.] At Συμφροσύνη eand. signif. habens, verbale non est, sed fit a σύμφρων: ideoque subjunctum ei fuit supra.

[* " Ὑποφρονέω, Prospicio, Sperno, Contemno, Joseph." Lex. Gr. Lat. ap. P. Baldvin. 1611. Schneidero susp.] D

ΦΡΟΝΤΙΣ, ίδος, ἡ, Cogitatio, Cura, Solicitudo. Priorem autem locum do illi signif., qua ponitur pro Cogitatione, quod φρονεῖν itidem pro Cogitare usurpari videamus. Illam certe signif. habet in veteri Prov. Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι: [Eur. Hipp. 440. Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι:] nam hic et Cic. φροντίδες interpretatus est Cogitationes: Phil. 12. Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. Idem hunc Euripidis versum in Theseo (Fr. 4.) Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην, vertit, Futuras mecum commentabar miserias. Ubi tamen φροντίδας et pro Curis accipere possumus. Jungitur autem φροντὶς cum variis verbis, sicut et Cura ap. Latinos. Dicitur enim φροντίδα ἔχειν, et διὰ φροντίδος ἔχειν τι, item φροντίδα παρέχειν: nec non φροντίδα ποιεῖσθαι, et ἐν φροντίδι ποιεῖσθαί τι: item ἐν φροντίδι εἶναι. Est autem φροντίδα ἔχειν, Curam habere; at διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. Herodian. 8, (2, 14.) Πάντα εἶχον διὰ φροντίδος. Idem cum infin. junxit, præcedente præp. ὑπὲρ habente gen. τοῦ: 8, (7, 15.) Ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν: quam constr. observandam potius quam imitandam censeo. Dixerunt enim veteres, φροντίδα ἔχειν τινὸς, potius quam φροντίδα ἔχειν ὑπέρ τινος. Quod autem attinet ad φροντίδα παρέχειν, Latine reddendum esset potius Molestiam exhibere, quam Curam exhibere; sed possumus ap. Xen. reddere Curam injicere, e Terent. At φροντίδα ποιεῖσθαι e Phal. Epist. affertur pro Curam suscipere, cum ἐν φροντίδι ποιεῖσθαι sit simile illi superiori διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. Venio ad ultimum illud ἐν φροντίδι εἶναι, quod Xenophonti frequens est, et quidem sequente τί, vel ὅ, τι: ut Ἑλλ. 6, (5, 33.) Ἐν φροντίδι ἦσαν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ Λακεδαιμονίων: Κ.Π. 5, (2, 2.) Ἐν φροντίδι ἦν ὅ, τι ποτὲ εἴη ταῦτα. Latini, ac præsertim Plautus et Terentius, dicunt Cura est, sequente particula Ut. Legitur item plur. numero, εἶναι ἐν φροντίσι, et εἶναι ἐν μεγάλαις φροντίσι, Esse valde solicitum. Habeturque illud ap. Herodian. (7, 8, 1.) qui etiam dicit (3, 4, 8.) Ἐν φροντίσι καὶ δέει διαγρηγορήσαντες: nec non, (2, 3, 1.) Φροντίσι μεγίσταις τὴν γνώμην ἐταράττετο. Apud Eund. (6, 7, 4.) legimus εἰς φροντίδα ἐμβάλλειν, quod sonat ad verbum, In curam conjicere; sed possit et hic locum habere illud loquendi genus, cujus paulo ante memini, Curam injicere. AT VERO Φρόντις, Φρόντιδος, Nomen est proprium non solum viri, sed et mulieris ap. Hom. [" Φροντὶς, Wakef. Phil. 863. ad Herod. 276. Anacr. p. lxvii. 23. Fischer. Φροντίδι, ad Phalar. 273. 275. Φροντίδα ποιεῖν, ποιεῖσθαι, ad Diod. S. 2, 214.: ποιεῖσθαι, Valck. Callim. 147.: de constr., ad Diod. S. 2, 23.: τίθεσθαι, Bast Lettre 60. Ἐν φροντίσιν ὑπάρχειν, Toup. Opusc. 1, 362." Schæf. Mss. " Ærumnosa dubitatio, Philostr. 41." Wakef. Mss. Parthenius c. 2. Ἐν φρ. πολλῇ εἶχεν αὐτόν: 9. ἐν φρ. γίνεσθαι. Schleusn. Lex. V. T. * Φροντιδοκόπος, unde * Φροντιδοκοπέω, Nicet. Annal. 11, 7. Φροντιδοκοπεῖται ὑπὲρ αὐτῶν.]

Ἄφροντις, ιδος, ὁ, ἡ, Curæ expers, Cura s. curis vacuus, Securus. Lucian. (1, 276.) Εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες. Alicubi redditur per adverbium: (2, 707.) Ἀφρόντιδι ἀναπαυομένῳ, Secure dormienti. Ἀφρόντιστος autem vide post alia quæ e πεφρόντισται sunt itidem derivata. [* Δίφροντις, Anceps animi, Æsch. Ch. 194. * Δύσφροντις, Eust. 1546, 41. Phav. 223. * Ἔμφροντις, Solicitus, ut bene restituit Vales. ad Socr. H. E. 7, 24. " I. q. ἐνθύμιος, Buttm. Schol. Od. N. 421." Elberling. Mss. * " Λυσίφροντις, Const. Manass. Amat. 6, 61." Boiss. Mss. * Πολύφροντις, Anacr. 39, 6. LXX. Sap. 9, 15.]

Φροντίζω, F. φροντίσω, (et Attice φροντιῶ,) Pr. ικα, Cogito, Commentor, Meditor, Curo, Curam gero. Sed pro Cogito, Commentor, Meditor, accus. habet; cum autem signif. Curo, gen., interdum accus. Plato Symp. Ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ τι φροντίζων ἕστηκε. Athen. 9. Ὁ δὲ, σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος, At ille cum multum meditatus quæstionem rejecisset, Bud. Hanc autem Meditandi s. Cogitandi signif. sequuntur verbalia, Φρόντισμα, Φροντιστὴς, Φροντιστήριον. Quin etiam passivum PARTICIP. Πεφροντισμένος itidem ponitur pro Cogitatus, s. Meditatus, ut πεφροντισμένη ἀπόκρισις ap. Plut. Lyc. Meditata responsio, ubi tamen redditur etiam Accurata responsio. Apud Diod. S. habetur itidem λόγος πεφροντισμένος pro Meditata oratione, Διελθὼν λόγον πεφροντισμένον περὶ τῆς εἰς τοὺς Γαγγαρίδας στρατείας. Alter usus hujus verbi, quo ponitur pro Curam gero, Curo, frequentior est; et quidem cum gen. ut modo dixi; sed is interdum præfixam habet præp. περὶ, vel ὑπέρ. Nonnunquam autem accus. jungitur: quarum constrr. exempla subjungam; simulque quibus aliis verbis reddatur, ostendam. Aristoph. N. (125.) ἀλλ' εἴσειμι· σοῦ δ' οὐ φροντιῶ, ubi observa etiam FUT. Φροντιῶ. Apud Lucian. cum personæ itidem gen. præfixo adverbio ὀλίγον, ubi scribit, Ὀλίγον φροντίζω σοῦ. Apud Plut. cum βραχέα, quod eund. usum habet, quem illud ὀλίγον, sed melius respondet Latino Parum, cum dicatur itidem Parum curo, pro Non curo, Βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. Est enim βραχέα

pro βραχὺ, quod et ap. Dem. invenitur adverbialiter cum hoc ipso verbo positum. Sed βραχέα φροντίζων hic redditur etiam Parvi faciens, mihi autem magis placuerit Nihil morans. At cum gen. rei, Xen. ('Aπ. 2, 1, 24.) Οὐ πολέμων φροντιεῖς, ubi observa rursus alterum illud fut. sicut et ap. Aristoph. Plut. Theseo, Φροντίζων τῆς ἀπειλῆς αὐτοῦ, ubi redditur, Qui minis ejus movetur. Cum præp. περὶ præfixa gen., ut Demosth. (431.) Οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. Xen. ('Aπ. 1, 4, 17.) Περὶ τῶν ἐνθάδε φροντίζειν. Alteri præpositioni, sc. ὑπὲρ, reperitur junctum hoc verbum ap. eund. Demosth. non semel, ut (9.) Εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε, (526.) Οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν οὐδὲ τῶν νόμων φροντίσας. Quod autem VV. LL. tradunt, φροντίζω jungi etiam præpositioni πρὸς, ut in h. l. Φροντίζων πρὸς αὐτὸν ὡς δώσει δίκην, absurdum esse manifestum est; si enim diceretur φροντίζω πρός τι pro περί τινος, tunc præpositioni πρὸς jungi hoc verbum merito diceremus: at cum dicitur φροντίζω πρὸς ἐμαυτὸν τοῦτο, vel sequente ὡς, s. ὅπως, nemo est qui non videat præp. πρὸς ad ipsum verbum non ferri. Denique et accus. jungitur, uti dixi, velut in h. Aristoph. l. (N. 189.) μὴ νῦν τοῦτο γε φροντίζετε, Ne hoc curetis, soliciti de hoc sitis: ('Iππ. 1353.) μὴ φροντίσῃς, sine adjectione. E Diosc. autem 7. affertur, * Φροντιστέον τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἐσχάρας μάλιστα ἐκ τούτου, ὅπως μὴ τάχιον τὰ μέρη συγκλεισθείη, pro Curandum est ne crusta decidat. Sed hoc sciendum est, inveniri verbum φροντίζω junctum accus. aliam interpr. poscens: sc. positum pro Studere, Studio incumbere, Operam ponere, Studium et operam ponere, ut et ap. Xen. ('Aπ. 1, 1, 11.) Τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα, μωραίνοντας ἐπεδείκνυε. Plut. Οἱ πεφροντικότες τὰ τοιαῦτα καὶ μεμαθηκότες. Quin etiam φροντίζειν περί τι invenitur: atque adeo affertur ex Alex. Aphr. Φροντίζειν περὶ τὸ πρᾶγμα pro Occupari in negotio. Postremo φροντίζω invenitur junctum et quibusdam particulis, sc. vel ὅπως, vel ὡς, vel εἰ. Isocr. Φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσεις, ubi redditur, Da operam nequid isto honore indignum facias. At cum ὡς habes in l. quem paulo ante protuli. Cum εἰ junxit Plato de Rep. 1. Ἔοικας ἡμῶν οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα. Quin etiam sequente particula τί invenitur cum ap. alios, tum ap. Xen. ut K. Π. 3, (3, 17.) p. 48. meæ Edit. Οὐ καταφρονοῦσιν, ἀλλὰ φροντίζουσι τί ποτε τοῦτ' ἔστι. His omnibus constrr. addam unam, sc. cum partic.: e Dem. Mid. Καὶ οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, καὶ ταῦτα, παρόντων τῶν συνειδότων. Cujus loci interpretationi commode adhibitum iri existimo adverbium, ut sc. οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, reddatur, Secure pejerabat. Sed videndum an reddi etiam possit, Nihil pensi habebat pejerare. Ceterum præt. PARTICIP. Πεφροντικὼς sine adjectione ponitur pro Solicitus, Anxius, a Synes., teste Bud., qui etiam subjungit h. Plut. l. (T. 4. p. 845.) Τῷ δὲ Δημοσθένους προσώπῳ ἀεί τις ἐπῆν σπουδή· καὶ τὸ πεφροντικὸς τοῦτο καὶ σύννουν οὐ ῥᾳδίως ἀπέλειπεν. [" Thom. M. 289., Add. ad Diod. S. 1, 625. Jacobs. Anth. 10, 21. Kuster. Aristoph. 52. Anacr. p. lxvii. Fischer., Bergler. ad Alciphr. 57. ad Mœr. 264. Act. Traj. 1, 255. Valck. Hipp. p. 176. Callim. 293. De constr., Ind. ad Xen. Mem. Cum accus., Brunck. Aristoph. 3, 32. Φρ. ὑπέρ τινος, Longus p. 103. Vill. De quant., ad Mœr. 96." Schæf. Mss. " Curis æstuo, Joseph. 592, 16." Wakef. Mss. Nicarchus Anthol. Vat. 1. p. 95. Φρόντισον ἐμοὶ ἱμάτιον. Ælian. H. A. 7, 9. Τρέφονται τροφῇ πεφροντισμένῃ. Philostr. 496. Λόγοις ποικίλοις καὶ πεφροντισμένοις εὖ, Oratione accurata, studiose elaborata. Eur. Alc. 773. Πεφροντικὸς βλέπειν: vide Lobeck. Phryn. 119. Schleusn. Lex. V. T. * Πεφροντισμένως, Prudenter, Diod. S. 307. " Strabo 15, 2. p. 3(=1006.) Hesych. v. 'Ανακῶς, Schol. Cod. Bavar. ad Dem. c. Lept. 61." Boiss. Mss. Plut. Lyc. 18. " Suid. v. 'Ακάκιος, Euseb. H. E. 305." Kall. Mss.]

Φρόντισμα, τὸ, Cogitatio, Commentatio, Commentum, Meditatio. A Bud. redditur Commentatio et Speculamen, in h. Aristoph. l., quem e Nub. esse puto, (155.) Τί δῆτ' ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους Φρόντισμα; [Lucian. 2, 835. Philostr. 482. * " Φροντισμὸς, Hes." Wakef. Mss. * Φρόντισις, Anal. 3, 289. * Φροντιστέον, Strabo 15. p. 1047. Eur. Iph. T. 468. LXX. 2 Macc. 2, 30. " Theod. Prodr. in Notit. Mss. 7, 248." Elberling. Mss. " Clem. Alex. 317. Orig. c. Cels. 283." Kall. Mss.] Φροντιστὴς, ὁ, Commentator, Qui commentationi s. commentationibus deditus est et speculationibus, ut Socrates dictus est φροντιστής. Cujus nominis fit a Xen. mentio, nec non a Plat. A Xen. Σ. (6, 6.) p. 520. meæ Edit. Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; Quibus respondet, Οὐκοῦν κάλλιον ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην; Ad quæ illi respondetur, Εἰ μήγε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι. Apud Plat. autem legitur in Apol. (2.) ubi pro φροντιστὴς τῶν μετεώρων habetur per accus. φροντιστὴς τὰ μετέωρα. At vero ap. Aristoph. (N. 266.) extat sine adjectione, φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ. Gal. τὰς διανοήσεις vocatas fuisse φροντίδας testatur, atque inde Socratem appellatum φροντιστήν. Aristoph. Schol. dicit Socraticos φροντιστὰς vocatos esse διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Ita enim ap. eum scribo, quibusdam omissis, quod mihi suspectus sit l., ut ap. eum scriptus extat: sc. ita, Φροντισταὶ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτη, διὰ τὸ φροντίζειν ἀλλήλων, καὶ διὰ τοῦτο μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Quæ lectio multo etiam minus stare poterit, si οἱ περὶ τὸν Σωκράτη pro Socrate accipiamus. Lucian. (1, 33.) Τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. Vide et Μεριμνοφροντισταὶ supra, T. 2. c. 855. [Mus. Crit. Cantab. 1, 517. " Brunck. Aristoph. 2, 70. Kuster. 52. ad Lucian. 1, 216. ad Charit. 294." Schæf. Mss. Inscr. Gruteri p. 125. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr.] Φροντιστικὸς, Ad commentationem s. meditationem aptus, etiam Commentationi deditus s. Meditationi, vel Commentationibus, sicut et φροντιστὴς redditum fuit. Redditur et Cogitabundus. Quin etiam affertur e Theophr. Φροντιστικώτερα περὶ τὴν τροφὴν, pro Magis solicita de cibo. Et φροντιστικὰ ῥήματα e Gaza, Verba solicitativa, si quidem fas est ita vocare verba, quæ solicitudinis signif. habent. Apud Plut. de Def. Orac. τὸ φροντιστικὸν redditur Cogitatio, sicut τὸ λογιστικὸν, Ratio. Nam h. l., Ἢ τὸ λογιστικὸν καὶ φροντιστικὸν ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι τῶν παρόντων, ἀλόγῳ καὶ φαντασιαστικῷ τοῦ μέλλοντος ἐπιστρεφομένας, Turn. ita vertit, Aut cum ratione et cogitatione relaxata et a rebus præsentibus liberata et avocata, pars ea, quæ ratione vacat et visis pellitur, in futurum intenta est. [Curis deditus, Alex. Trall. 7. p. 131. " Jacobs. Anth. 12, 238. Heyn. Hom. 5, 665. Ruhnk. Ep. Cr. 290." Schæf. Mss. " Athen. 40. Schol. Od. N. 12. Hes. v. Κήδιστοι." Wakef. Mss.] Φροντιστικῶς, Cogitabunde. Redditur et Solicite. [" Euseb. Pr. E. 31." Wakef. Mss. * Φροντιστὴρ, unde * Φροντιστήριος, e quo] Φροντιστήριον, τὸ, q. d. Locus cogitationum s. commentationum, i. e. Locus in quo cogitationes nostras explicamus s. commentationes. Unde pro Schola ponitur. Καὶ τὰ διδασκαλεῖα, inquit J. Poll., οὐ παιδαγωγεῖα μόνον καὶ φωλεοὺς, ἀλλὰ καὶ φροντιστήρια. Aristoph. N. (94.) Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἔστι φροντιστήριον. In VV. LL. Domus curarum: cum tamen hæc vox ad eam potius signif. nominis φροντὶς pertineat, qua Cogitatio declaratur. Ibid. Conciliabulum, Conventus. Item Monasterium, Cœnobium. Vide Suid. [" Thom. M. 902. Argum. Aristoph. Nub. Brunck. 2, 70. Kuster. 52. Alciphr. 360." Schæf. Mss. * " Φροντίστρια, Const. Manass. Chron. p. 101. 130." Boiss. Mss.]

[* Φροντιστὸς, unde] 'Αφρόντιστος, ὁ, ἡ, Curis vacuus, Liber, Securus. Cujus usum habes in Plat. loco quem protuli in Φροντιστής. Sed ap. Theocr. (10, 20.) cum ἀφρόντιστος appellatur Amor, exp. contra Curis abundans, accipiendo sc. α ἐπιτατικῶς. Passiva autem signif. ἀφρόντιστος esset Cujus nulla cura habetur, Cui cura non adhibetur. [" Lobeck. Aj. p. 277." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1386. Schol. Apoll. Rh. 3, 597.] 'Αφροντίστως, Absque cura, Sine ulla cura, Secure, Negligenter. Interdum et Contemtim. Vide in 'Αφροντιστῶ: item ap. Soph. (Tr. 366. Aj. 355.) et ejus Schol. p. 25. 324. meæ

Ed. ; sed in illo priore loco quidam ἀφροντίστως ἔχει A passive interpr. de eo cujus cura non geritur. [Xen. K. II. 1, 6, 19. " Schol. Demosth. pro Ctes. 317." Boiss. Mss. Eur. Med. 914. " Lobeck. Aj. p. 276. ad Mœr. 85. Thom. M. 133." Schæf. Mss. * 'Αφροντιστὶ, Secure, Athen. 632.] 'Αφροντιστέω, Curam non gero, Non curo, Securus sum. Exp. ἀμελῶ: item per adv. ἀφροντίστως cum verbo ἔχω. Interdum est Negligo, Contemno. Xen. Σ. (8, 33.) Ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν ἐθιζόμενοι. Plato de LL. 10. 'Αφροντιστῶν τῶν ἀρχόντων, Contemnens magistratus. [" Ad Mœr. 329. Thom. M. 133." Schæf. Mss. Philostr. 47. ὑπέρ τινος. " Apud Hes. * Δυσαρεεῖ· * δυσφροντίστῳ: mutandum videtur in * δυσωρεῖ· * δυσφροντιστεῖ. Sponsorem dabo Phot. Εὐωριάζειν· ἀφροντιστεῖν. 'Αφροντιστεῖν Atticis familiare est, Plato de LL. 11. T. 9. p. 131. v. Pierson. ad Mœr. 85. Sed quid illud est, quod plus semel ap. Gramm. legimus, * ἀφροντίζειν? Suidas: 'Αλογῆσαι· ἀφροντίσαι: tum correctius, οὐ φροντίσαι. Hes. 'Αποκηδήσαντες· ἀφροντίσαντες. Etym. M. v. 'Απότριχες, ἀκηδήσαντα καὶ B ἀφροντικότα, ubi notandus augmenti error. In Hes. ἀφροντιστήσαντες rescripsit Bruno, idemque ceteris redhibendum est locis, quos librariorum festinatio corrupit, syllabas contrahentium; velut Polyb. 9, 16. pro * ἀφροντιστητέον, quod nunc Scaligeri jussu receptum est, Codd. ad unum omnes * ἀφροντιστέον exhibent, et in eod. Hes. v. 'Ακήδεσεν liber Sorberii ἠφρόντισεν offert. Hæc igitur non magnopere nobis incommodant." Lobeck. Phryn. 621-2.] " 'Αφροντιστία, Curarum vacuitas, Securitas, Negligentia." [" His partim profligatis, partim ad rationem revocatis, (sc. * ἀθαυμασία, ἀγυμνασία, ἀχρησία, ἀπταισία, etc.) unum superest * ἀφροντισία ap. Suid. (v. 'Αλογία,) et Annam Comn. 3, 97., quod recentioribus Græcis relinquendum est, stipatum sc. cohorte parilium flexionum, * ἀβασανισία, * ἀγραμματισία, * ἀγελασία, * ἀγνωρισία, * ἀγεμισία, quibus libri et Lexica novellæ Græcitatis scaturiunt. Apud Clem. Alex. autem ἀφροντιστία scr. esse, quo Zacharias de Mundi Opif. 222. et Hesychius utuntur, nuper mihi C Schneiderus assensus est. * 'Αφροντησία, Anna Comn. 2, 54." Lobeck. Phryn. 510. 'Αφροντισία, Themist. 186. " Thom. M. 38." Schæf. Mss. " Schol. Il. Θ. 70." Wakef. Mss.] " Πολυφρόντιστος, Accuratus " admodum. Ex Epigr. pro Prudens." [" Epigr. adesp. 505." Schæf. Mss. " Admodum solicitus, Magno dolore affectus, Suid. v. Πολυκηδέος." Schleusner. Mss. " Schol. Soph. Tr. 109." Boiss. Mss. Schol. Theocr. 10, 20.]

[* 'Αναφροντίζω, Pind. 'Ο. 1, 111. Lucian. Hermot. 276. " Bergler. ad Alciphr. 57." Schæf. Mss. * 'Αποφροντίζω, Nicet. Ann. 9, 12.] " Διαφροντίζω, " exp. Curo, Curam suspicio et habeo, quod et διὰ " φροντίδος ἔχειν dicitur, ut vicissim aliquid alicui " ἐστὶ διὰ φροντίδος, pro Curæ est." [Hippocr. 280, 41. Ælian. V. H. 2, 21. Dubito, Meditor, Epicrates Athenæi p. 59. Χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον. " Valck. Diatr. 24." Schæf. Mss.] 'Εκφροντίζω, Excogito, Meditor, Bud. afferens ex Aristoph. N. (695.) 'Εκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Sed D alii reddunt, Incumbe in curam alicujus rerum tuarum. Quam interpr. præfero, nisi quod malim In curam aliquam. Interdum autem præp. ἐκ alium usum habet in hoc verbo, privationem denotans, adeo ut accipiatur pro ἔξω φροντίδος τίθεμαι, ut exp. Schol. ap. Thuc. quæ sonant ad verbum, Extra curam pono. Extat autem locus 3, (45.) p. 99. meæ Edit. 'Ο μὲν, τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων· ἡ δὲ, τὴν εὐπορίαν τῆς τύχης ὑποτιθεῖσα. Ubi Valla, Hic, insidiarum vitandarum immemor. Quæ interpr. non video quomodo ferri possit, præsertim cum non ἐπιβουλὴν, sed ἐπιβολὴν hic legatur. Ego certe dixerim libidinem s. cupiditatem ἐκφροντίζειν τὴν ἐπιβολὴν, cum non sinit nos curare s. cogitare quid aggrediamur; sive, cum facit ut nihil pensi habeamus quid aggrediamur, atque adeo velut excutit ex animo cogitationem de facinore quod aggredi paramus. Memini tamen me in mea Latini Thuc. Editione, aliam interpr. margini ascripsisse, sc. ut ἐκφροντίζων accipiatur pro Excogitans, quæ etiam signif. cum isti loco commoda esse videatur, optionem docto lectori relinquo. [" Bergler. ad Alciphr. 57. Thom. M. 289. ad Charit. 671." Schæf. Mss.] Καταφροντίζω, In curas literarias expendo, i. e. In studia literarum, s. In disciplinam, ut ap. Aristoph. καταπεφρόντικα exp. εἰς τὴν παίδευσιν καταδεδαπάνηκα: in hoc versu Nubium (857.) 'Αλλ' οὐκ ἀπολώλεκ', ἀλλὰ καταπεφρόντικα. Videtur jocose fictum esse verbum, ab ea verbi φροντίζω signif., quam sequitur et verbale Φροντιστήριον. Lege Schol. [Polyb. 28, 11, 10. " Abresch. Æsch. 2, 103. Brunck. Aristoph. 3, 205. ad Lucian. 1, 389." Schæf. Mss. * " Περιφροντίζω, Omni solicitudine s. cura prosequor, Mich. Apost. Prov. 15, 93." Schleusn. Mss. * " Προφροντίζω, Hippocr. de Aëre, Aquis, et Locis, c. 6., secundum Foës. Edit. Ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τῶν νούσων, μηδὲ διαμαρτάνειν· ἃ εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ. Postremis verbis, quæ inepta esse quivis videt, Coraius post Heringam Obs. Cr. 44. optime ita succurrit, ut προφροντίσῃ scriberet: quæ emendatio tam ingeniosa quam certa esse videtur, ut ipsam vocem noviter fictam προφροντίζω quo minus Lexicis adjiciam, nihil me detinet." Osann. Auct. Lexx. Gr. 142. * Συμφροντίζω, Simul curam gero, Lucian. 3, 509. * 'Υπερφροντίζω, Heliod. 413. Cor.]

ΦΡΙΞ, ικὸς, ἡ, de mari ap. Hom. cum leniter inhorrescit s. exhorrescit, veluti cum leniter agitatur a Zephyro, et perstringitur s. stringitur. Ne quis autem miretur me voce Inhorrescendi et Exhorrescendi usum esse, respicientem ad ipsius etiam verbi φρίσσω signif., (cum alii interpretati sint φρὶξ, Maris vel Fluctuum fremitus,) afferam locum Ovidii, in quo sic usus est verbo Exhorruit, in eadem re, et quidem ita ut hujus Græcæ vocis Homero usitatæ significationem exprimere voluisse videri possit. Is locus extat Metam. 4. ubi canit, oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar, Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura. Quamvis enim hic utatur et verbo Fremere, malo alterum illud, quippe quod primam et passim usitatam verbi φρίσσω signif. habeat. Dixit autem et Virg. Horrescere lenibus flabris, eadem signif. qua verbum φρίσσειν usurpatum invenitur, ut docebo cum ad ipsum ventum fuerit. Non repudio alioqui expp. quibus φρὶξ dicitur esse Maris s. Fluctuum fremitus, (malim tamen, lenis fremitus,) item, Motus maris incipiens, primaque agitatio fluctuum: item, Undæ fluctuatio superficiaria. Il. H. 63. Οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ, 'Ορνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς: ubi Eust. φρίκα Zephyri vocari tradit τὴν πρώτην ἠρεμαίαν αὐτοῦ κατὰ θαλάσσης ἐπίπνοιαν, a qua sc. mare nigrum redditur, γαληνότερον σαλευόμενον. Itidem vero brevium Schol. Auctori φρὶξ est ἡ ἐξ ἐπιπολῆς κίνησις τοῦ ὕδατος, ὅ ἐστι τοῦ κύματος ἀρχομένου. Sive, τὸ ἐπιπολάζον τῷ κύματι ἀφρῶδες, ὅταν ἄνεμος ἄρχηται πνεῖν. Sive, ἡ πρώτη ἔγερσις τῶν κυμάτων. Sed obiter hoc quoque animadverti hic debet, esse et aliam lectionem: VIDELICET 'Επιφρὶξ, quam sequendo, vacare censeatur præp. Sed Eust. postquam in ἐπιφρὶξ vacare præp. dixit, addit, Nisi per anastrophen legatur, ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ. At brevium Scholl. Auctor hanc duntaxat scripturam agnovisse videtur; ac certe pro ea faciunt et alii ejusd. Poëtæ loci. Ut Od. Δ. (402.) Πνοιῇ ὑπὸ Ζεφύροιο μελαίνῃ φρικὶ καλυφθεὶς, ubi quidam interpr. Nigra frementis fluctuantisque maris unda opertus: Il. Ψ. (692.) Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ φρικὸς βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς Θῖν' ἐν φυκιόεντι, μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν, ubi iidem interpr. Boreæ fremitu, afferentes e Lucr. Acri cum fremitu perfurit ventus. Sed minime convenit hic Lucretii locus, cum Fremitus quidem significatio insit illi voci, verum non talis qualem ibi describit Lucr., sed potius qualis est Ovidianus ille, in loco quem paulo ante protuli, ubi quemadmodum dicitur æquor summum exigua aura stringi, (quod et ipsum ad φρικὸς descriptionem pertinet,) sic alibi dicit, Summave cum tepido stringi-

tur unda noto. In Epigr. legimus *μαλακὴν φρῖκα* Zephyri, ubi etiam *γαλήνης* fit mentio. Ita enim ibi Leonides, p. 252. meæ Edit. *Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη Κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος.* Ubi ego tribus modis vim nominis hujus *φρῖκα* exprimere conatus sum. Tres enim huic disticho, sicut et illi quod ibi sequitur, interpretationes dedi: quarum prima est hæc: Non si tranquillo pelagus mihi rideat ore, Et Zephyri hoc stringat molliter aura mihi. Secunda ita habet: Ut sit blanda Thetis, Zephyrusque ut mollia fundat Murmura, vix auris æquora summa ciens. Tertia est hæc: Non mihi si fluctus sternens Thetis ipsa serenum Rideat, et Zephyri flamina molle sonent.

[" Φρὶξ, Jacobs. Anth. 8, 43. 9, 101. 11, 89. Wakef. S. Cr. 3, 25. 4, 220. ad Diod. S. 2, 168. Heyn. Hom. 5, 319. Bergler. ad Alciphr. p. 4. 36. Matth. ad Gloss. Min. 20. Toup. Opusc. 2, 293. ad Il. Φ. 126." Schæf. Mss. " Maris horror, Opp. 'A. 1, 470. Algor, Fabr. B. Gr. 2, 654. Maris fluctuatio superficiaria, Ælian. H. A. 819. *Φρῖκες*, Hesychio *Χάρακες*." Wakef. Mss.]

Φρίκη, ἡ, interdum quidem de mari inhorrescente dicitur, sicut *φρῖκα* dici videmus; sed tamen potius redditur Æstus: quæ signif. ei datur ap. Plut. (6, 612.) Affertur autem et e Gaza hæc interpr. Alioqui *φρίκη* de Alio potius horrore dicitur, sc. de Horrore frigoris, et quidem peculiariter Horrore febrili, qui medius est inter refrigerationem et rigorem, i. e. *περιψύξιν* et *ῥῖγος*. Alex. Aphr. Probl. 2. *'Επὶ τοῦ ψυχροῦ γίνεται περίψυξις πρώτη· εἶτα ἐπιταθεῖσα, φρίκη· εἶτα ἔτι μᾶλλον, ῥῖγος*: quæ quidam ita interpr. Membra primum frigore obtorpescunt, deinde inhorrescunt: tum autem inalgescunt et rigent, vario refrigerationis incremento. [Cf. Nicandri Θ. 721.] Gallice quoque dicimus Frisson, de Febrili algore, nec non Frissonner pro Pati eum algorem; sed latius horum signif. extendimus. At *φρίκη πρὸς τὸ θεῖον* e Xen. (K. Π. 4, 2, 8.) affertur pro Horrore et religione in deum. De quo usu vocis *φρίκη* dicam in *Φρικτός*. [" Sic de Religioso quodam horrore tremoreque, qui Miltiadem invasit, intelligendum quod ait Herod. 6, 134. *Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης*." Schw. Mss.] Datur vero et alia signif. illi voci *φρίκη*, quam videbis in *Φρικώδης* quod proxime sequitur. [" Porson. Phœn. 1299. ad Diod. S. 2, 168. 253. Valck. Phœn. p. 81. 434. Bergler. ad Alciphr. 36. 64. Toup. Opusc. 1, 553. Wakef. S. Cr. 3, 25. ad Charit. 328." Schæf. Mss.] Hinc est COMP. *Φρικοποιὸς*, Horrificus, Horrorem inducens, incutiens, ciens. Invenitur autem *φρικοποιὰ* ap. Athen. [" Cucumis, auctore Diphilo Medico ap. Athen. 74. est *φρικοποιὸς*, (i. e. *φρίκης παραίτιος*, ut ait p. 80.) Horrorem febrilem excitans." Schw. Mss.] " *'Υπόφρικος*, Subhorrens, Qui horrore " aliquantum tenetur," [LXX. 3 Macc. 6, 18.]

Itidem ADJ. *Φρικώδης*, [contr. e * *Φρικοειδὴς*,] Horrificus, Horribilis, Horrorem inducens, Horrendus: *ὅρκοι φρικώδεις*, Plut. Alex. (30.) Interdum, Venerandus, Sacrosanctus. Vide *Φρικτός*. Item *φρικώδης παροξυσμὸς*, Horrida accessio. Sic dicitur proprie Accessio febris semitertianæ, propterea quod cum horrore invadat. Ut enim ipsa febris mediæ cujusdam est naturæ inter exquisitam tertianam et quotidianam, ita horrorem inducit inter rigorem et refrigerationem medium, ut docet Gal. de Cris. 2, 9. et de Differentiis Febrium, 2, 7. Item *φρικώδης πυρετὸς*, Horrida febris, ap. Hippocr. Epidem. 1. Febris non quæ simpliciter cum horrore invadit, (id enim innumerabilibus accidit febribus,) sed exquisitus hemitritæus, in quo sc. magnam accessionis partem horrores occupant, eo maxime die, in quo tertiana et quotidiana continua simul concurrunt, ut explicavit Gal. de Differentiis Febr. 2. Hæc Gorr., qui etiam scribit *φρικῶδες* significare ap. Hippocr. *τραχὺ καὶ ῥικνῶδες*, h. e. Asperum et rugosum; et dici de cute cujus asperitas et inæqualitas *Φρίκη* et *Φρὶξ* appellatur: cui contrariam esse *λειότητα*, i. e. Lævitatem. Sed non addit unde hæc acceperit, quæ alioqui suspecta esse possint. [Schæf. Æsop. 139. "Jacobs. Anth. 12, 131. Thom. M. 433. ad Diod. S. 2,

A 192. Abresch. Lectt. Aristæn. 295." Schæf. Mss. Plut. 7, 189. LXX. Hos. 6, 10. Quo compendio scribatur, ad Greg. Cor. 806. * " *Φρικωδῶς*, Const. Manass. Chron. p. 76 (=143. Meurs.)" Boiss. Mss. * *Φρικωδία*, Phot. Bibl. p. 239. * " *Φρίκωδος*, Anonym. *περὶ Πνευμ.* p. 232. Ed. Valck. *'Οκριόεις, ὁ φρίκωδος καὶ ὁ ταχύς*. Par. *φρικώδης καὶ τραχύς*." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.]

Φρικαλέος, Poëtis i. q. *φρικώδης*. Horrificus, Horribilis, Epigr. ad Cerberum, de Archilocho descendente ad orcum, *"Ηδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.* [" Jacobs. Anim. 191. Anth. 7, 314. Toup. Opusc. 2, 125. *Φρικαλέος* et *φρικώδης* de missæ sacrificio, v. Jacobs. et me ad Anthol. Palat. 435." Schæf. Mss. Tryphiod. 190.]

Invenitur ETIAM *Φρικίαι, αἱ*, ET *Φρικία, τὰ*, pro Horrores, quales sc. sunt in accessionibus febrium. Diosc. 1, 182. *Στομάχου τε ἀλγήματα καὶ φρικίας*, ubi Marc. Virg. vertit, Stomachi dolores, et in accessionibus febrium horrores. Ruell. autem, Stomachi B dolores et perfrictiones. Apud Eund. extat et neutrum *Φρικία*, 4, 14. vel, ut alii distribuunt, c. 15. in fine, *'Αλειφόμενα δὲ μετ' ἐλαίου ἐπὶ τῶν περιοδικῶν, τὰ φρικία παραιτεῖται*, Ruell. Febrium algores, Marc. Horrores. *Φρικιάω*, Horrore febrili corripior, s. potius correptus sum. In VV. LL. Febri horreo. [" Fabr. B. Gr. 2, 652." Wakef. Mss. Diosc. Notha p. 477.] UNDE *Φρικίασις*, Horror, in VV. LL. [" Fabr. B. Gr. 2, 654." Wakef. Mss. Diosc. Notha p. 478.] Affertur tamen non *Φρικιασμὸς*, SED *Φρικασμὸς*, pro Horrore itidem, ex 2 Maccab. (3, 17.) *Φρικασμὸς τοῦ σώματος*, ubi et Bud. interpr. Horror. [Nicet. Annal. 12, 2. * *Φρικάζω* autem Schn. affert e Poëta de Vir. Herb. 5, 71. *Φρικάζῃ δ' ὁπόταν τις ἀνὴρ, βοτάνης ἀπὸ ταύτης Κλῶνας ἑλὼν κάμνοντος ἐναντίος ἵστασο μοῦνον*, Schol. *ὅτε δέ τις φρικιᾷ*.]

[* *Φρῖκος, τὸ*, Nicander Θ. 778. * *Φρικόω*, Gl. Horrifico: *Φρικοῦμαι·* Horresco. * *Φρικνὸς*, Hes. *φρικαλέος, δεινὸς, φοβερός*.]

Φρίσσω, VEL *Φρίττω*, F. *φρίξω*, Pr. *ιχα*, Horreo, C Horresco. Sed cum verbum Horrere diversis rebus tribuatur, dicendum est primo loco de verbi *φρίσσω* usu qui convenit cum ea *φρικὸς* signif. cui primum locum dedimus. Quemadmodum igitur vidimus *φρίκα* mari tribui, eamque describentem Ovid. dicere, aliquem exhorruisse æquoris instar, Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura: sic etiam *φρίσσειν* de segetibus dici sciendum est, de quibus Virg. verbo Horrescere itidem usus est, G. 3. tum segetes altæ, campique natantes Lenibus horrescunt flabris. Ubi eum crediderim ad Homericum *φρίσσειν* respexisse, quod ille *ληΐῳ*, nec non *ἀρούραις* [Il. Ψ. 599.] tribuit. Hujus autem usus verbi *φρίσσειν* aliorumque mentionem facit Eust. *Τὸ λήϊον (φρίσσει) ἀσταχύεσσιν*, at *ὁ κάπρος τῇ λοφιᾷ*, et *ὁ ἄνθρωπος ταῖς θριξὶν*, et *ἡ μάχη ταῖς ἐγχείαις*, et *ἡ θάλασσα τοῖς κύμασι*. [Eur. Suppl. 31. *Φρίξας ὑπὲρ γῆς τῆσδε κάρπιμος στάχυς*.] In VV. LL. *φρίττω*, Fremo, (ut agitatum mare fremit,) Fremitum edo. Il. H. (62.) *στίχες εἵατο πυκναὶ 'Ασπίσι καὶ κορύθεσσι καὶ ἔγχεσι* D *πεφρικυῖαι*, Frementes et horrentes, Cic. Horribilis fremitus armorum. Ita quidem illa, sed malim et hic verbo Horrere uti, cum legatur ap. Virg. Arma horrentia, et Hastæ horrentes; ap. Horat. autem, (quod exemplum plane cum illo Homeri loco convenit, in ipsa etiam constr.) Agmina horrentia pilis. Quin etiam horrentes Marte Latinos dixit idem Virg. Illi porro loco ex Il. H. petito, addendus est quidam ex Il. Δ. (282.) ubi dicuntur phalanges *σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι*, quod idem Eust. exp. *ὀρθὰ ἔχουσαι ἔτι πρὸ τῆς συμβολῆς τὰ σάκεα καὶ τὰ ἔγχεα*: indeque mutuatum esse ait Eur. (Phœn. 1112.) *πυκναῖς ἀσπίσι πεφρικότα*. Et ap. Eund. (1128.) legi, *λέοντος δέρος χαίτῃ πεφρικός*. Huic autem simile est ap. Hesiod. 'A. (391.) *'Ορθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας*. Habet certe et hunc usum verbum Horreo; nam horrens leo ap. Virg. a quibusdam exp. Jubis horridus, pro quo diceremus *λέων χαίτῃ πεφρικὼς*, sequendo illum Eur. locum. Nisi quis malit, Hor-

rens jubis, ut Horrens setis aper legitur ap. Ovid., A quamvis alioqui Setarum paulo alius quam Jubarum sit horror. Jam vero et in φρίξαν ἔθειραι ap. Hom., quod redditur ex Virg. Steterunt comæ, possumus uti verbo Horrere: ex Ovid., Retulit ille gradus, horruerantque comæ. Alia tamen signif. ap. Tibull. 2, 3. Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos. Affertur porro et cum accus. ex Aristoph. (B. 822.) φρίξας χαίταν. || Ceterum ut dicitur aliquis φρίσσειν χαίτῃ s. χαίταν, et φρίσσειν θριξὶ s. τρίχας, itidemque cum aliis hujusmodi dativis vel accus.; sic etiam ipsa χαίτα dicitur φρίσσειν, vel αἱ τρίχες. Non solum autem φρίσσειν ταῖς θριξὶ s. φρίσσουσαι τρίχες dicunt cum metum eumque vehementissimum significare volunt, quo quis subito corripitur, sed et simpliciter φρίσσειν, sicut Lat. dicunt Horrescere, Exhorrescere, Perhorrescere. Plut. Alex. (74.) Εἰκόνος Ἀλεξάνδρου φανείσης, ἄφνω πληγέντα φρίξαι, καὶ κραδανθῆναι τὸ σῶμα· καὶ μόλις ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν, ἰλιγγιάσαντα πρὸς τὴν ὄψιν. Greg. Naz. Ἐγὼ μὲν φρίττω, τὸν πλοῦτον ἐννοῶν. Idem, Φρίττων καὶ γλῶσσαν καὶ νοῦν καὶ B διάνοιαν. Interdum autem usurpatur medium PRÆT. Πέφρικα, in signif. præsentis, veluti cum dicitur δέδοικα pro Metuo, unde partic. πεφρικώς. Demosth. (332.) Τῶν δὲ τῆς πόλεως ἀγαθῶν πεφρικὼς ἀκούω, καὶ στένων, καὶ κύπτων εἰς τὴν γῆν, ὥσπερ οἱ δυσσεβεῖς οὗτοι. Sæpe autem cum accus., ut Il. Λ. (383.) Οἵτε σε πεφρίκασι, λέονθ' ὡς μηκάδες αἶγες. Sic Ω. (775.) πάντες δέ με πεφρίκασι: sed in hoc posteriore l. Homeri, aliter sumitur quam in illo priore, potestque exponi etiam Abhorrent. Sic præt. plusquamperf. ἐπεφρίκειν ap. Theodorit. H. E. 5. Ἐπεφρίκεσαν δὲ αὐτὸν οὐ μόνον οἱ ἄλλοι πάντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, τὴν μελετωμένην ὑφορώμενος τυραννίδα. Demosth. junxit etiam infinitivo (559.) Ὁ τίς οὐκ ἂν ἔφριξε ποιῆσαι τῶν ἄλλων; Sed φρίσσειν in gaudio quoque usurpari existimat Eust.: qui postquam dixit aliquando χαρὰν ostendere, et velut ὄρθωσιν ἐκ λυπηρᾶς καταπτώσεως, affert hunc versum, non nominans ejus Auctorem, est autem Aristoph. N. [imo Soph. Aj. 693.] Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' C ἀνεπτόμην. Itidem certe ibi ἔφριξα exp. ὀρθαὶ αἱ τρίχες μου ἔστησαν ὑφ' ἡδονῆς. Quidam φρίττω exp. Horreo, ea etiam in signif. qua hoc verbum dicitur de frigore, (ut ap. Colum. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent,) verum hujus signif. exemplum non afferunt. Gallica quidem certe lingua sicut nomen Frisson, ita et verbum Frissonner ea de re usurpat, sicut antea dictum est. [Spitzner. Obs. in Quint. Sm. 206. " Markl. Suppl. 31. Jacobs. Anim. 187. Anth. 8, 256. 370. 9, 101. 11, 157. Lucill. 10. Brunck. Apoll. Rh. 138. Heyn. Hom. 5, 207. 319. 6, 432. 459. Lobeck. Aj. p. 323. Plut. Mor. 1, 30. Toup. Emendd. 1, 213. Opusc. 1, 140. 437. 544. et Ind., ad Il. Φ. 363. ad Herod. 664. Ruhnk. Ep. Cr. 138. Bergler. ad Alciphr. 4. 65. Bibl. Crit. 2, 2. p. 66. Bentl. Opusc. 75. Wessel. Diss. Herod. 201. Valck. Phœn. p. 730. 756. Voss Myth. Br. 1, 126. Πέφρικα, Phryn. Ecl. 77. Thom. M. 264. Brunck. Apoll. Rh. 32. Heyn. Hom. 4, 609." Schæf. Mss. "De mari, Dionys. P. 112." Wakef. Mss. D Alciphr. 1, 1. Ἐπεφρίκει ὁ πόντος μελαινόμενος, Strato Ep. 13. φθονεροῖς φρίσσοντα γενείοις, Apoll. Rh. 4, 1575. ἑκάτερθε δὲ λευκαὶ Ῥηγμῖνες φρίσσουσι διαυγέες, Soph. Antig. 997. τὸ σὸν φρίσσω στόμα. Vide Schleusn. Lex. N. T.]

[* Φριξὸς, Horridus, de capillis, Aristot. Phys. c. 5. * Φρίξος, Anal. 3, 167. φρίξου καὶ νάρκης τόπος, pro φρίκης.]

Φριξόθριξ, ιχος, ὁ, ἡ, Horrens pilis, s. setis, ὀρθῶν τὰς τρίχας, Suid. unde VV. LL. Horrorem inducens, i. e. Pilorum erectionem. [Pallad. de Bragm. p. 6. " Clem. Alex. 26." Wakef. Mss.] Φριξολόφος, Qui horrentes jubas habet s. setas. Nam ab Hes. exp. composita VOCE Ὀρθοχαίτης, tanquam sc. nomine λόφος significante hic λοφίαν. Φριξαύχην, ενος, ὁ, ἡ, Habens cervicem horrentem setis, ut κάπρον φριξαύχενα quidam Poëta vocat ap. Plut. [7, 813. " Ario H. 2, 7." Boiss. Mss.]

Φρικτὸς, Horrendus, Horribilis, Horrificus, Horrorem incutiens, Formidabilis. Quidam ἀνώνυμος in Epigr. ἡ δὲ τάλαινα Φρικτῶν δαιμονίων * ἑρμαγέλην ἔτεκεν. Plut. Coriol. (18.) Ἔδοξε μὲν καὶ τῶν δημοτῶν τοῖς πολλοῖς φρικτὸν εἶναι τὸ γιγνόμενον καὶ ὑπερήφανον. Greg. Naz. Ἥδιστόν τε ἅμα καὶ φρικτὸν θέαμα. Interdum etiam φρικτὰ dicuntur Quæ sunt sacrosancta, (quemadmodum et φρικώδεις pro Sacrosancto ac venerando poni dictum est,) sicut Horrere divinum numen, legitur ap. Cic. Affertur autem pro hac vocis istius signif., e Chrys. Φρικτὰ μυστήρια, dictum de Dominica cœna. Ab Eod. φρικτὸν pro Arcano poni testatur Bud. [" Musgr. Rhes. 37. Antip. Sid. 27. Pierson. Veris. 66. Valck. Anim. ad Ammon. 38. Bergler. ad Alciphr. 197. ad Lucian. 1, 469. Mitsch. H. in Cer. 169." Schæf. Mss. Conf. c. φρυκτὸς, Schleusn. Lex. V. T. * " Φρικτῶς, Horrendum, Terribiliter, Chrys. in 1 Cor. Serm. 24. T. 3. p. 398, 40." Seager. Mss. " Is. Porph. in Allatii Exc. 272., ubi male * φρυκτῶς, 296." Boiss. Mss. LXX. Sap. 6, 5. * "Ἄφρικτος, adv. * Ἀφρικτὶ, Callim. H. in Dian. 64.]

Ἀναφρίσσω, itidem pro Horreo, aut Horreo pilis, s. setis, ut ἀναφρίξαντες ὕες, Aristot. Pro quo participio male in VV. LL. est SCRIPTUM Ἀναφράξαντες. [Opp. Ἁ. 4, 599. ἀκάνθαις. * Ἀντιφρίσσω, Aristot. H. A. 9, 44. * Ἀποφρίσσω s. * Ἀποφρίττω, Gl. Abhorreo. * Ἀπόφρικτος, Inhorrescens, Aret. 3, 12. p. 41, 13. Schneidero susp. " Wakef. S. Cr. 5, 147." Schæf. Mss. * Διαφρίσσω, J. Poll. 1, 107. * Ἐμφρίσσω, unde * " Ἔμφρικτος, Andr. Cr. 82. 154." Kall. Mss. * Ἐπιφρίσσω, Opp. K. 1, 383. Dionys. P. 443. ὁλκὸς ἐπιφρίσσων φολίδεσσι. Orph. Arg. 1147. J. Poll. 1, 106. " Jacobs. Anth. 9, 101." Schæf. Mss. * Ἐπίφρικτος, Nicander Θ. 157. ἐπιφρίκτην φολίδεσσι, i. q. ἐπιφρίσσουσαν. * Μεταφρίσσω, Hippocr. 133.] " Περιφρίττω affertur pro Perhor-" resco." [Quint. Sm. 3, 184. " Aristot. H. A. 9, 4." Kall. Mss. " Mitsch. H. in Cer. 126." Schæf. Mss. * Ἀμφιπεριφρίσσω, Opp. Ἁ. 4, 54. * " Ὑπερφρίσσω, Planud. Ovid. Met. 13, 877." Boiss. Mss. Lucian. 2, 629. * Ὑποφρίσσω, Philostr. 873. Euphorion ap. Athen. 263. Lucian. 2, 490. 3, 360.]

¶ Πεφριδὼ, Nomen propr. Γραίας esse traditur ap. Hesiod. [Θ. 273. ubi * Πεφρηδὼ,] filiæ Phorci et Cetus, quæ ita dicta sit a verbo φρίσσω, quoniam qui navigant, subinde ad pericula horrescunt.

ΦΡΥΑΤΤΟΜΑΙ, Fremo, de equo. Plut. Lycurgo, Ἵπποι φρυαττόμενοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Apud Athen. (591.) extat et de homine dictum, sc. de Demea, filio Demadis, Ὃν φρυαττόμενόν ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεστόμισεν Ὑπερείδης, εἰπὼν, Οὐ σιωπήσῃ, μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; Quod ideo dixit Hyperides, quia e scorto genitus Demeas ille erat. Vertit autem Bud. φρυαττόμενον hoc quoque loco, Frementem, Insolentia verborum utentem. Hoc certe constat, φρυάττεσθαι metaphorice poni plerumque pro Insolescere, Magnifice se efferre, aut etiam Ferocire. Philo V. M. 1. Καὶ φρυαττόμενον ὡς ἐπὶ σεμνῷ πράγματι τῷ καταγελάστῳ. Ex 2 Macc. 7, (34.) Φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσι, pro Elatus vana spe. Suidas φρυάττεσθαι exp. etiam καταπλήττειν, i. e. Perterrefacere: addens, οὕτω Μένανδρος. Atque ut signif. activam passivæ huic voci tribuit, ita vicissim passivam activæ voci Φρυάττω, cujus rarum esse usum arbitror, nam ἐφρύαξαν exp. ἐταράχθησαν: [e Ps. 2, 1.] Hes. autem, ἐκινήθησαν et ἐπάρθησαν, et συνήθησαν: quod tertium verbum mendo non caret. [Schleusn. Lex. V. T. " Thom. M. 901. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 41. 7, 49. Proleg. 53. 8, 366. 9, 187. 346. 10, 179. Toup. Opusc. 1, 458. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. ad Herod. 242. ad Charit. 295. Koen. ad Greg. Cor. 126. ad Diod. S. 1, 318. * Φρυάσσω, Porson. Hec. p. 50. Ed. 2. * Φρυάζω, Valck. ad Ammon. 144." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 7, 7. Πτερυσσόμενοι καὶ φρυαττόμενοι. Φρυάσσομαι et φριμάσσομαι conf., Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 195. Vide Schn. Lex. Valck. Schol. in N. T. 1, 391.]

Φρύαγμα, τὸ, Fremitus. Xen. Ἱππ. (11, 12.) "A-

θρόον δὲ τὸ φρύαγμα καὶ τὸ φύσημα τῶν ἵππων συμπαρέσοιτο. Ubi observa copulari φρύαγμα et φύσημα, sicut supra adolescenti φρυαττομένῳ vidisti tribui φύσημα. Indicat autem equorum φρύαγμα et φύσημα, eorum ferociam. Unde metaphorice sæpe usurpatur hoc verbale, sicut et verbum φρυάττομαι, poniturque pro Ferocia, Fastu, Insolentia. [Sic Soph. El. 719.] Bud. interpr. Fastum superciliosum, et insolentiam, afferens e Greg. Naz. Τὴν ψυχὴν δὲ οἰδαίνειν κενῷ φρυάγματι. Ponitur et ἐπὶ γελάσεως, si Suidæ credimus. [" Meleager 37. et Jacobs., Thom. M. 901. ad Diod. S. 1, 318. 474. ad Charit. 526. ad Lucian. 1, 647. Jacobs. Anth. 9, 187. 10, 179. 11, 64. Ruhnk. Ep. Cr. 297. Abresch. Lectt. Aristæn. 249. Plut. Mor. 1. p. 2. Ox. Toup. Opusc. 2, 251. Emendd. 1, 408. Koen. ad Greg. Cor. 126 (=275.) Valck. ad Ammon. 144. Anim. 226." Schæf. Mss. " Opp. K. 2, 457. συός." Wakef. Mss. Ælian. H. A. 7, 12. Valck. Schol. in N. T. 1, 391-2. Schleusn. Lex. V. T.] Hinc adj. NOMEN Φρυαγματίας, quod ab eod. Bud. redditur Fastuosus, Insolens, Turgidus, affertur que e Plut. Antonio (2.) Πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν. Alioqui sicut φρύαγμα proprie de equo, sic et φρυαγματίας equus proprie Qui fremitum indicem ferociæ edere solet. [* " Φρυαγμὸς, Valck. ad Ammon. 144. Add. ad Diod. S. 2, 341." Schæf. Mss.: ad Dionys. H. de C. VV. 195. * Φρυαγμοσέμνακος, Aristoph. Σφ. 135.]

Φρυακτὴς, ὁ, de equo, i. q. φρυαγματίας in propria signif., de qua dictum est in fine proxime præcedentis tmematii. Diog. L. Antisthene narrat illum, πομπῆς γινομένης, intuitum equum φρυακτὴν, dixisse Platoni, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. Ubi etiam observa VOCEM Λαμπρυντής: quæ de equo dicta, Ostentatorem ferociæ s. alacritatis significare videtur. Ab Interprete autem redditur Præclarus. Porro existimo rariorem huic φρυακτὴς esse metaphoricum usum quam illi φρυαγματίας. [* " Φρυακτίας, Const. Manass. Chron. p. 66. 76 (=131. 143. Meurs.)" Boiss. Mss.]

[* Ἀντιφρυάσσομαι, Greg. Naz. 1, 524. * Καταφρυάττομαι, Insolesco, M. Anton. 7, 3. 9, 41. cf. Gataker. Schol. Æsch. S. c. Th. 399. " Toup. Opusc. 1, 458. Emendd. 2, 222. 4, 473." Schæf. Mss. * " Καταφρύαγμα, Saltus, Epict. 3, 26. * Συμφρυάττομαι, Athan. 2, 4." Kall. Mss.]

¶ Φριμάσσομαι, itidem ut φρυάττομαι, Fremo, Flatum naribus emitto. Herod. 3, (87.) Φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. Apud Theocr. de hircis, 5, (141.) φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων Νῦν ἀγέλη. J. Poll. tamen caprarum proprium esse putat, licet ab aliquibus de equis usurpatum fuerit, sicut et VERBALE Φριμαγμὸς, Fremitus, Flatus quem equi naribus emittunt. Etymol. e Lycophr. (244.) affert et pro Hinnitu; sed videmus Herodotum supra ad φριμάξασθαι addidisse χρεμετίσαι, i. e. Hinnire, tanquam aliud significans. Ceterum cum φριμάσσομαι sit a φρυάττομαι, consentanea huic derivationi scriptura sit per υ, cum tamen et in illo Herodoti loco, et ap. Hes. ac Suid., (quorum etiam expp. vide,) alteram habeamus. Quin etiam Etym., qui derivationis illius est auctor, habet et ipse scripturam cum ι, præterquam uno in loco. Apud Suid. quidem certe legitur φρυμαγμοῦ per υ, in vulgatis Edd.; sed repugnante vet. Cod. At in meo vet. Lex. scriptura per ι, superpositam habet alteram, per υ, eadem et ipsam manu. [Φριμάττεσθαι conf. c. φρυάττεσθαι, et φριμαγμὸς cum φρυαγμὸς, Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 195. " Φριμάσσομαι, Thom. M. 901. Jacobs. Anth. 8, 366. 9, 358. (* Φριμάω, ibid.) 11, 246. Villois. ad Long. 33. Harles. ad Theocr. 106. Toup. Opusc. 1, 553. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. Koen. ad Greg. Cor. 126(=274.) ad Herod. 242." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 6, 44. de hirco, Προσιόντος ἐφριμάττετο καὶ ἐπικροτοῦντος ἐφρυάττετο. Activum * Φριμάσσω habet Nicetas Ann. 21, 3. " Φριμαγμὸς, Wakef. Ion. 733. Jacobs. Anth. 8, 366. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. Φρυμαγμὸς, ibid. Thom. M. 901." Schæf. Mss.

* Ἀντιφριμάσσομαι, unde * " Ἀντιφριμαγμὸς, Basil. Ms. Schol. Greg. Naz. p. 42." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * Φριμάω, de cane, Opp. K. 1, 491. φριμάᾳ τε λαγωείης ὑπ' ἀϋτμῆς, ubi in Eutecnii Metaphr. φριμώμενος. Cf. Βριμάω. * Φριμεῖται, Hes. φριμάσσεται.]

ΦΡΥΓΩ, VEL Φρύσσω SEU Φρύττω, Torreo, Torrefacio, aut etiam Frigo. Ex Aristoph. Ἐκκλ. (221.) Καθήμεναι φρύγουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ. Athen. 2. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἑψεῖν, τὰ δὲ φρύγειν. Pass. Φρύγομαι et Φρύττομαι, Torreor, Torrefio, Frigor. Unde part. πεφρυγμένος. Athen. 2. Ἀλυπότερα δὲ τὰ ἑφθὰ τῶν ὠμῶν καὶ πεφρυγμένων· τὰ δὲ πεφρυγμένα, τῶν ὠμῶν. Hes. φρύγετρον exponens, dicit esse ξυλήφιον, ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς. Alterum particip. est φρυγεὶς, cujus fem. vocem φρυγεῖσα Hermolaus ap. Diosc. vertit Tosta, Marc. Frixa, Ruell. Arefacta. * Dicitur etiam aliquis φρύγεσθαι s. φρύττεσθαι ὑπὸ δίψης, [Ælian. H. A. 17, 37.] cujus usus exemplum ex Epigr. affertur. [" Ad Charit. 599. 764. Wakef. Phil. 954. Jacobs. Anth. 8, 330. Bergler. Alciphr. 335. Brunck. Aristoph. 2, 48. Kuhn. ad Paus. p. 5. Wessel. Diss. Herod. 201. ad Herod. 664. Casaub. ad Athen. 113. Toup. Opusc. 2, 295. Emendd. 1, 213. Valck. Diatr. 221. Bergler. Alciphr. 335." Schæf. Mss. Theocr. 7, 66. κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ. Oraculum ap. Herod. 8, 96. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι, al. φρίξουσι, a * Φρίγω, unde Lat. Frigo.]

" Διφρυγὴς, ὁ, ἡ, Bis tostus, Qui bis torretur. " Medici et Metallici διφρυγὲς vocant Perfecti æris " veluti fæcem subsidentem et cohærentem imæ " fornacum parti. Fit enim e luto quod e specu " quodam Cypri sublatum primo arefit sole, mox " circumdatum sarmentis uritur; atque ex eo διφρυ" γοῦς nomen invenit, quoniam bis torretur, et solis " nimirum ardore et calore ignis, ut testatur Diosc. " 5, 120. ubi tria ejus genera facit. Itidemque " Plin. 34, 13. ubi inter alia dicit, Facile ab ea dis" cernitur, quam in iisdem officinis diphrygem vo" cant Græci, ab eo quod bis torreatur." [Ab Aristot. Mirab. Ausc. c. 59. τέφρα φρυγία vocatur.]

Φρυγμὸς, ὁ, Torrefactio, Frixio, i. e. Ipsa frigendi actio. Hes. exp. καῦσις, Ustio. [* Φρύγμα, Schleusn. Lex. V. T.]

[* Ἀποφρύγω, Gl. Extorreo, Anonymus Suidæ, Ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο. " Toup. Opusc. 2, 175." Schæf. Mss. * " Διαφρύγω, s. * Διαφρύσσω, Theoph. ad Autol. 2, 21." Kall. Mss. Laur. Lydus de Ost. 102. Has. * Διαφρυξία, Hes., ap. quem vide Kust. * Ἐκφρύγω, Extorreo, LXX. Ezech. 24, 11. Ed. Compl. " Ἐκφρύγομαι, Exuror, Athan. 2, 60." Kall. Mss. Torrefio, Theoph. ad Autol. 2, 21. ubi v. Wolf." Schleusn. Mss. * Ἐκφρύττω, Alex. Trall. 11. p. 636. * Ἐμφρύγω, Ælian. H. A. 14, 18.] Καταφρύσσω, SIVE Καταφρύττω, Basil. de sole urente usurpavit, Bud. [Paul. Ægin. 3, 35.] Extat ETIAM Καταφρύγω in VV. LL. quod exp. Cremiis incendo. [" Brunck. Aristoph. 2, 84. Kuster. 56. (N. 396.)" Schæf. Mss. Aëtius p. 91. Γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, nempe sic leg. pro —φριγμ.] Addere possumus et COMP. Ἐπιφρύγω, ex J. Poll., qui habet ἐπέφρυγον, non aliud certe significans quam ἔφρυγον. Atque adeo pro eo quod uno in loco dicit ἐπέφρυγον, in altero legitur ἔφρυγον: quod suspectum etiam reddere potest illud ἐπέφρυγον. Vide Φρυγεύς. [* Περιφρύγω, Circumtorreo, de radiis solis, Theod. Cant. 1, 5. Alex. Trall. 12. p. 713. * Περιφρυγὴς, ibid. et 726.] Adjiciendum et COMP. Συμφρύγω, a quo est συνεφρύγησαν, " Tosti s. Arefacti sunt. Redditur " etiam Aruerunt:" quod habebis in Φρύγιον post Φρυγεὺς et Φρύγετρον. Accipi autem ibi videtur pro simplici. [* Συμφρύσσω s. Συμφρύγω, LXX. Job. 30, 30. Ezech. 24, 11. 4 Macc. 3, 11. * Συμφρυγμὸς, Ardor, Inc. Levit. 26, 16.]

Φρυγεὺς, έως, ὁ, Qui torret, frigit. Etiam Hominem qui φρύγει, nominare oportet φρυγέα, inquit J. Poll.: postquam dixit hoc ipso nomine Φρυγεὺς significari ἀγγεῖον ὅπου ἐπέφρυγον. Idem alibi φρυγέα

postquam inter coquinaria σκεύη numeravit, addit εἴτε τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἔφρυγον. Eodem in loco (1, 246.) recenset ETIAM Φρύγετρον, τὸ, alibi AUTEM Φρύγετον, sine ρ in fine, (cui scripturæ minus fido quam alteri,) quod in VV. LL. putatur esse Sartago fictilis in qua farra torrebant. Additurque id esse fortasse, quod Plin. Farrejim appellaverit, 18, 3. Novæ nuptæ farreum præferebant, cum J. Poll. ipse ita scribat, Σόλων δὲ τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον ἐκέλευσε φρύγετον φέρειν σημεῖον. Ibidemque dicit esse ᾧ τὰς κάχρυς ἔφρυγον. At Hes., uti dictum est, tradit φρύγετρον esse ξυλήφιον ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς. [" Kuhn. ad Paus. p. 5. ad Herod. 664." Schæf. Mss.]

Invenitur ETIAM Φρύγιον, quod exp. Cremium; nam pro eo quod LXX. Interprr. habent Ps. (101, 3.) Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν, habet vulgaris interpr. Lat., Ossa mea sicut cremium aruerunt. [Vide Schleusn. Lex. V. T.] Hes. itidem dicit φρύγιον esse ξύλον ξηρὸν, Lignum aridum. A Suida autem exp. δαλὸς ξηρός. [Φρυγίον, Gl. Frictorium. " Brunck. Soph. 3, 504." Schæf. Mss. Etym. M. v. Λέσχαι, Τὰ φρ. καὶ ἀλεεινοὺς τόπους.] Sed et MASC. Φρύγιος Hes. exp. ξηρὸς, Aridus. (Affertur vero φρύγιος et pro Flore quodam æstivo, e Theophr. H. Pl. 6.) Habet et FEM. Φρυγία, quod dicit significare ἡ φρύγουσα. Quin etiam NOMEN Φρυγίνδα ap. eum extat, quod esse dicit Lusus genus, in quo utebantur fabis. Suspicor autem eas tostas fuisse, s. frixas: quod si ita est, optime conveniet hæc signif. cum derivatione a φρύγω. Sed J. Poll., quem vide, ὀστράκων meminit, non κυάμων. Verum ut redeam ad illud NOM. Φρύγιον, in VV. LL. additur significare etiam Cantilenam incitantem ad arma, quæ interpr. jam inde ab antiquissimis atque adeo primis Lexx. manavit. Sed ut demus, φρύγιον hanc quoque signif. habere, (cujus tamen exemplum desidero,) non tamen huc pertinebit, sed ad NOMEN Φρὺξ, Φρυγός: quod est Latinis itidem Phryx, sc. Qui est e Phrygia. [" Wakef. Alc. 686. Jacobs. Anim. 40. Anth. 7, 373. 8, 353. ad Timæi Lex. 36. Toup. Opusc. 1, 554. ad Lucian. 1, 397. De mancipio, 336. 362. 399." Schæf. Mss.] Is autem vocatus est ETIAM Φρύγιος, itidemque mulier fuit DICTA Φρυγία, teste Steph. B. Qui addit et nomen POSSESS. Φρυγικὸς, Phrygicus, vel potius Phrygius, Ad Phrygiam s. Phryges pertinens, E Phrygia originem habens. Qua signif. usurpatur et illud Φρύγιος, et quidem frequentius, ut opinor. Sic Φρύγιος αὐλὸς ap. Lucian. (1, 80.) cui addendum Φρύγιος αὔλησις e Suida: et ad id pertinere videtur illa nominis Φρύγιον signif. de qua modo dictum fuit. Item Φρύγιος ἁρμονία, nec non Φρύγιον ἔριον: præterea Φρύγιος λίθος, Phrygius lapis, sic dictus quod infectores in Phrygia eo uterentur, alioqui nascens in Cappadocia, teste Diosc. [" Φρύγιος, Eur. El. 457. Brunck. Aristoph. 3, 58. De quant., Schrader ad Mus. p. 19." Schæf. Mss. " Φρύγιος ἁρμονία, Clem. Alex. 658.: ῥυθμὸς, Anacr. Od. 64. * Μιξοφρύγιος ἁρμονία, Clem. Alex. 307." Kall. Mss. * Ὑπερφρύγιος, Athen. 625. Schn. Lex. v. Νόμος.] " Ὑποφρύγιος, Subphrygius," [Athen. l. c.] " et Ὑποφρυγιστὶ, q. d. Subphrygie, " musicorum sunt, sicut ὑποδώριος et ὑποδωριστὶ, " quæ vide." [" Aristot. Probl. 19, 49. cf. Barnes. ad Eur. de Trag. p. 44." Kall. Mss. * " Φρυγικὸς, Dionys. H. 1, 76. * Φρυγιακὸς, T. H. ad Plutum p. 86. ad Lucian. 1, 380." Schæf. Mss. Athen. 332. 578. Strabo 10. p. 721.] His addi potest et ADV. Φρυγιστὶ, quod signif. Phrygio sermone, Phrygia lingua: ea forma dictum, qua Ἑλληνιστὶ, Δωριστὶ, aliaque quamplurima. Interdum Φρυγιστὶ, Phrygio more, Ad Phrygios modos, ut ἡ Φρυγιστὶ ἁρμονία, Aristot. Polit. 8. [" Brunck. Soph. 3, 438. Meurs. ad Apoll. Dysc. 99." Schæf. Mss. " Ἡ Φρ. ἁρμονία, Clem. Alex. 658." Kall. Mss.] Item VERB. Φρυγίζω, Phrygios mores imitor, Phrygas imitor. Possit autem poni et pro Faveo Phrygibus. [" Ad Herod. 395." Schæf. Mss. " Eust. in Dionys. P. 93." Wakef. Mss.] Et hæc quidem, uti dixi, a nostro Φρύγω sunt aliena, nisi forte et ipsa regio Φρυγία inde nomen sortita esse credenda sit. At vero ILLUD Φρυγία, quod est Nomen loci Œtæ montis, huc referri debet, quippe quod ei inditum sit ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, inquit Steph. B. [" Ad Lucian. 1, 348. Bergler. Alciphr. 333." Schæf. Mss. * " Φρυγία, * Φρυγῖτις, Asplenium, Diosc. Notha 460." Boiss. Mss. * " Φρυγιατικὸν, τὸ, (Herba quædam,) Geop. 12, 1." Kall. Mss.]

[* Φρυγίλος, Lat. Frigilla s. Fringilla, Aristoph. Ὄρν. 762. Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρὺξ, μηδὲν ἧττον Σπινθάρου, Φρύγιλος ὄρνις ἐνθάδ' ἔσται, τοῦ Φιλήμονος γένους: ibid. 873.]

Φρυκτὸς, Tostus, Torrefactus, Frixus. Athen. 2. Ἑφθὰ καὶ φρυκτὰ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. [Φρυκτοὶ, ut et ἑψητοὶ, de piscibus, 227. 303.] Et φρυκτὴ ῥητίνη, Tosta resina, s. Torrefacta. Sed φρυκτὴ quamvis adjectivum nomen sit, absolute tamen et simpliciter citra τῆς ῥητίνης adjectionem positum, Resinam pineam s. Colophoniam signif. quod ceteras antecedat, sitque omnium maxime parabilis. Sic autem dicta est ad liquidæ differentiam, quam Græci etiam simpliciter ὑγρὰν, vel τὴν ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰν appellare solent. Hujus urendæ torrendæque differentiam Diosc. 1. explicavit. Hæc Gorr., ubi observa obiter et usum VOCIS Ὑγρά. Apud Hes. legitur et NEUTR. Φρυκτὰ, quod exp. ξηρὰ, addens ἰχθύδια εὐτελῆ: fortasse autem interpungi non debet inter ξηρὰ et ἰχθύδια. [" Jacobs. Anth. 11, 54. ad Diod. S. 2, 362. Boiss. Philostr. 553." Schæf. Mss. * Ἄφρυκτος, Non tostus, Alex. Trall. 9. p. 555. " J. Poll. 6, 77." Kall. Mss. " Phot. v. Προκώνια." Schleusn. Mss. * Φρυκτεύω, Torreo, Nicet. Annal. 21, 3.] Nomine φρυκτὸς significata etiam fuit faba, φρυκτὸς ὁ κύαμος ἐλέγετο, inquit Suidas; sed ego existimo proprie τὸν φρυκτὸν κύαμον, i. e. πεφρυγμένον, ita vocatum fuisse. [Aristoph. Σφ. 1331.] Et quoniam fabis suffragia ferebant Athenienses, calculi judiciarii apud eos fuerunt etiam VOCATI Φρυκτοί. J. Poll. 8, (18.) Etiam φρυκτοὶ vocabantur αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαί. Unde φρυκτή τις ψῆφος, qua utebantur εἰς τὰ ἐναντία. Hinc autem est VERB. Διαφρυκτοῦν, inquit Suidas, qui exp. διαψηφίζεσθαι, et διακληροῦν, Suffragia ferre, Sortiri. Sed ap. eum aliquid desiderari videtur. Post hæc enim verba, φρυκτὸς ὁ κύαμος ἐλέγετο, sequitur, ἀντὶ δὲ ψήφων κυάμους ἐφόρουν οἱ τῶν Ἀθηναίων δικασταί: quibus subjungit, ὅθεν καὶ τὸ διαφρυκτοῦν κ. τ. λ. Videntur, inquam, aliquot verba hic desiderari, quibus sc. doceat κυάμους illos vocatos fuisse φρυκτούς. Nisi forte e præcedentibus et sequentibus colligendum id nobis reliquerit. " Διάφρυκτος, Hesychio est κλῆρος, " Sors, quoniam sc. judices in sortibus utebantur " fabis, quæ ab Atheniensibus φρυκτοὶ nominantur." || Φρυκτὸς, Hes. teste, est etiam μάντις. Apud Eund. legitur φρυκτὸς δελφὶς, κλῆρος: quibus verbis subjungitur, Ἐχρῶντο δὲ τοῖς κλήροις μαντευόμενοι ἐν Ὀλυμπίᾳ. [Plut. 7, 916. Τῶν Θεσσαλῶν φρυκτοὺς περὶ βασιλέως πρὸς τὸν θεὸν πεμπόντων.] || Φρυκτὸς, Fax qua hostium adventus prænuntiatur, Ignis prænuntius, Plin. 1, 13. Cic. autem vocat Ignem e specula sublatum, aut tumulo, in Verr. Or. ult. Prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo. A Suida exp. Ἡ διὰ τῶν δᾴδων γινομένη ἐν πολέμοις λαμπάς. In VV. LL. φρυκτὸς est Fax e tæda, s. Panicula typhæ, ἡ ἐκ τῶν τυφῶν ἀνθήλης λαμπάς. Thuc. 2, (94.) Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ἤροντο πολέμιοι: 3, (22.) Φρυκτοί τε ἤροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμιοι· παρανίσχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους φρυκτούς. Quos in ll. vide quæ annotat Schol., qui inter alia docet qui φρυκτοὶ essent πολέμιοι, qui item φίλιοι, vel potius eorum usum. Synes. Ep. 130. Τῆς ὥρας πολλάκις φρυκτοὺς ὁρῶν, καὶ αὐτοὺς ἀνάπτων καὶ αὐτὸς, καὶ αἴρων τοῖς ἄλλοις σημεῖα. [Æsch. Ag. 30. 290. 300.] Hinc est NOMEN Φρυκτωρὸς, (compositum ex illo φρυκτὸς et verbo ὠρεῖν,) q. d. Observator ignium prænuntiorum. Thuc. 8, (102.) Ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον; ubi Bud. vertit, Custodes in speculis oræ, item Excubitores specularii, et Qui in speculis sunt oræ maris, e Liv. Hi autem ut ignes prænuntios sublatos cernebant, ita vicissim ipsi tollebant. [Lycophr.

345. Æsch. Ag. 599. " De ipso signo, Const. Manass. Chron. p. 57. Meurs." Schæf. Mss.] Dicitur ITIDEM Φρυκτωρία, Illa ignium observatio, Custodia s. Excubiæ in speculis maritimis, Excubiæ ad signum dandum per faces, e speculis, aut alio edito loco. Aristoph. "Ορν. (1161.) πανταχῇ Φυλακαὶ καθεστήκασι, καὶ φρυκτωρίαι Ἐν τοῖσι πύργοις. Apud Thuc. autem 3, (22.) Ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ, possumus φρυκτωρίας commode interpretari Ignium sublatorum. Itidemque ap. Aristot. de Mundo, Ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐπόπτῆρες, Cursores etiam, exploratoresque, statores, et custodes stationarii, et denique specularii excubitores, Bud. Subjungitur autem ab Aristot. Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἀλλήλαις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα: quæ Idem ita reddit, Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descriptæ collocationis ratio, tam rato ordine vices munerum constitutæ, et præsertim eorum qui ignes edere prænuntios et tollere e speculis soliti sunt, deinceps in aliam illi quidem ex alia dantes accipientesque signum in orbem, abusque finibus imperii adusque Susa et Ecbatana, quicquid rerum novarum quisquam in Asia moliretur aut incœptaret, rex ut ipse uno die rescisceret. Quo etiam e loco multiplicem fuisse φρυκτωριῶν usum cognoscimus. Sed animadvertendum est, Interpretem ita h. l. reddidisse quasi pro φρυκτωριῶν πυρσευουσῶν ἀλλήλαις, legeretur φρυκτωρῶν πυρσευόντων ἀλλήλοις. Ac profecto hunc dat. ἀλλήλοις, qui habetur in vulg. Edit. mutari in ἀλλήλαις necesse est, si φρυκτωριῶν retineamus, quod certe hoc loco non aliud est quam φρυκτῶν. Greg. Naz. metaphorice φρυκτωρίαν usurpavit de sole, Or. de Bapt. Οἶδα τήν τε κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, καὶ τὴν ἄνωθεν φρυκτωρίαν κόσμον ὅλον αὐγάζουσαν, Luminis ejaculationem s. Splendoris, aut etiam Splendorem. [" Matth. ad Gloss. min. p. 20. ad Lucian. 1, 240. 487. ad Herod. 484. 590. ad Diod. S. 2, 362. Boiss. Philostr. 553. Huschk. Anal. 240. Brunck. Soph. 3, 429." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 33. 499.] AT VERO Φρυκτώριον, τὸ, Specula illa excubitorum qui φρυκτωροὶ vocantur, Specula unde ignis sublatus hostium aut prædonum adventum aliudve significat. Herodian. 4, (2, 15.) Ἀπεικάσαι τις ἂν τὸ σχῆμα τοῦ κατασκευάσματος φρυκτωρίοις τοῖς λιμέσιν ἐπικειμένοις, ἃ νύκτωρ τὰς ναῦς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς χειραγωγεῖ· φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσιν. Ubi Polit. φρυκτώρια vertit Turres, totum h. l. ita interpretans, Possis ejus ædificii formam comparare turribus iis, quæ portubus imminentes, noctu igne prælato naves in tutas stationes dirigunt. Pharos vulgo appellant. [Plut. Pomp. 24.] Denique e φρυκτωρὸς factum est et VERB. Φρυκτωρέω, Excubias ago e specula, ignem sublatum observando, Igni sublato hostium adventum denuntio, aut aliorum. Bud. vertit etiam, E specula igniculum prænuntium excito. Virg. flammas efferre id vocat, Æn. 2. flammas cum regia puppis Extulerat. Liv. Signum dare e specula. Et pass. Φρυκτωρεῖσθαι dicitur quod eo modo significatur, sc. igne sublato. Thuc. 3, (80.) Καὶ ὑπὸ νύκτα τοῖς Πελοποννησίοις ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες Ἀθηναίων προσπλέουσαι ἀπὸ Λευκάδος. Metaphorice ap. Greg. Naz. Πόθεν ἥλιος φρυκτωρεῖ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάσαις ὄψεσι, Prælucet sol toti orbi et quasi facem præfert, Bud. Ex ejusd. Greg. Or. de Sancto Paschate, Ὅσον οὐρανὸς ἄνωθεν φρυκτωρεῖ, Velut facibus illuminat. Sed ex his solis verbis certo cognosci constr. non potest. Apud Aretham quidem certe accusativo manifeste jungitur, Ἥτις φρυκτωρεῖ τοὺς πελάζοντας. [" Matth. ad Gloss. Min. p. 20." Schæf. Mss. Harpocr. Φρυκτωρεῖν ἐστὶ κυρίως τὸ διὰ πυρσῶν ἀνατεινομένων σημαίνειν ὁτιοῦν. Δείναρχος ἐν τῇ Αἰσχίνου Συνηγορίᾳ κατὰ Δεινίου. * " Διαφρυκτωρέω, Niceph. Hist. p. 55. Ed. 1616=13. Lupar." Boiss. Mss.] COMP. autem Παραφρυκτωρέω, SIVE Παραφρυκτωρεύομαι, Ignem e specula attollo præter jus et æquum, vel contra quam promisi; seu, contra fidem datam, et proditorie, utpote in hostium commodum. Quidam interpr. Facibus in hostium usum abutor. Vide Suid. in Παραφρυκτωρευόμενος, nec non in Φρυκτός. [Παραφρυκτωρευόμενος, Lysias c. Agoracr. p. 358. Ed. Auger. Παραφρυκτωρεῖν, Dinarchus ap. Harpocr. s. v. " Huschk. Anal. 240." Schæf. Mss.]

¶ Φρύγανον, τὸ, Cremium, Virgultum aridum, Surculus aridus. Φρυγάνων appellatione Omnia sarmentosa ligna arida, ignisque fomenta, sive ad cremandum facilia, continentur. Ideo et εὔφλεκτα vocat alio nomine Constantinus in Geop. i. e. Columellæ et Plin. Cremia: quæ sunt ὑλήματα et κάρφη, omnisque lignosa et surculosa materia, qua fornax incenditur, torretur aliquid atque frigitur. Hæc ex VV. LL. Hieron. in Oseæ 10. φρύγανον et ipse interpr. Cremium: addens, Aridas herbas, siccaque virgulta quæ camino et incendio præparantur. Gaza autem in præfatione quam præfixit a se versis Theophrasti libris, Inter herbam enim, inquit, et fruticem Græci genus tertium reddunt, idque φρύγανον nomine usitatissimo vocant. Latini autem eo nomine vocant: nec quatuor genera faciunt, sed arboris, fruticis, herbæque appellatione universas plantas amplecti se satis existimant. Hæc ille. Habemus autem quatuor illa genera, ap. Theophr. H. Pl. 1, 5. Πρῶτα δ' ἐστὶ καὶ μέγιστα, καὶ σχεδὸν ὑφ' ὧν πάντη τὰ πλεῖστα περιέχεται, τάδε, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. Ibid. Φρύγανον δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης, καὶ * πολυστέλεχες καὶ πολύκλαδον· οἷον βάτος καὶ παλίουρος. Gaza alicubi φρύγανον vertit etiam Festucam. Pro qua interpr. facit quod scribit Schol. Aristoph., sc. eum κάρφη et φρύγανα posuisse ἐκ παραλλήλου, "Ορν. (642.) Polit. ap. Herodian. duobus in ll. φρύγανα vertit Fomites aridos. Apud Act. 28, (3.) vetus Interpres et alii φρύγανά verterunt Sarmenta. Quod autem ap. Historicos interdum legimus, φρυγάνων συλλογὴν, possumus uno verbo Pabulationem interpretari: Valerii exemplo, qui de Codro loquens Pabulari dixit pro eo quod quidam Græcus scriptor, eandem historiam commemorans, φρύγανα συλλέγειν. Veruntamen Thuc. 3, (111.) non simpliciter dixit φρυγάνων ξυλλογὴν, sed λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογήν. Ac re vera Pabulatio latius patet quam φρυγάνων ξυλλογὴ, adeo ut Valerium quoque aliud etiam comprehendere Pabulandi verbo quam φρύγανα συλλέγειν, verisimile sit. [" Diog. L. Archelao p. 55. HSt." Seager. Mss. " Plut. de S. N. V. 29. Toup. Opusc. 1, 549. Valck. Diatr. 14." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. N. T. Φρυγάνων χαῖται, Gl. Quisquiliæ. At * Φρυγανὸς, ap. J. Poll. 4, 137. ταῖς σαρξὶ, est prava lectio pro σφριγανός.]

Φρυγανοειδὴς, ὁ, ἡ, ET Φρυγανώδης, Cremiis similis, s. Virgultis aridis. Redditur etiam Cremiorum modo lignosus. Et φρυγανοειδὴς θάμνος ap. Diosc. item φρυγανοειδὲς θαμνίσκιον, Frutex cremio similis, surculosus, surculaceus. Hæc autem interpr. assentitur iis, qui φρύγανον putarunt apte reddi voce Surculus, e quibus fuit Bud., qui alioqui τὰ φρυγανώδη a Gaza reddi etiam Virgulta testatur. In VV. LL. φρυγανώδης exp. præterea Fruticosus, Suffruticeus. Invenitur certe ap. Diosc. φρυγανώδης θάμνος, sicut et φρυγανοειδής. Apud Eund. Plin. πόα φρυγανώδης interpr. Herba ferulacea. Nam hæc Dioscoridis, Μύαγρος, πόα φρυγανώδης, δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου, σπέρμα λιπαρὸν, ita vertit, Herba est ferulacea, foliis similis rubiæ, tripedanea: semen oleosum. [Φρυγανώδης, Gl. Surcularis. " Greg. Cor. 263." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 1, 3, 4. 2, 1, 3. 6, 6, 2.] Φρυγανοφόρος, Qui portat cremia, s. virgulta arida. Redditur etiam, Sarmenta ferens, ut φρύγανα reddi etiam Sarmenta, dictum modo fuit. Affertur autem e Lysia.

[* Φρυγανὶς, Eust. Il. Λ. 553. Δεταὶ, δεσμοὶ δᾴδων —συνδεδεσμέναι φρυγανίδες. " Heyn. Hom. 6, 217." Schæf. Mss.]

Φρυγανικὰ, τὰ, Virgulta minus virentia, Bud. e Theophr. C. Pl. 3, (7, 11.) de olea et punica et myrto, Πυκνότατα δέ ἐστι καὶ λεπτότατα, καὶ ταχὺ παραυαινόμενα· διὸ καὶ φρυγανικώτατα πάντων τῇ προσόψει. In VV. LL. φρυγανικὰ, Virgulta cito arescentia, et igni accommodata, Suffrutices, e Gaza

ap. Theophr. H. Pl. 3. Ceterum quod ad illam primam interpr. attinet, qua φρυγανικὰ significare dicitur Virgulta minus virentia, non dubium est quin et substantivo φρύγανα itidem convenire possit; ideoque melius, ut opinor, φρυγανικὰ eod. modo interpretabimur quo φρυγανοειδῆ s. φρυγανώδη. [Theophr. H. Pl. 6, 1, 1.]

Φρυγανίζομαι, Cremia colligo, Virgulta arida colligo. Bud. vertit etiam Aridos frutices lego, (sub qua interpr. observa obiter et nominis φρύγανα interpretationem, diversam a præcedentibus,) afferens e Basil. Hom. 9. Ἡ οὐχ ὁρᾷς ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εἶναι τὸν ἅγιον; Sed non satis Budæana illa expositio verbi φρυγανίζεσθαι huic loco convenire videtur, cum Basil. φρυγανίζεσθαι hic appellet quod Act. 28. συστρέφειν φρυγάνων πλῆθος: de quo loco dixi in Συστρέφω. Apud Historicos quidem certe videtur reddi posse Lignari, sicut VERBALE Φρυγανισμὸς, Lignatio, cum ap. alios tum ap. Arrian. (1, 19, 14.) Et quod dicit Thuc. (7, 4.) Ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξελθεῖν, Ad lignationem exire, Lignatum exire: [13. " Appian. 1, 158. Polyæn. (1, 18.) p. 37. * Φρυγανιστὴρ, ibid." Wakef. Mss. Unde * Φρυγανιστήριος, e quo] Φρυγανίστρια, ap. J. Poll., qui ex Aristoph. affert. Non est autem aliud φρυγανίστρια quam Cremiorum collectrix, s. Virgultorum aridorum, sequendo quidem certe eam signif. quæ verbo φρυγανίζομαι data fuit.

[* " Φρυγανίτης, Const. Manass. Chron. p. 87." Boiss. Mss. * Φρυγανῖτις, Heliod. 9. p. 422=449. ὕλην.]

Φρυγάνιον, τὸ, dimin. forma, Parvum virgultum aridum. Apud Diosc. (3, 105.) Ruell. vertit Exiguus frutex, Ἄλυσον, φρυγάνιόν ἐστιν ὑπότραχυ.

ΦΡΥΝΟΣ, ὁ, Rubeta, Rana venenosa. Nicander Ἀ. (580.) Ἤν γε μὲν ἐκ φρύνοιο θερειομένου ποτὸν ἴσχῃς. Ubi vide Schol., qui φρύνου putat accipi etiam posse pro φωνητικοῦ. [Vide Schn. p. 308.] Quod autem hic appellat ἐκ φρύνοιο ποτὸν, Diosc. vocat φρύνου πόσιν, quod ap. eum redditur, Haustum rubetæ venenum. Apud Eund. Τοῖς ὑπὸ φρύνου δηχθεῖσι. Lucian. (3, 40.) Φρῦνοι καὶ φύσαλοι. Plut. (8, 125.) Καὶ γὰρ γαλᾶς καὶ κανθαρίδας ἔνιοι μισοῦσι, καὶ φρύνους καὶ ὄφεις, ubi quemadmodum habes ὄφεις post φρύνους, sic ὄφιν post φρῦνον, in hoc versu, quem Synes. affert, Ἀσπίδα, φρῦνον, ὄφιν καὶ Λαδικέας περίφευγε. Existimatur autem φρῦνος in quibusdam ll. generalius etiam usurpatum pro Rana. In VV. LL. afferuntur et aliæ scripturæ hujus nominis, quarum prima EST Φρὺν, υνός: secunda EST Φρυνέος: tertia EST Φρύνη, quod ap. Aristot. extat: [et Nicandr. Ἀ. 588. 589.] Illud autem φρυνέος Etym. e φρῦνος factum esse tradit per pleon. literæ ε. Quod vero ad Φρύνη attinet, esse etiam Celeberrimi cujusdam scorti nomen, satis notum est: Latina terminatione Phryne. [Aristoph. Ἐκκλ. 1101. et Brunck. " Φρῦνος, Φρύνη, Tyrwh. de Babr. p. 58=196. (Fab. 11, 6.) Wagner. Alciphr. 2, 221." *Schæf. Mss. Apollod. 2, 8, 4.* * *Φροῦνος* pro *φρῦνος, Eust. ad Dionys. P. 752.*]

Φρυνοειδής, ὁ, ἡ, Rubetæ speciem præ se ferens, Rubetæ similis. Φρυνολόχος, q. d. Rubetis insidians: ἱέραξ, Rubetarius accipiter. Aristot. Οἱ δὲ φρυνολόχοι, εὐβιώτατοι καὶ χθαμαλοπτῆται.

Φρύνιον, τὸ, Fruticis genus, a rubetis, quas φρύνους vocant, quod adversus eas sit auxilio. Dicitur et ποτήριον. VV. LL. e Marc. in Diosc. In Iisd. traditur φρύνιον accipi et pro Rubeta. [" Diosc. Notha 452. 465." Boiss. Mss.]

ΦΥΚΟΣ, τὸ, Alga, non satis proprie tamen, ut postea docebo. Il. I. (7.) ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν. Virg. Æn. 7. scopuli nequicquam et spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. Tradit autem ibi Eust. φῦκος esse εἶδός τι μνίου καὶ βρύου. Plut. in l. quem περὶ Ἀοργησίας inscripsit, Τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν, ubi quemadmodum βρύα et φῦκος jungi vides, ita φυκίων

A et βρύων ab Eod. copulari, docebo in Φυκίον. Dioscoridi 4, 100. φῦκος θαλάσσιον aliud est πλατὺ, aliud ὑπόμηκες et φοινίσσον, aliud λευκόν. Unde Plin. 26, 10. Præcipue vero liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, i. e. fucus marinus, lactucæ similis: qui conchyliis substernitur: non podagræ modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quam exarefiat. Tria autem genera ejus: latum, et alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur: omnia ejusd. usus. Ejus meminit et 32, 6. vocans Algam maris. Quin etiam 13, 25. scribit inter alia, Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt. Sed hoc animadvertendum est isto in loco, rejici ab eo id nomen, sc. algam, quo alibi utitur; ita enim scribit, Non habet lingua alia nomen quod Græci vocant φῦκος: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit etc. Theophr. H. Pl. 4, 7. meminit ποντίου φύκους, quo tingi dicit non solum ταινίας, sed

B etiam ἔρια et ἱμάτια: esse autem hoc existimatur genus illud, quod Diosc. vocat φοινίσσον, Plin. Quadantenus rubens. Horat. Od. 3, 5. nec amissos colores Lana refert medicata fuco. Ubi fucus est hoc ipsum φῦκος, si Acroni credimus, qui in Serm. 2, 2. annotat fucum esse Genus herbæ marinæ, unde lana inficitur, et affert illum ejusd. Poëtæ locum: nec non hunc Virgilii versum, Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Scimus alioqui Assyrium venenum hic alios exponere Purpuram. Sed meminisse debemus ejus, quod scribit Plin. in l. quem paulo ante protuli, sc. φύκει circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque infici. Quo pertinet hic Catulli in Argon. versus, Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco. ‖ Radicula qua se fucant mulieres, unde Fucus Latine. Hoc nihil aliud est quam genus algæ, frutexque potius quam herba: φῦκος rubens Plinii, et Theophrasti illud φῦκος, quo infectores utuntur, et quo, ut anchusa, mulieres exalbidæ genarum colorem purpureum roseumque ementiuntur: φοινικοῦν

C φῦκος Nicander appellavit. Hæc ex VV. LL. Dioscorides tamen eodem illo loco, sc. 4, 100. scribit Nicandrum tradere τὸ φοινικοῦν φῦκος esse θηριακὸν, quod nonnulli putarint id esse, quo utuntur mulieres, cum illud sit radicula ὁμωνύμως dicta φῦκος. Utut sit, φύκει usas esse mulieres ad ementiendum ori ruborem, e variis variorum Auctorum locis constat. Lucian. (2, 443.) Τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν * ὑπέρλευκον αὐτῶν, καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ, ubi observa etiam usum pluralis numeri, nec non additum esse ἐπιχρίστοις. J. Poll. 5, c. 16. Φύκει πυρσαίνει, ψιμμυθίῳ λευκαίνει. Sed et in l. Sapientiæ Solom. 13, (14.) dixerunt. LXX. Interprr. Καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας τὴν χρόαν αὐτοῦ. Itidem certe Fucus ap. Latinos ruborem asciscit. Legimus enim et ap. Cic. de Orat. 3. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus sed sanguine diffusus debet color. Sed ne hoc quidem omittendum est, ap. Tibull. legi etiam, Fuco splen-

D dente comas ornare. ‖ Φῦκος a Gal. inter Metalla quoque reponitur, itidemque ab Aëtio, eum sequente. [Gl. Alga, Fucus, Muscus, Purpurissum, εἶδος ἰχθύος, Saxatilis. " Jacobs. Anth. 9, 37. 143. Heyn. Hom. 5, 527. Toup. Append. in Theocr. p. 27. Emendd. 2, 146. Valck. Adoniaz. p. 307. Alciphr. 136. Abresch. Lectt. Aristæn. 38. Dawes. Misc. Cr. 110." Schæf. Mss. * Fucus, Pigmentum, Etym. M. Bekk. Anecd. 258. Spanh. Obss. in Callim. 446.]

[* Φυκόθριξ, Athen. 135. πέτρα, Anal. 2, 246.]

Φυκοφάγος, q. d. Algæ comestor, Qui algam comedit, alga vescitur. Piscis ap. Athen. (305.) qui et κίθαρος, sacer Apollini. Hæc e VV. LL. ubi ETIAM Φυκιόφάγος pro eod., tanquam e φυκίον posito pro φῦκος: [Aristot. H. A. 1, 914.]

" " Ἄφυκος, Fuco carens, Non fucatus. Hes. enim " ἄφυκα exp. ἀκαλλώπιστα· παρὰ τὸ μὴ ἔχειν * φυκάριον " ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες πρὸς φιλοκαλίαν."

Φυκώδης, Algosus, Alga abundans.

Προφυλάσσω, SIVE Προφυλάττω, q. d. Ante excubo, ut Excubat ante fores Cerberus, ap. Tibull. Sic προφυλάττουσαι νῆες, quæ et προφυλακίδες, Naves quæ ante exercitum in statione et præsidio sunt, Naves præsidiariæ. Thuc. 2, (93.) Οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφυλάσσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν, sc. ἐν τῷ Πειραιεῖ. Apud Xen. autem (Ἀπ. 2, 7, 14.) canis oves custodiens dicit, Εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, ubi quidam interpr. Nisi vos defenderem, protegerem. Sed intelligendum est, excubando ante vos, vel potius ante locum in quo estis. Affertur præterea προφυλάττω σε, pro A te caveo, ex Herod. Apud Thuc. quidem certe invenitur προφυλαξάμενος pro Qui præcavit. Sic et pass. Προφυλάττομαι, Præcaveo, [Xen. Mem. 1, 4, 13.] Exp. vero et προνοοῦμαι, i. e. Provideo. [Herod. 7, 130. 179. 8, 92. Alex. Trall. 1. p. 1. Κάλλιον δὲ προφυλάξαι τὸν τόπον ῥαφανίσι, Melius autem prius locum irritare raphani radicibus. "Προφυλάττω, Plut. Mor. 1, 506. ubi in Versione cum medio confunditur: Ilgen. ad Hymn. 345. Lucian. Ep. 34." Schæf. Mss. "Opp. Ἁ. 1, 722., Med., Præcaveo, Schol. Il. N. 43." Wakef. Mss. Act., cum gen., Xen. Hier. 6, 10. Αὐτῶν τῶν φυλάκων προφυλάττουσιν οἱ νόμοι. Med., cum accus., Hom. Hymn. 1, 539. νηὸν προφύλαχθε. * "Προφύλαγμα, Hes. v. Φρούριον." Wakef. Mss. * Προφύλαξις, Schol. Æsch. Pr. 906.] Πρόφυλαξ, ακος, ὁ, Qui ante excubat, ut προφυλάττω, Ante excubo. Sed potest et simpliciter reddi, Qui excubat, Excubitor. In VV. LL. Procubitor, e Festo. Item, Primus excubitor, cujus signif. exemplum desidero. Ibid. προφύλακες, Speculatores, Præsidiarii: aut etiam Stationarii, e Liv. Inveniuntur certe iidem uno in l. προφύλακες, in altero φύλακες dicti. ["Villois. ad Long. 206." Schæf. Mss. Xen. K. Ἀ. 2, 3, 1. 2, 4, 8. 3, 2, 1. 6, 4, 19. "Æneas Poliorc. 22." Schleusn. Mss. Πρόφυλαξ, ἡ, Eratosth. Cataster. c. 22. p. 117. Gale.] Προφυλακή, ἡ, Excubiæ, (sonat tamen q. d. Præexcubiæ; quidam autem, Procubiæ, ut dicitur Procubitor,) Vigiliæ. Ita Bud., qui ap. Plut. de Fort. Rom. Ὑπὸ τῶν προφυλάκων ἀναληφθεὶς, vertit, A vigilibus admissus. Idem affert e Xen. Προφυλακὰς ποιησάμενοι ἐκοιμήθησαν. Ex Eod. (Ἱππαρχ. 7, 13.) Σκοποῖς μέντοι καὶ προφυλακαῖς οὐδέποτε δεῖ παύεσθαι ἐπιβουλεύοντα. Sicut autem προφύλακες et φύλακες de iisd., ita et προφυλακαὶ ac φυλακαὶ, sæpe dicuntur. In VV. LL. προφυλακὴ est etiam Munitio ad arcendum. || Præcautio, Cautio. Paulus Ægineta, Πολλοὶ δὲ προφυλακῆς χάριν κατὰ νουμηνίαν λαμβάνουσι, Præcautionis gratia, Ad præcavendum sibi a morbis, Ad evitandos morbos. Apud Diosc. pro Amuleto ad canis rabidi morsum. [Thuc. 4, 30. "Ad Charit. 587. ad Diod. S. 1, 405." Schæf. Mss. Lex. Xen. Schleusn. Lex. V. T.] Προφυλακὶς, ίδος, ἡ, ut προφυλακὶς ναῦς, Navis quæ ante exercitum excubat, (ut προφυλάσσον ναυτικὸν ap. Thuc.) aut ante alias, Navis præsidiaria. Sæpius in plur. προφυλακίδες νῆες, quod in VV. LL. exp. Speculatoriæ naves, aut ad præsidia locorumve custodiam mitti solitæ. Schol. Thuc. 37. προφυλακίδες esse dicuntur αἱ πρὸ τῶν ἄλλων ὁρμοῦσαι. [Thuc. 1, 117. "Ad Diod. S. 2, 472." Schæf. Mss. * Προφυλακτὴρ, unde * Προφυλακτήριος, e quo * "Προφυλακτήριον, τὸ, Hes. v. Φρούριον." Wakef. Mss. "Tzetz. Ch. 7, 148." Elberling. Mss. Basil. 3, 147. * Προφύλακτος, unde] "Ἀπροφύλακτος, quod exp. Incustoditus. Sonat "tamen potius Non præcautus, Nulla cautione "prævisus." [Thuc. 4, 55. "Constant. ap. Euseb. V. C. 2, 70." Boiss. Mss. * Ἀπροφυλάκτως, Dio Cass. 87. "Athan. 2, 108." Kall. Mss.] "Ἀπροσφύλακτος, "Improvisus, VV. LL. Sed perperam, ut opinor, pro "ἀπρόφ." Προφυλακτικὸς, Ad præcautionem aptus, Cujus usus est ad præcavendum, Qui adhibetur ad præcavendum. In VV. LL. προφυλακτικὸς ἰοβόλων, Qui a venenatis animalibus feriri non patitur, e Diosc. Et προφυλακτικὰ βοηθήματα, Remedia quibus in præcautione utimur, ex Eod. Προφυλακτικὰ καὶ βοηθηματικὰ, inquit Bud., Partes duæ medicinæ ap. Diosc. Quin etiam προφυλάττεσθαι dicuntur medicamenta, quæ ad præcavendos morbos dantur, vel ad veneficia, Paulo. Idem προφυλακτικὰ τῶν δηλητηρίων ap. eund. Paulum et ap. Diosc. esse ait q. d. Præsidiaria, quæ sc. contra veneficia sumuntur, ἃ προβιβρώσκεται τῶν φαρμάκων, ἀντιφάρμακα ὄντα, Quæ præeduntur, aut etiam quæ subeduntur. Et fem. Προφυλακτικὴ, s. προφυλακτικὴ ἀγωγὴ, Ea pars medicinæ quæ causas morborum arcet præcavendo. Προφυλακτικὴ, inquit Gorr., pars est τῆς ὑγιεινῆς: tuetur enim sanitatem. Tota consistit in causarum, quæ morbum alioqui facturæ erant, ablatione: h. e. tota circa humores præcipue negotiatur. Siquidem maximæ præcipuæque impendentis morbi causæ humores sunt lenti, crassi, multi, valde calidi, frigidi, mordaces, putres, pestilentes, aut alia quadam vitiosa qualitate præditi. Quæ ergo iis adhibetur provisio, lentos incidendo, crassos tenuando, multos vacuando, calidos refrigerando, frigidos calfaciendo, mordaces contemperando, putres et pestilentes immutando, ne morbum gignant, προφυλακτικὴ appellatur. E quo apparet, τῆς ὑγιεινῆς partem esse. Cum enim ratio tuendæ sanitatis versetur vel in tutela hominis optima valetudine fruentis, vel ejus qui jamjam in morbum cadere paratus est, προφυλακτικὴ secundum hoc munus sibi ascivit. Jam enim in corpore subest latetque morbi causa, eumque mox excitatura est, nisi citissime tollatur, cum nulla adhuc sit ejusmodi causa in ejus corpore qui optima præditus est valetudine. Talis quidem proprie ἡ προφυλακτικὴ est. Veruntamen etiam cura, quæ sanis et congenitam sanitatem retinentibus, (sive ea perfecta absolutaque sit, sive ab optima parum declinet) adhibetur, τῆς προφυλακτικῆς nomine appellatur, quod sanitatem in suo statu conservando, futuros morbos declinet. Quin etiam si quis jam ægrotare cœpit, morbusque in ipso, ut dicitur, fieri adhuc est, nec longe progressus, tametsi ejusmodi provisio ad therapeuticem proprie pertinet, pars tamen quodammodo τῆς προφυλακτικῆς dici potest. Cum enim morbus jam factus est, nullaque causa superest quæ morbum faciat, tunc sola jam facti morbi curatio relinquitur: ubi vero quæ subest in corpore causa, nondum morbum peperit, ejus sublatio ad προφυλακτικὴν attinet: cum vero jam aliquid egit, aliudque insuper factura est, mistum jam quodammodo hoc opus est e præservatione et curatione. Quod enim morbi jam factum est, curatione tolli debet: quod vero faciendum restat, per prophylacticen arcendum est. At nullum huic operi proprie inditum nomen est, quo conjunctam cum præservatione curationem designemus, sed pro vincente opere, vel curationem, si morbus jam longe processit, vel præcautionem, si intra initia sua consistit, appellamus. Sic quidem Gal. interpretari oportet extremo libro artis parvæ, ubi scribit τῶν προφυλακτικῶν triplicem esse in genere differentiam; primam quidem hominis qui integra fruitur sanitate, secundam ejus qui non integre valet, tertiam vero ejus qui jam ægrotat.

"Συμφυλάττω, Una custodio, conservo. Xen.

" ('Απ. 2, 8, 3.) τὴν οὐσίαν, Facultates." [* Συμφύλαξ, Custodiæ socius, Xen. K. Π. 8, 1, 3. 8, 6, 6. 8, 7, 3. Ἱππαρχ. 7, 6. Dorv. ad Charit. 674. Plato de Rep. 463. Thuc. 5, 80.]

ΦΥΛΗ, ἡ, Tribus. Athenis decem fuisse φυλὰς, cum ex aliis discimus, tum vero e Dem. et Æschine, vocantibus φυλὴν decimam urbis partem. Ita enim Dem. (556.) Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῖς εἰς τὸν χορὸν γεγενημένοις ἀδικήμασιν, ἡ φυλὴ τὸ δέκατον μέρος ὑμῶν συνηδίκηται. Æschin. (54.) Οὐθ' οἱ πρόεδροι, οὐθ' ἡ προεδρεύουσα φυλὴ, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. Factas autem fuisse decem e quatuor, ap. Herod. quoque legimus, 5, (66.) p. 196. meæ Ed. de Clisthene, Μετὰ δὲ, τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε. Lege et J. Poll., item Schol. Demosth.: Plato duodecim φυλὰς in sua civitate instituit, de LL. 8. Apud Aristot. Polit. Φυλαὶ καὶ φρατρίαι. Apud Romanos φυλὴν habuisse decem φρατρίας, e Plut. Romulo (20.) annotatur. || Φυλὴ metaphorice ap. Xen. (Œc. 9, 7.) Ὅπλων ἄλλη φυλὴ, ἄλλη γαλασιουργικῶν ὀργάνων, Alia classis: (6.) Οὕτω δὴ ἤδη διεκρίνομεν κατὰ φυλὰς τὰ ἔπιπλα, Distinguebamus in certas classes, et distribuebamus. Non ignoro tamen Bud. velle φυλὴν hic significare Genus. || Φυλὴ, Nomen proprium loci Atticæ, quo occupato Thrasybulus triginta tyrannos profligavit. Aristoph. Πλ. (1146.) Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες. Æschin. (82.) Ὥσπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν. Xen. Ἑλλ. 2, (4, 2.) Θρασύβουλος ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν, ὡς σὺν ἑβδομήκοντα Φυλὴν χωρίον καταλαμβάνει ἰσχυρόν. [" T. H. ad Plutum p. 168. Brunck. Aristoph. 3, 105. Musgr. Ion. 1577. ad Dionys. H. 1, 590. 2, 1224. ad Liv. 1, 157. Zeun. ad. Xen. K. Π. 21. 66. 751. 777. Mœr. 107. Timæi Lex. 63. Τὴν φ. καταλαβεῖν, Act. Traj. 1, 98. Κατανεῖμαι ἐς φυλὰς, ad Herod. 344." Schæf. Mss. Dicæarchus ap. Steph. B. v. Πάτρα: Φυλὴ δὲ καὶ φυλέται πρότερον ὠνομάσθησαν ἐκ τῆς εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰ καλούμενα ἔθνη συνόδου γενομένης· ἕκαστον γὰρ τῶν συνελθόντων φῦλον ἐλέγετο εἶναι.]

Φυλοβασιλεὺς, ὁ, q. d. Rex tribus s. tribuum. Hes. φυλοβασιλεῖς esse dicit E tribubus delectos qui sacrificia peragunt. Itidem J. Poll., quem vide, testatur eos μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπιμελεῖσθαι solitos. [Phot. v. Ναυκραρία. " Wernsd. ad Plut. Quæst. 1. p. 24." Schæf. Mss. * Φυλοκρινὴς, unde] Φυλοκρινέω, Judicis officio fungor in tribu, Sum judex tribus, ut quidem interpr. nonnulli. In VV. LL. Φυλοκρινῶ, Judico per tribus, ex J. Poll., qui tamen dicit duntaxat, ἀπὸ δὲ φυλῶν, τὸ φυλοκρινεῖν. Hes. autem habet baryt. VERB. Φυλοκρίνομαι, quod exp. ἐν τῇ φυλῇ διακρίνομαι. Vide aliam signif. verbi illius φυλοκρινεῖν post Φῦλον. [Phrynichus Bekkeri 71. Euseb. H. E. 8, 4. Basil. 3, 73. 304. 365. Liban. 1, 221. ubi v. Reisk. " Valck. Phœn. p. 38. Matth. ad Gloss. min. p. 23." Schæf. Mss. " Sequestro, Phot. c. Man. 1, 23." Kall. Mss. * Φυλοκρίνησις, Clem. Alex. 449, 16. * Φυλοκρινητικὸς, 448, 9. Sed cf. Φιλοκρινέω et derivv.]

Φύλαρχος, ET Φυλάρχης, Tribus præfectus, Qui tribui præest, Princeps tribus, Tribunus. Herod. 5, (68.) p. 197. meæ Ed. Τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλεῦνας ἐξ ἐλασσόνων· δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε. Aristot. Polit. 5. Καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ δὲ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον· ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων βουλὴν ἐποίησαν. [Φύλαρχος, Gl. Tribunus plebis. " Brunck. Aristoph. 3, 213. Munck. ad Anton. Lib. 39. Verh. Zeun. Ind. in Xen. K. Π." Schæf. Mss. Lex. Xen.] Φυλαρχέω, Sum tribus præfectus, s. princeps, Præsum tribui, Sum tribunus. Aristot. Polit. 4. copulavit φυλαρχεῖν et βουλαρχεῖν. Xen. autem Ἱππ. (11, 10.) φυλαρχεῖν et ἱππαρχεῖν. [" Const. Manass. Chron. p. 23. cf. ad Nicet. Eugen. 1, 19." Boiss. Mss. Xen. Ἱππαρχ. 1, 23.] Φυλαρχία, Præfectura tribus, [Orac. vet. Galæi p. 60. " Const. Manass. Chron. p. 24. Meurs. 29. (sed forte recte habet scriptura vulg.,) cf. p. 45. * φιλαρχοῦντι: p. 122." Schæf. Mss. * " Συμφύλαρχος, Compræfectus, Anal. Gr. 1, 71." Schleusner. Mss.]

Ἀλλόφυλος, ὁ, ἡ, Qui ex alia est tribu. Cui opp. ὁμόφυλος, Qui est ex eadem tribu. At vero ἀλλόφυλος quo significatur Alienigena, Externus, dixerim potius esse ex ἄλλο et φῦλον: atque adeo in φῦλον, non autem hic de eo tractare statui. J. Poll. tamen inter derivata a nomine φυλὴ hoc comp. recenset, sicut et alia quædam, nullam diversæ signif. mentionem faciens.

Ἀποφύλιος, ὁ, ἡ, Tribum non habens, Qui non est ex ulla tribu, Peregrinus, ξένος ὁ μὴ ἔχων φυλὴν, secundum Hes. Itidem J. Poll. ait veteres ἀποφυλίον vocasse τὸν μὴ ἔχοντα φυλήν. [Cf. Ἀποφώλιος.]

[* " Αὐτόφυλος, Isid. Pelus. 1, 7. * Ἄφυλος, Plut. Æmilio P. 1." Boiss. Mss. " Heyn. Hom. 5, 536." Schæf. Mss. * " Βαρβαρόφυλος, Const. Manass. Chron. p. 117." Boiss. Mss.]

Δεκάφυλος, vide Τετράφυλος.

Ἔκφυλος, vide cum Ἔμφυλος.

Ἔμφυλος, Qui est ejusd. tribus, Tribulis. Od. O. (273.) Οὕτω τοι καὶ ἐγὼν ἐκ πατρίδος ἄνδρα κατακτὰς Ἔμφυλον, i. e. φυλέτην, ὁμόφυλον, Eust. At ἔμφυλος πόλεμος, Bellum intestinum, civile. Et ἔμφυλος στάσις, VV. LL. e Dem. Seditio civilis. Verum, si bene memini, illud ἔμφυλος στάσις, Demosthenis non est, sed e quodam Poëta ab ipso affertur. Constat certe, in prosa multo esse usitatius TETRASYLL. Ἐμφύλιος, cum illo subst. πόλεμος. Redditur autem passim ἐμφύλιος πόλεμος a Polit. ap. Herodian. Civile bellum. Cui ἐμφυλίῳ πολέμῳ idem Historicus (1, 1, 5.) opp. τὸν ξένον. Bud. ἐμφύλιον πόλεμον putavit posse reddi non solum Civile, sed etiam Intestinum, aut Domesticum: item Gentile. Plut. Cicerone, Ὁ δὲ εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν, ἤδη τῶν πραγμάτων ὥσπερ ὑπὸ φλεγμονῆς ἀφισταμένων περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, E rerum novarum molitione, tanquam vomica quadam jam collecta, unde bellum intestinum erupit, ut ille vertit. Sonat certe ἔμφυλος s. ἐμφύλιος πόλεμος, q. d. Bellum inter tribum, i. e. inter ejusd. tribus homines. A φῦλον autem derivando, significabitur Bellum inter ejusd. gentis homines. Ne quis porro hanc secundam derivationem temere afferri a me existimet, sciat Suidæ quoque auctoritate posse comprobari, quippe cui ἔμφυλος πόλεμος sit ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους. At Hes. ἔμφυλον esse dicit τὸν ἐκ τῆς αὐτῆς, οὐ πολέμιον, ἀλλ' ἐμφύλιον. Ubi non dubito quin reponendum sit τῆς αὐτῆς φυλῆς, præsertim cum ἐμφύλιον, quod proxime ibi præcedit, exponat, συγγενικὸν, ἢ τῆς αὐτῆς φυλῆς. Si quis tamen scribere malit τῆς αὐτῆς γῆς, vel χώρας, non magnopere repugnarim, cum hunc, sicut et ceteros Lexicographos, diversas deductiones in suis expositionibus plerumque sequi videamus. Ceterum non ἐμφύλιος πόλεμος duntaxat, sed etiam ἐμφύλιος νίκη, et ἐμφύλια τρόπαια, ap. Herodian. (3, 15, 6.) habemus. Apud Eund. ἐμφύλιον αἷμα, copulantem (2, 5, 10.) ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι, quod et ap. alios atque adeo ap. Apoll. Rh. (4, 717.) legitur: [sed contra metrum: recte igitur ἐμφύλῳ restituit Brunck. " Ἐμφύλιος, T. H. ad Plutum p. 112. ad Diod. S. 1, 314. De bello civili, Verh. ad Anton. Lib. p. 25. LB." Schæf. Mss. " Ἐμφύλιον φόνον δρᾷν, Quendam e suis contribulibus occidere, Mich. Apost. Prov. 6, 46." Schleusn. Mss. Apoll. Rh. 4, 725. ἐμφύλιον ὀμφήν. Ἐμφύλιος et * Ἐκφύλιος conf., Nonn. D. 2, 547. Ἔμφυλος, Opp. Ἁ. 1, 249. Ἀνθιέων δὲ μάλιστα νομαὶ πέτρῃσι βαθείαις Ἔμφυλοι. * " Ἐμφύλως, Greg. Nyss. ap. Wolf. Anecd. Gr. 3, 17." Kall. Mss.] Illi porro ἔμφυλος, unde factum est hoc ἐμφύλιος, opponi videtur COMP. Ἔκφυλος, præsertim si ἔμφυλος accipiamus tanquam a nomine φῦλον. Nam ἔκφυλος Bud. reddit Externus. Item, A moribus gentis abhorrens: βαρβαρικὸν καὶ ἔκφυλον ἐπιτήδευμα, A moribus gentis abhorrens et inusitatum. Exp. etiam Peregrinus et inusitatus, sic accipi tradens ab Athen. (182.) et a Dionys. Areop. Affert præterea e Plut. Bruto (36.) Ὁρᾷ δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκφύλου σώματος καὶ φοβεροῦ. Quod Idem in Cæsare (69.) narrans, scribit, Ὄψιν εἶδε φοβερὰν

ἀνδρὸς ἐκφύλου τὸ μέγεθος καὶ χαλεποῦ τὸ εἶδος. Apud Suid. ex Æliano habemus ἔκφυλος πόλεμος, quod oppositum itidem τῷ ἐμφύλῳ s. ἐμφυλίῳ, significabit Bellum externum s. exterum, oppositum domestico, ut etiam externi s. exteri hostes opp. domesticis. Vide Ἀλλόφυλος. [" Act. Traj. 1, 225. Toup. Opusc. 2, 257." Schæf. Mss. Strabo 4. p. 302. Hesych. Ἔκφυλον· τὸ μὴ συγγενὲς, ἀλλόφυλον. "Ἔκφυλον ὄνομα, Verbum peregrinum, quasi extra suam tribum oberrans, adeoque parum probatum, Lucian. Lexiph. 24. Philostr. V. S. 578. Eodem modo Longin. 15, 8. δεινὰς καὶ ἐκφύλους παραβάσεις dixit, Non ferendas et alienas digressiones, h. e. quibus quasi extra rhetoricæ artis terminos evagamur." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: v. Lobeck. Phryn. 269.]

[* Ἐπιφύλιος, Eur. Ion. 1577. χθών: v. Wakef. 1599.]

"Ὀλόφυλος, ὁ ὁλόκληρος, Integer, Suid." [Eust. Od. Z. 80. p. 1552, 23.]

Ὁμόφυλος, Qui ejusd. est tribus, Tribulis, (pro quo videndum an satis Latine dicatur Contribulis :) unde ἔμφυλον dictum est exponi ὁμόφυλον, sicut et φυλέτην ap. Hom. Quidam ap. Philon. τοὺς ὁμοφύλους interpr. Populares suos. Polit. autem ap. Herodian. 6, (2, 10.) Μηδὲ γὰρ ὁμοίαν ἔσεσθαι μάχην αὐτῷ πρὸς Ῥωμαίους, οἵαν σχεῖν πρὸς τοὺς γειτνιῶντας καὶ ὁμοφύλους βαρβάρους, vertit ὁμοφύλους βαρβάρους, Ejusdem corporis barbaros. Quo in l. fortasse quis a φῦλον deducere malit. || Qui ejusd. est sexus: Aristot. de Mundo, Ὥσπερ ἀμέλει τὸ ἄρρεν συνήγαγε (subaudi ἡ φύσις) πρὸς τὸ θῆλυ, καὶ οὐχ ἑκάτερον πρὸς τὸ ὁμόφυλον, Sic certe ipsa (natura) marem cum femina conjunxit, non etiam cum suo horum utrumque sexu. Dicam autem de hac istius comp. signif. et in nomine Φῦλον. Et generalius, Qui ejusd. est generis, (quæ interpr. et illi Aristotelis loco convenire potest; nam quæ sunt ejusd. sexus, ejusd. generis sunt,) ut ὁμόφυλοι ὄρνιθες, Ejusd. generis aves, Bud. e Xen. (K. Π. 1, 6, 19.) Apud Plut. ὁμόφυλον redditur etiam Cognatum, et quidem non incommode. [Gl. Tribulis, Congrex, Gentilis. " Ad Diod. S. 2, 238. Toup. Emendd. 2, 29." Schæf. Mss. " Heracl. Alleg. 41. p. 138. φύσις." Schleusn. Mss. Plut. Arato 45. Ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς ἄνδρας. * " Ἀνομόφυλος, Const. Manass. Amat. 1, 60." Boiss. Mss. * Ὁμοφυλία, Strabo 1. p. 70. " Ad Timæi Lex. 192." Schæf. Mss.]

" Πάμφυλος, Omnis generis gentes habens, Ex " omni gentium genere mixtus. Dicitur etiam πάμ- " φυλον ἔθνος, Gens s. Populus ex omni alio populo- " rum gentiumque genere mixtus," [2 Macc. 8, 9.] " Aristoph. (Ὄρν. 1063.) metaph. παμφύλων θηρῶν, " Omnis generis ferarum." [" Jacobs. Anth. 1, 50. Wakef. S. Cr. 4, 99." Schæf. Mss. Plato Polit. §. 30. Joseph. de Macc. 4. p. 502, 28. * " Παμφυλία, Omne genus populorum, Symm. Gen. 14, 1. παμφυλίας, Omnipopulanæ, ut transtulit Grot. Alias est Nom. propr. regionis Asiæ minoris." Schleusn. Lex. V. T. * " Παμφύλιος, * Πάμφυλος, Nomm. proprr., Schrader. Præf. ad Emendd. p. xx. Wernsd. ad Himer. p. 318. ad Herod. 547." Schæf. Mss. * Παμφυλιακὸς, Inscr. ap. Beaufort. Karamania p. 162. Osann. Auct. Lexx. Gr. 5.]

[* Πρόσφυλος, unde * Ἀπρόσφυλος, Heliod. Æth. 4. p. 176. ad Hesych. v. Ἀπρόσφορον. * " Προσφύλησις, Sylloge Inscr. 166. At vox omni dubitatione haud vacat." Osann. Auct. Lexx. Gr. 142.]

Σύμφυλος, idem cum illo ὁμόφυλος, usum metaphoricum habente pro Cognatus; Qui est ejusd. generis. Auctor Axiochi, qui vulgo Platoni ascribitur, (5.) Ἡ ψυχὴ τὸν οὐράνιον ποθεῖ καὶ σύμφυλον αἰθέρα. Sic in VV. LL. Ἃ δὴ τούτοις ἐστὶ σύμφυλα, Quæ his sunt cognata, [ex Aristot. de Mundo 4. p. 78. Vulc.] Eadem annotant, σύμφυλα vocari Quæ cognata sunt, et unius classis, Quæ in uno eodemque sunt ordine. Et ap. Diosc. 1. Præf. Σύμφυλος καὶ γνώριμος ὕλη, interpr. e Ruellio quidem, Vernacula cognataque omnibus materia; e Marc. autem, Communis notaque omnibus materia. Apud Eund. in Præf. l. 3. Σύμφυλα καὶ φαρμακώδη σπέρματα, Semina domestica, et quæ in quotidiano vitæ usu sunt, e Marcello: cum Ruellius vertat, Quæ vernacula et inter se cognata censentur. Apud Plut. τὸ σύμφυλον ponitur etiam pro Eo quod est naturæ nostræ accommodatum. [" Jacobs. Anth. 10, 331. Plut. Mor. 1, 538. (10, 120.)" Schæf. Mss.] || Huic contrariam signif. habet BICOMP. Ἀσύμφυλος, Nullam cognationem habens, Naturam abhorrentem habens; etiam generaliter Abhorrens, Alienus, ut Bud. a Plut. usurpari tradit. Idem interpr. etiam Non quadrans, et affert e Luciano (2, 15.) Τὸ ἀσύμφυλον καὶ ἀνάρμοστον καὶ δυσκόλλητον τοῦ πράγματος. Apud Plut. autem (10, 142.) inveniuntur copulata ἀλλότρια et ἀσύμφυλα. Item ἀσύμφυλοι τροφαὶ ap. Eund. fortasse Non accommodatæ naturæ nostræ; ut nimirum τὸ σύμφυλον ab eo poni dictum est pro Eo quod est naturæ nostræ accommodatum. [Male * Ἀσύμφιλος, Plut. 8, 832. " Heyn. Hom. 5, 679. * Ἀσυμφύλως, ibid." Schæf. Mss. Schn. Lex. v. Ἀσύφηλος.]

Τετράφυλος, Quatuor habens tribus, In quatuor tribus distributus: ut τ. Ἀθηναῖοι, ap. Herod. ITIDEM Δεκάφυλος, Decem tribus habens, Distributus s. Divisus in decem tribus. Herod. (5, 66.) p. 196. meæ Ed., de Clisthene, Τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε. Utitur hoc et Plut. Camillo. [" Τετράφυλος, * Τρίφυλος, Dionys. H. 1, 670." Wakef. Mss. Τρίφυλος, Herod. 4, 161. * " Τριφυλία, * Τριφυλιακὸς, Schol. Pind. Π. 6, 35." Wakef. Mss. * " Τριφύλιος, ad Diod. S. 1, 635. 2, 633. Τριφυλία, ad 2, 63." Schæf. Mss. * " Δωδεκάφυλον, τὸ, xii Tribus, Amphil. 168." Kall. Mss.]

Φυλέτης, ὁ, Tribulis, Contribulis, Qui ex eadem est tribu. A Bud. redditur etiam Curialis, e Cic. Lucian. (2, 825.) Εἰς φυλέτας τοὺς ἐμοὺς παρέγραψα, καὶ ἀστὸν ἀπέφηνα: (1, 762.) Καὶ ἐλθόντα ἐγγράψειν, καὶ φυλέτην ποιήσεσθαι, καὶ φρατρίας μεταδώσειν τῆς αὐτοῦ. Ubi quemadmodum habes φυλέτην ποιήσεσθαι et φρατρίας μεταδώσειν, sic φυλέτην et φράτορα Aristot. tanquam ad eandem rem pertinentia, simul ponit, Polit. 2, 2. interjecta tamen particula ἢ, quæ in VV. LL. perperam omissa est. Afferunt enim ex eo φράτορα φυλέτην, pro φράτορα ἢ φυλέτην. Apud Aristoph. cum gen., Ὄρν. (368.) Τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε ξυγγενέε καὶ φυλέτα, Schol. συμπατριώτας. Apud Hes. habetur φυλέτης expositum ἐκ τῆς φυλῆς, ὅ ἐστιν ὁμόψυχος. Ubi duplicem esse errorem manifestum est: quare ita repono, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς· ὅ ἐστιν ὁμόφυλος. [Koen. Præf. in Greg. Cor. p. xvi. " Phryn. Ecl. 212. Thom. M. 729. ad Timæi Lex. 66. Herodian. Philet. 475. et n., Ruhnk. ad Xen. Mem. 222. (1, 2, 58.)" Schæf. Mss.] Dicitur ETIAM Συμφυλέτης pro eod.; sed minus usitatum esse puto: sicut Contribulis pro Tribulis non satis Latine dici existimatur. Suidas συμφυλετῶν exp. ὁμοεθνῶν et συγγενῶν: at vero ap. Hes. legitur συμφυλητῶν, sed librarii, ut opinor, errore, pro συμφυλετῶν, habens priorem illam exp. duntaxat. [Lobeck. Phryn. 172. " Thom. M. 729. Herodian. Philet. l. c." Schæf. Mss. 1 Thess. 2, 14. Isocr. in Panath. 790. * " Συμφυλέτις, Isid. Pelus. 1, 7." Boiss. Mss.] HINC Φυλετικὸς adj. ut φυλετικὴ φιλία, Aristot. Polit. Amicitia contribulium, Amicitia quæ est inter contribules. Potest etiam poni pro Amicitia qualis est inter contribules. Sic φυλετικαὶ δίκαι, Plato de LL. (11. p. 920=137.) Judicia quæ inter tribules exercentur. Item φυλετικὰ δικαστήρια, ap. Eund. Et φυλετικαὶ ἐκκλησίαι e Dionys. H. Tribunitia comitia: ut λοχίτιδες ἐκκλησίαι, Centuriata comitia, VV. LL. [" Dionys. H. 3, 1448. 1453." Schæf. Mss. * Φυλετικῶς, Aristot. Casaub. in Athen. 5, 1.] Invenitur etiam FEMIN. Φυλέτις, et quidem junctum cum illo ipso subst. ἐκκλησία. Putat autem φυλέτιν ἐκκλησίαν Bud. vocari ab Appiano (B. C. 3. p. 545.) Curiata comitia, Ἡ δὲ βουλὴ τὴν φυλέτιν ἐκκλησίαν ἐνόμιζε συλλογήσεσθαι. [" Dionys. H. 3, 1448." Schæf. Mss.] Item VERB. Φυλετεύω, (pro quo perperam in VV. LL. scriptum est Φυλεύω,) Tribules facio, In tribus de-

scribo, Bud. ex Aristot. Polit. 3, (2.) Πολλοὺς γὰρ ἐφυλέτευσε ξένους, καὶ δούλους μετοίκους. [" Φυλετεύω, ad Herod. 404. Φυλεύω, Casaub. ad Athen. 146." Schæf. Mss.]

[* Φυλάζω, In tribus partior, Plut. Lyc. 6. Φυλὰς φυλάξαντα.]

[* Φυλίον, dimin. a φυλή, Plato Comicus Athenæi p. 56.]

¶ Φῦλον, τὸ, pro præcedente illo φυλή, Tribus. Eust. φύλλον ait quosdam putasse scribi duplici λλ, vel διὰ τὸ ἐν τῷ φυσᾶσθαι λαλαγεῖν, vel πρὸς διαστολὴν τοῦ φύλου, ὃ δηλοῖ τὴν φυλήν. Il. B. (362.) Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον, sunt qui φῦλα ita accipiant, sc. pro Tribubus. At ipse Eust. exp. κατὰ ἔθνη, Per nationes s. gentes: ut Cretenses seorsum, Athenienses item seorsum, itidemque ceteros. Auctor brevium Schol. dicit κατὰ ἔθνη, ὅ ἐστιν ἴδια πλήθη. Il. P. (220.) Κέκλυτε, μυρία φῦλα περικτιόνων ἐπικούρων, exp. ἔθνη et γένη. Apud Eund. legitur, itidemque ap. Hesiod. (Ἔργ. 1, 90.) φῦλ' ἀνθρώπων, ut sc. dicitur ab Horat. Gens humana, pro quo tamen usitatius est Genus humanum. Sed et φῦλα γυναικῶν ap. Eund. extat: quod reddi posse videtur Gens muliebris, eo modo quo dicit Horat. Gens humana. Apud Lucr. autem Secla talem usum habere videtur, qualem habet φῦλα cum illis genitivis, ubi sc. dicit Secla ferarum. Sed videndum an itidem dici potuerit Secla hominum. Apud eund. Hom. φῦλον est Genus, in alia etiam signif. Od. Ξ. (68.) ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι Πρόχνυ. Rursumque (182.) ὅπως ἀπὸ φῦλον ὄληται Νώνυμον ἐξ Ἰθάκης Ἀρκεισίου ἀντιθέοιο, ubi Eust. φῦλον esse dicit τὴν κατὰ σειρὰν πρὸς βάθος διαδοχήν. In illo autem priore l. scribit e veterum auctoritate, φῦλον Helenæ esse non τὴν κατὰ πλάτος συγγένειαν τὴν εἰς πᾶν τὸ γένος διήκουσαν, ἀλλὰ τὴν κατὰ βάθος ἐν ἐκείνῃ περιϊσταμένην: sc. ejus patrem, ipsam et ipsius prolem. Ibid. meminit et illius alterius loci, docens appellatione φῦλον comprehendi Laërtem, ejusque filium Ulyssem, et hujus ipsius filium Telemachum. || Sexus, Xen. A. (1, 4.) Σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φῦλον. Sic autem et Aristot. usus esse traditur. Commode certe ex hoc φῦλον, i. e. hanc signif. habente, deducemus ὁμόφυλος, cum ponitur pro Eo qui est ejusd. sexus, de qua signif. dictum fuit supra in Φυλή. Ex eod. Xen. affertur, (Ἀπ. 2, 1, 7.) Τούτων ἑκατέρου τοῦ φύλου τὴν τάξιν οἶσθα, pro Utriusque generis horum ordinem nosti. [" Huschk. Anal. 292. T. H. ad Plutum p. 341. Musgr. Suppl. 653. Heyn. Hom. 4, 265. Toup. Opusc. 2, 101. Ammon. 144. Valck. Anim. 208. Diatr. 19. 147. Fischer. ad Anacr. p. 13. Hesiod. Θ. 202. Wolf. p. 142. Græv. Lectt. Hes. 533. ad Lucian. 1, 251. Mitsch. H. in Cer. 181. 196. 352. Xen. K. Π. 330. Zeun. ad 751. 777. Soph. Œd. T. 19. Φῦλα, absolute, Populi, Dionys. P. 934. An φῦλα simpliciter Homines? Wassenb. ad Hom. 134." Schæf. Mss. Od. Θ. 481. φῦλον ἀοιδῶν. Il. B. 840. φῦλα Πελασγῶν. Φῦλον et φίλον conf., Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 1, 3.]

Ἀλλόφυλος, Ἔκφυλος, Ἔμφυλος, etc. vide supra post Φυλή: quamvis sint aliquæ eorum signiff., quibus magis a φῦλον quam a φυλή derivatio convenit, ut ibi admonui. Sed AD Ἀλλόφυλος quod attinet, ejus præsertim frequens est signif., quam habet non tanquam a φυλή, sed tanquam a φῦλον derivatum, cum eo declaretur Alienigena, Externus, Peregrinus; Qui diversæ est gentis, s. nationis. Thuc. 1, (102.) Καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι, Rati alienigenas esse. Hieron. in Es. 2. Pro Philisthiim, inquit, semper LXX. Alienigenas interpretati sunt, i. e. τοὺς ἀλλοφύλους, nomen commune pro proprio: quæ est hodie gens Palæstinorum, quasi Philisthinorum. Et aliquanto post ex iisd. Interprr. affert, Καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς: quæ reddit, Et filii multi alienigenæ nati sunt eis. Dicitur etiam ἀλλόφυλος πόλεμος, ut Lat. Exterum s. Externum bellum, cum Cic. de Sen., ubi quod dicit, Non solum domestica, sed etiam externa bella, Gaza vertit, Οὐ μόνον τοὺς οἰκείους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλλοφύλους πολέμους. Sed mihi non placet illud οἰκείους oppositum τοῖς ἀλλοφύλοις: nec dubito quin ἐμφυλίους potius eis opponere debuerit. Legitur et ap. Plut. Camillo (23.) ἀ. πόλεμος: cui subjungit, καὶ βαρβαρικός. Sic autem et ἔκφυλος πόλεμος habuisti supra. Metaphorice ap. eund. Plut. pro Eo quod est diversi generis, s. diversæ naturæ, oppositum habens οἰκεῖον: (8, 626.) Καθάπερ ἐν πόλει μιγάδων καὶ συγκλύδων ἀνθρώπων πλῆθος, οὐ ῥᾳδίως μίαν οὐδὲ ὁμοπαθοῦσαν ἴσχουσαι κατάστασιν, ἀλλ' ἑκάστη πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀντιτείνουσα, καὶ δυσέμβατος οὖσα πρὸς τὸ ἀλλόφυλον. Ut porro ἀλλόφυλος multo commodius a φῦλον quam a φυλή deducitur: sic et ὁμόφυλος, ut de ceteris taceam, apte illinc derivari, modo in nomine φῦλον docui. Verum et de VERBO Φυλοκρινεῖν iterum hic dicendum est: id nimirum non a φυλή, ut censet J. Poll., sed a φῦλον deduci, si Eustathio credimus: qui id significare ait, quod Hom. dicit κρίνειν ἄνδρας κατὰ φῦλα: atque adeo ex his ipsis verbis posteros verbum illud composuisse. Suidas φυλοκρινεῖ exp. διακρίνει, et καταδοκιμάζει περιέργως. Etym., διακρίνει, et καταδικάζει παρέργως: sed reponendum censeo, καταδικάζει περιέργως, ex ipso Suida, nec non e Lex. meo vet. At Hesychii expositio supra commemorata fuit. Verum ut ad ἀλλόφυλος redeam, ex eo factum est NOMEN Ἀλλοφυλισμός, verbalis formam habens, quod ex 2 Macc. 4, (13.) affertur, et dicitur esse Ritus exoticus, extraneus, alienigenarum; sed a Bud. exp. In alienos mores degeneratio, tum l. c. tum 6, (24.) Illi porro ἀλλόφυλος significanti alienigenam, synonymum est COMP. Ἑτερόφυλος, sed minus usitatum. [Ælian. H. A. 16, 27. " Ἀλλόφυλος, Schn. ad Xen. K. Π. p. 3." Schæf. Mss. Act. Apost. 10, 28. Porph. de Abst. p. 17. ζῶον, Joseph. A. J. 8, 8, 4. 9, 6, 6. Diod. S. 1. p. 22, 7. Hippocr. de Aëre p. 289, 8. Schleusn. Lex. V. T. * " Ἀλλοφυλέω, Sum alienigena, 4 Macc. 18, 5. ubi ἀλλοφυλῆσαι notat Externos mores et ritus amplexari. Sed sine dubio leg. ibi * ἀλλοφυλίσαι. Vide Ἀλλοφυλισμός." Schleusn. Lex. V. T. * Ἀλλοφυλέω, unde * Ἀλλοφυλία, Epicurus Diogenis 106. " Eudocia p. 178." Schleusn. Mss. * Μονόφυλος, Unius generis, Opp. K. 1, 399. πολὺ φέρτατα πάντων Φῦλα μένειν μονόφυλα. * Πολύφυλος, Timon Athenæi p. 22. Orph. H. 60, 2. 61, 3.]

" Φυλαδὸν, Per tribus: in VV. LL. affertur ex Il. B. " (668.) Τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν κατὰ φυλαδόν. Sed rectius " scribetur καταφυλαδὸν conjunctim, ut Eust. habet: " qui idem esse dicit quod alibi κατὰ φῦλα." " Καταφυλαδὸν, Hes. κατὰ ἔθνη, Per gentes, ut sit κατὰ " φῦλα. Aliis Per tribus, Tributim, κατὰ φυλάς." [Vide Heyn. ad Il. l. c. T. 4. p. 357. Opp. Ἁ. 3, 644. φάλαγγες Ἀνδρῶν ἐρχομένων καταφυλαδόν.]

AT VERO Φύλοπις quidam a φῦλον, alii a φυλή derivari putarunt. Est autem φύλοπις, Pugna, Prælium. Il. Λ. (213.) de Hectore, Πάλλων ὀξέα δοῦρα κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντῃ, Ὀτρύνων μαχέσασθαι· ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν: Δ. (15.) φύλοπιν αἰνὴν Ὄρσομεν: sed ei præfigit πόλεμον, ita canens, Ἢ ῥ' αὖτις πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν Ὄρσομεν. Sic certe et Hesiod. dixit Ἔργ. (1, 160.) πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνή. Atque ut hic πόλεμος et φύλοπις copulantur, sic alibi μάχη et φύλοπις, ut Il. N. (789.) ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν, quæ ἐκ παραλλήλου conjungi existimantur. Sed et πολέμοιο φύλοπιν ap. utrumque Poëtam legi sciendum est, et scribere Eust., cum dicitur φύλοπις sine hac adjectione, tunc poni imperfecte; at cum additur iste gen., tunc perfectam esse orationem. Id autem ita scribit quasi φύλοπις significet ἀϋτήν, s. βοήν, i. e. Clamorem. Nam alibi tradit φύλοπιν esse τὴν τῶν φύλων ὄπα, i. e. βοήν. Atque ita πολέμοιο φύλοπις fuerit Bellicus nationum clamor, ἡ τῶν φύλων ἐν τῷ πολέμῳ βοή. Sed si verum est quod Idem scribit, sc. βοὴν itidem significare μάχην, idque ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος, (unde esse, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, pro πολεμιστής,) nihilo magis φύλοπις quam βοή imperfecte hac in signif. ponetur. Etym. autem scribit φύλοπις dici παρὰ τὸ ὁμοῦ τὰ φῦλα εἶναι, quasi φυλομις. In VV. LL. annotatur etiam, φύλοπις dici quasi

φυλῶν ὀπὶς, propter infesta tribuum pugnantium ora: quæ deductio, undecunque sumta sit, minus mihi arridet. [" Heyn. Hom. 4, 557. Harles. ad Theocr. 270." Schæf. Mss. Soph. El. 1073. Il. Δ. 65.]

[* ΦΥΛΙΑ, Lentiscus, " Ammon. 141. ad Mœr. 382. Fac. ad Paus. 1, 304. ibique Kuhn." Schæf. Mss. Schn. Lex. h. v., Ind. Theophr. v. Φιλύκη, Od. E. 477. δοιοὺς δ' ἄρ' ὑπήλυθε θάμνους· Ἐξομόθεν πεφυῶτας· ὁ μὲν φυλίης, ὁ δ' ἐλαίης: Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 19.]

ΦΥΛΛΟΝ, τὸ, Folium, Frons frondis. Est autem dictum φύλλον a φύω, secundum quosdam, quibus non assentior: sed multo minus illi etymo, quod attuli in Φῦλον. Hom. Il. Z. (147.) Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει· ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα φύει: Od. H. (106.) οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο. Dicuntur autem generaliter φύλλα non solum arborum, sed quarumvis plantarum: unde miror hæc Hesychii, Φύλλα, τὰ τῶν δένδρων. Apud Plut. Φύλλα ἐλαίας. Athen. 14. περὶ φυτοῦ τινὸς, quod δίδη vocatur, Οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὕες.' Apud Eund. θρίδακος φύλλα. Sic passim ap. Diosc. Rosa quoque φύλλα habet cum ap. alios, tum ap. Anacr.: cum alioqui ei peculiariter et κάλυκες tribuantur. || Φύλλον interdum κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam, vocatur Folium malabathri s. malobathri, quod alioqui et cum adjectione, φύλλον μαλαβάθρου. [Polyæn. 4, 3, 32.] Apud Aët. autem 7. LEGITUR Φύλλι, ubi scribit, Φύλλι τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον. VV. LL. [" Φυλλὶ, Casaub. ad Athen. 138." Schæf. Mss.] || Φύλλον ap. Hippocr. Γυναικ. 2., est Silphii semen, teste Gal., ita dictum ob latitudinem. Sed ab eo addi dicit interdum Libycum, interdum Æthiopicum. Alibi idem Gal. ὅπου καρπὸν Hippocrati esse dicit hoc ipsum silphii semen, et subjungit, Quod et φύλλον vocatur ἐνικῶς, nec non μαγύδαρις a nonnullis. Sed pro hac voce Μαγύδαρις, (quam et ipsam obiter observa,) quædam exempl. HABENT Μάγδαρις. || Φύλλον, ap. Theophr. H. Pl. 9, 19. nomen est Herbæ, cujus genera (ut et Diosc. 3, 140.) ait esse φύλλον ἀρρενογόνον καὶ θηλυγόνον. Ita VV. LL., in quibus additur etiam, vocem hanc non intellexisse Plin. ap. Theophr., sicut nec Gazam, qui herbam quandam male transtulerit. Agere autem de hac planta ipsum Plin., partim e Diosc., partim e Theophr., l. 26. Et vocare etiam Phyllon, 27, 12. [Vide Schn. Ind. Theophr.] || Φύλλα SIVE Φύλλια, ut in Iisd. annotatur, Hippocr. vocat Olera condimentis usitata, rutam, mentham, apium, coriandrum: quæ auctuarii loco a venditore adjici solebant. At Gal., quem vide in Lex. Vocum Hippocr., λαχάνων, i. e. Olerum, appellationem illis quoque non tribuit; sed dicit, Ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προσεπιτιθέασιν. Vide Φύλλιον et infra. [" Φύλλον, Jacobs. Anth. 7, 90. 9, 266. 12, 357. Achill. Tat. p. 17. Casaub. ad Athen. 138. Ammon. 144. Brunck. ad Eur. Bacch. 744. Culmus, Græv. Lectt. Hes. 610. De floribus, Jacobs. Anth. 7, 408. 9, 266. Φ. libri, Bast Lettre 35. Hominis vita cum φ. comparata, ad Lucian. 1, 516. De more folia et flores alicui honoris causa injiciendi, Musgr. Hec. 574. Conf. c. φῦλον, Valck. Præf. ad Ammon. p. xxvi. Heyn. Hom. 5, 213.: cum φλοιὸς, Kuster. Aristoph. 119." Schæf. Mss. " Folium libri, Montef. Palæogr. p. 27." Kall. Mss. Theocr. 11, 26. ὑακίνθινα φ., 18, 39. λειμώνια. Numenius Athenæi p. 371. φύλλων ὅσσ' ἄσπαρτα. " LXX. Sir. 6, 4. Τὰ φύλλα σου καταφάγεσαι, Folia tua carpe et absume, h. e. tropo remoto: si ea dissipes et corrumpas, quæ sunt necessaria ad spem incrementi et proventus boni, ut verbis Camerarii utar." Schleusn. Lex. V. T.]

Φυλλοβόλος, ὁ, ἡ, Folia abjiciens, Folia amittens s. Frondes, Cui folia decidunt. Quidam interpr. Foliis deciduus. [Theophr. H. Pl. 1, 9, 3.] Φυλλοβολία, ἡ, Foliorum abjectio, Foliorum amissio. Item VERB. Φυλλοβολέω, Folia abjicio, amitto, dimitto, τὰ φύλλα ἀποβάλλω, Folia mihi decidunt. E Plin. possumus interpretari Folia amitto, dimitto; utrumque enim uno eodemque in loco usurpat. Scribit enim, Quædam folia tardius amittunt; nec interest maturius germinasse: utpote cum quædam primæ germinent, et inter novissimas nudentur. Morus novissime germinat, et cum primis folia dimittit. Est enim totus h. locus ex his Theophr. verbis sumtus, inter quæ habes et nomen illud φυλλοβολία, non solum verbum φυλλοβολῶ, (H. Pl. 1, 9, 6.) Οὐκ ἀνάλογον δὲ αἱ φυλλοβολίαι ταῖς βλαστήσεσιν, ὥστε τὰ πρότερον βλαστήσαντα [καὶ πρότερον] φυλλοβολεῖν· ἀλλ' ἔνια πρωῒ βλαστάνει μὲν, οὐδὲν δὲ προτερεῖ τῶν ἄλλων, ἀλλά τινων καὶ ὑστερεῖ· συκάμινος δὲ ὀψιβλαστεῖ μὲν, οὐδὲν δὲ, ὡς εἰπεῖν, ὑστερεῖ τῶν ἄλλων. Itidemque in alio Theophr. loco φυλλοβολεῖν vertit Folia dimittere; nam pro his illius verbis, Δρῦς ἐστὶν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ, habet, Ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens. Alibi autem dicit Folia cadere arboribus, quod Theophr. φυλλοβολεῖν. Pro his enim illius verbis, Φυλλοβολεῖ δὲ πάντα τοῦ μετοπώρου, καὶ μετὰ τὸ μετόπωρον· πλὴν τὸ μὲν, θᾶττον, τὸ δὲ, βραδύτερον· ὥστε καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνειν: hæc ab eo scribuntur, Folia cadunt plurimis arboribus autumno; quædam tardius amittunt, atque in hyemes prorogant moras. Considera autem his in ll. quomodo idem verbum et per activum et per neutrum et per passivum quoque reddi possit. Nam illud Nudari in primo loco est itidem positum pro φυλλοβολεῖν: est enim pro Nudari foliis. At VV. LL. nullam mentionem hujus signif. verbi φυλλοβολεῖν facientia, interpr. Folia floresque spargere, Foliis floribusque accumulare, in Προχύται. Sed cum dicitur φυλλοβολεῖν τινὰ, rectius reddetur Foliis conspergere s. Frondibus. Sic certe ap. Herodian. (8, 7, 4.) PASS. Φυλλοβολεῖσθαι, sed activam signif. habens, vertit Polit. Apud eund. Historicum (7, 10, 15.) legitur et particip. Φυλλοβολούμενος, sed passivam ut vocem, ita signif. habens, cui eand. interpr. tribuit, utens et ibi activo verbo, ob mutatam orationis structuram. [* " Φυλλόδαφνον, Jo. Malal. 1, 355. 377." Elberling. Mss. * Φυλλοκόπος, unde] Φυλλοκοπέω, Folia amputo, abscindo. Pro eod. dicitur et ἀποφυλλίζω. [* Φυλλοκρινὴς, unde * " Φυλλοκρινέω, Herodian. Epimer. 146." Boiss. Mss. Sed cf. Φυλοκρινέω. * Φυλλολόγος, unde] Φυλλολογέω, Folia lego, Pampino, de vite, ut de ficu κυθριάζω, VV. LL. ex J. Poll. [* " Φυλλομανὴς, Brunck. Soph. 3, 516. Lobeck. Aj. p. 238." Schæf. Mss.] Φυλλομανέω, q. d. Foliis insanio, i. e. Insana quadam foliorum abundantia luxurio. Quidam interpr. Foliis luxuriare, In folia eluxuriare, Foliis lascivire, e Gaza ap. Theophr. H. Pl. 8, 7. Ἐν ταῖς ἀγαθαῖς χώραις, πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν, ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρουσι τὸν σῖτον. [" Jacobs. Anth. 9, 8." Schæf. Mss. * Φυλλόροος, Opp. K. 1, 116. Εἴαρι * φυλλοτόκῳ καὶ φυλλορόῳ φθινοπώρῳ.] Φυλλοῤῥοέω, Foliis fluo, defluo; magis Latine, Folia mihi defluunt. Alioqui reddi potest etiam Folia s. Frondes amitto, dimitto, sicut φυλλοβολῶ. Gaza vertit Defrondesco. Plut. (8, 887.) Οὔτε γὰρ δάφνην, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μυρσίνην, οὔτε ἄλλο τι τῶν μὴ φυλλοῤῥοεῖν λεγομένων, ὁρῶμεν ἀεὶ ταυτὰ φύλλα διατηροῦν: [571. 575. 7, 446. " Aristot. H. A. 261. Schn." Schæf. Mss. Aristoph. Ὄρν. 1481. Theophr. H. Pl. 3, 14, 5. * Φυλλοῤῥοία, 3, 13, 4. C. Pl. 2, 19, 2. * Καταφυλλοῤῥοέω, Pind. Ὀ. 12, 22. " Wakef. Eum. 869. S. Cr. 4, 151." Schæf. Mss. * Φυλλοσινὴς, Nicander Athenæi 15. p. 494. Schw. ex emend. Porsoni. * Φυλλόσκεπος et Φιλόσκεπος conf., Theophr. C. Pl. 2, 7, 3. δένδρα.] Φυλλόστρωτος, Foliis stratus: ὁδὸς, Foliis strata via, s. constrata. Affertur autem ex Eur. [Rheso 9. " Pierson. Veris. 145." Schæf. Mss. * Φυλλοστρὼς, ῶτος, Theocr. Epigr. 3. φυλλοστρῶτι πέδῳ, v. Lobeck. Aj. p. 270. Phryn. 429. * Φυλλοτόμος, Gl. Frondator.] Φυλλοφόρος, Folia ferens, Foliatus, [Pind. Ὀ. 8, 101. ἀγὼν, i. q. στεφανίτης.] At VERBUM Φυλλοφορῶ illam quidem signif. sequendo, esset Folia fero, [Theophr. C. Pl. 3, 9, 2. Φυλλοφορεῖν ἐθέλουσι τὰ λάχανα:] sed in VV. LL. sequentibus Budæum, datur ei signif. verbi COMP. Ἐκφυλλοφορέω, quod interpr. Senatu vel Or-

dine aliquem moveo et ejicio, Obreptitium e tribu A vel populo ejicio. Dictûm a foliis s. frondibus quibus suffragiorum loco utebantur. Æschin. (15.) Ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτονὶ ἀδικεῖν, καὶ ἐκφυλλοφορήσασα, δικαστηρίῳ παραδῷ, δότε τὴν δωρεὰν αὐτοῖς: (ibid.) Μετὰ ταῦτα ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησεν αὐτὸν, E senatu movendum ejiciendumque censuit et judicavit, Bud.: qui etiam subjungit hæc Pollucis, Φύλλοις γὰρ ἐψηφίζοντο οἱ κατὰ δήμους δικάζοντες, οἷς ἐπέγραφον εἴτις ὡς παρέγγραπτος ἐκρίνετο· καὶ τὸ καταγνῶναι ἐκαλεῖτο ἐκφυλλοφορῆσαι: h. e., inquit, Ut obreptitium e tribu vel populo ejicere. Dixerat autem antea, φυλλοφορεῖν esse Ejicere et expellere: itemque, ἐκφυλλοφορεῖν, quod per frondium signa fiebat: h. e. Senatu s. Ordine movere. Verum nullam simplicis una cum composito mentionem ap. J. Poll., (sicut nec ap. alios) reperio; ac vereor ut signif. eandem et ipsum habere comperiatur. Affert quidem certe J. Poll. et pass. PARTICIP. Ἐκπεφυλλοφορημένος, de eo qui ita est condemnatus. Inveniturque et alterum PARTIC. Ἐκφυλλοφορηθεὶς, pro eod. [Vide Harpocr. et Bekk. B Anecd. 248.] Quin etiam NOMEN Ἐκφυλλοφορία addi his potest ex Etym., (hoc enim reponi ap. eum debet pro ἐκφυλλοφορίαι,) quo significatur Illa ejectio e tribu s. populo, etc. Habet tamen ἐκφυλλοφορία non tam formam verbalis, (est enim dicendum ἐκφυλλοφόρησις,) quam nominis e φυλλοφόρος facti. [Ab Ernestio scriptura per unicum λ probatur, * ἐκφυλοφορέω, * ἐκφυλοφορία, quasi a φυλὴ, Tribus: Syracusanis autem eadem ejectio dicebatur πεταλισμὸς, Diod. S. 11, 87. "Ἐκφυλλοφορία, Wolf. Prol. Hom. p. 60." Schæf. Mss. * "Ἐκφυλλοφόρησις, Tzetz. Ch. 10, 41. 13, 478. 484." Elberling. Mss. * Φυλλοφυὴς, unde * Φυλλοφυέω, Gl. Frondeo.] Φυλλοχόος, ὁ, q. d. Foliorum fusor. Ita dicitur Mensis qui folia humi fundit, Mensis quo folia decidunt. Vide Plut. (8, 929. 932.) ubi est etiam in plur. φυλλοχόοι μῆνες: item VERB. Φυλλοχοέω, (931.) dicuntur enim φυλλοχοεῖν arbores, quibus folia decidunt, q. d. Folia fundere humi: [Φυλλοχόος, Alciphr. 3, 10. μήν: "Bergler. 302. Jacobs. Anth. 6, 396. Φυλλοχοέω, 9, 63." C Schæf. Mss. "Antiph. 37." Wakef. Mss.]

Φυλλανθὲς, Herba inter ἐπιγειόφυλλα, ap. Theophr. H. Pl. 7, 9. ubi tamen corrupte legitur ἀφυλλανθές: [ἀφύλλανθες autem edidit Schn., cujus nott. et Ind. videas.] Meminit Plin. 21, 16. Est fortasse Scabiosa sessilis, herbariorum, s. Scabiosa minima: sic vocata quia ejus foliatus est flosculus. VV. LL.

Ἀείφυλλος, ὁ, ἡ, Semper folia habens, Folia non amittens, [Theophr. H. Pl. 6, 6, 2. C. Pl. 1, 10, 7.] UNDE Ἀειφυλλία, ἡ, Foliorum perpetuitas. Ἀκρόφυλλος, In summitate folia habens, s. In cacumine, ἐν τῷ ἄκρῳ φύλλα ἔχων, [Theophr. H. Pl. 9, 14, 2.] Ἄφυλλος, Foliis carens, Nulla folia habens. Sed ἀφύλλου στόματος, Eur. (Or. 377.) pro ἱκετηρίαν οὐκ ἔχοντος: [" Musgr. 383. Wakef. Eum. 788. 790." Schæf. Mss. Il. B. 425. * Πανάφυλλος, Hom. H. in Cer. 452. ubi v. Ruhnk. et Mitsch.] Affertur ETIAM Ἀφύλλωτος pro ἄφυλλος. Sonat autem q. d. Infoliatus, i. e. Non fo- D liatus. [Hesych. Ἀφύλλωτον πέτραν· ἄπορον, ἄδενδρον· οἷον λεωπετρίαν· Σοφ. Ἰοβάτῃ.]

[* Βαθύφυλλος, Frondosus, affertur e Moscho.] Βραχύφυλλος, Brevia folia habens: δένδρον, Epigr. [Anal. 3, 221.]

Δίφυλλος, Bina folia habens, Bifolius. SIC Τρίφυλλος, Terna folia habens, Trifolius. Et subst. neutr. GEN. Τρίφυλλον, τὸ, Certa quædam herba, Trifolium dicta. Diosc. sic a quibusdam vocari tradit τὴν ἀγρίαν λωτὸν, et τὸν κύτισον. [" Diosc. Notha 454. 463. 470. 473." Boiss. Mss. Barker. ad Etym. M. 954. * " Τριφύλλιον, i. q. λωτὸς, Buttm. Schol. Od. Δ. 603." Elberling. Mss. * Τριφυλλὶς, Diosc. Par. 2, 58. * Τρίσφυλλον, * Τριόφυλλον, * Τρισφύλλιον, Schn. ad Nicandri Θ. 520. Valck. ad Theocr. Adon. p. 220.] ITIDEM Πεντάφυλλος, Quina folia habens: ῥόδα, Theophr. [H. Pl. 6, 6, 4.] Et subst. neutr. GEN. Πεντάφυλλον, τὸ, Quinquefolium, Herba ramulos habens festucarum modo graciles, palmam non excedentes, et in iis semen: folia menthæ similia, in singulis pediculis quina: nec plura, nisi perquam raro, et per ambitum crenata, serræ modo: florem in candido pallidum, vel auri æmulum. Radix subrubra, oblonga, paulo crassior quam veratri nigri. Ab ea non longe abest, quam officinæ Tormentillam vocant, nisi quod septem non tantum quinque habet folia. Archigenes ap. Gal. τῶν Κατὰ Τόπους, 5, 9. scribit πεντάφυλλον a quibusdam DICI Εὐπατώριον. Hæc Gorr. [Πεντάφυλλον, * Πεμπτάφυλλον, Alex. Trall. 8. p. 477. Vide Schn. Lex. Suppl. v. Πεμπτάκις.] Nicander (Θ. 839.) eadem ratione VOCAT Πενταπέτηλον. Est enim πέτηλον i. q. φύλλον: sed eandem vocari ETIAM Πενταπετὲς a Diosc. 4, 4.: ITEM Πεντάπετον a Theophr. H. Pl. 9, 14. quidam tradunt: [πενταπετοῦς autem dedit Schn. non πενταπέτου.] Illis porro adjectivis addenda sunt et ISTA, Δωδεκάφυλλος, ET Εἰκοσάφυλλος, ET Ἑκατοντάφυλλος, Duodecim folia habens, Viginti s. Centum folia habens, Duodena folia habens, vicena, centena. E Theophr. affertur, δωδεκάφυλλα ῥόδα, Rosæ quibus duodena folia insunt: εἰκοσάφυλλα, Quibus vicena folia insunt: ἑκατοντάφυλλα, Quibus centena folia insunt, Centifoliæ, H. Pl. 6, 6, (4.) Denique his adjici debet et COMP. Μυριόφυλλος, Mille folia habens. Possit autem significare et Infinita folia habens. Et subst. neutr. GEN. Μυριόφυλλον, τὸ, Herba quæ Millefolium Plinio. Dicitur et Supercilium Veneris. Caulis est tener, singularisque, radice una, foliis fœniculi, lævibus, plurimis, unde et nomen accepit. Præterea subrubicundus, et quasi arte expolitus. Gorr. [* " Χιλιόφυλλος, Polygonum, Diosc. Notha 462. Achillea, 464." Boiss. Mss.]

Ἐμπεδόφυλλος, Cui sua folia firmiter manent, Folia non amittens. Palmæ epith. esse traditur, utpote perpetuo virentis frondibus. [Empedocles Plutarchi Symp. Q. 2, 2. * Ἔμφυλλος, Geop. 4, 15, 4.] Ἐπιγειόφυλλος, Humi sparsa folia habens, Ab radice tantum foliatus, ut a Gaza redditur ap. Theophr. H. Pl. 8, 9. SICUT Ἐπικαυλόφυλλος, ibid. redditur A caule tantum foliatus. [* Ἐπίφυλλος, Schneidero susp.] Ἐπιφυλλόκαρπος vide post Ἐπιφυλλίς. Ἐρίφυλλος, Valde foliatus, Foliosus, Multa s. Magna folia habens. Hes. Quercus ἐρίφυλλος est ἡ πλατύφυλλος, Lata folia habens. Item Arbor dicta φελλὸς, i. e. Suber. [* Εὔφυλλος, vide Φυλλότερος, Apoll. Rh. 4, 1158. Athen. 69. Pind. Ἰ. 6, 89. " Eur. Hel. 1347. Iph. T. 1246." Seager. Mss. " Heyn. Hom. 4, 345." Schæf. Mss.]

[* Καλλίφυλλος, Anacr. 5. Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες. " Const. Manass. Chron. p. 1." Boiss. Mss.] " Καλλίφυλλον, q. d. Pulcrifolium. Ita vocat Hippocrates quod alii appellant καλλίτριχον et ἀδίαντον, teste Gal.: Hippocr. in quam Epid. 7. Πόμα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου ξυνήνεγκε. Affertur ET Καλλίφυτον pro Adiantum s. Callitrichum." [* Κατάφυλλος, Strattis Athenæi 69. " Valck. Diatr. 231. Thom. M. 191." Schæf. Mss.] " Κοιλόφυλλος, Qui cavis foliis est, Concava habens folia," [Theophr. H. Pl. 1, 10, 8.]

Λειόφυλλος, Lævia folia habens, non aspera. Λεπτόφυλλος, Tenuia folia habens: δάφνη, Laurus tenui folio, e Gaza ap. Aristot. Probl. 1, 58. [Theophr. H. Pl. 3, 9, 5.]

" Μακρόφυλλος, Longa habens folia," [" Schol. Od. N. 102." Wakef. Mss.] Μανόφυλλος, Rara folia habens, [Theophr. H. Pl. 7, 6, 3.] " Μεγαλόφυλλος, " Magna habens folia," [C. Pl. 2, 10, 3.] Μελάμφυλλος, Nigra folia habens, epith. κισσοῦ, Hederæ, ap. Dionys. P. [573. Pind. Π. 1, 52. Jambl. V. P. 18. " Jacobs. ad Meleagr. p. 6." Schæf. Mss.] Et subst. neutr. GEN. Μελάμφυλλον, τὸ, Acanthi species, quam et παιδέρωτα vocant. Vide Gal. item Aët. v. Ἄκανθος, nec non Plin. 22, 22. [" Diosc. Notha 452." Boiss. Mss. * Μελανόφυλλος, Chæremon Athenæi 13. p. 282.] Μονόφυλλος, Unicum folium habens, [Theophr. H. Pl. 1, 13, 2.]

Ὀλιγόφυλλος, Pauca folia habens. Cui opp. πο-

λύφυλλος, quod vide. Πλατύφυλλος, Lata folia habens: ut πλ. δάφνη et τιθύμαλλος, Diosc. Item Latifolia, species Quercus, VV. LL. e Plin. et Theophr. H. Pl. 3, 9. Sed c. 10. exp. Æsculus a Gaza, ut ibid. annotatur. Et subst. neutr. GEN. Πλατύφυλλον, Latifolium, ex eod. Theophr. H. Pl. 6, 6. Πολύφυλλος, Multa folia habens, Foliis abundans, Cui densa sunt folia. Theophr. (H. Pl. 1, 10, 8.) Κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων ὁμοίως δένδρων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτι τὰ μὲν, πολύφυλλα· τὰ δὲ, ὀλιγόφυλλα· ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν, τὰ [μὲν] πλατύφυλλα, μᾶλλον ὀλιγόφυλλα, [τὰ δ' ὀξύφυλλα:] Plin. Jam densa ac rara: semperque lata, rariora. Nisi potius pro Ac rara, legi debet Aut rara. [* "Πολύφυλλον, Epimedium, Diosc. Notha 463." Boiss. Mss.]

Σαρκόφυλλος, Carnosa folia habens, ut Plin. Carnosa cupresso folia; Carnifolius, Gazæ ap. Theophr. [H. Pl. 1, 10, 4. 4, 6, 7. * Σεισίφυλλος, Eust. Od. I. 22. p. 1613, 41. Lobeck. Phryn. Add. ad p. 713.] Σπανόφυλλος, Rara folia habens, sicut μανόφυλλος, supra. At Σπαθόφυλλος vide post Σπάθη, T. 3. col. 906.

Τανύφυλλος, Habens folia in latitudinem extensa aut Longitudinem, Lata folia habens s. Longa. At τανύφυλλον ἐλαίην Hom. dixit tanquam ejus foliorum latitudine non respondente longitudini, [Od. N. 102. Theocr. 25, 221. "Jacobs. Anth. 7, 156. Ruhnk. Ep. Cr. 248." Schæf. Mss.] "Τανίφυλλος, in VV. "LL. perperam pro τανύφ."

Huc reservavi vocem cum præp. COMP. Ἐπιφυλλὶς, ίδος, ἡ, Racemulus qui magno racemo superjacet. Aut etiam, Racemus per se parvus, ita dictus quod tegatur τοῖς φύλλοις, i. e. Foliis. Vide Aristoph. Schol., et Callistrati expositionem ap. Eund. Quæ fere omnia habet et Suidas. Hesychio est βοτρύδιον μικρὸν, τὸ ἐπὶ τέλει βλαστάνον. De hoc vocab. ita in VV. LL. scribitur, Ἐπιφυλλὶς, Pampinus racemarius, qui exiles racemos profert, et in cacumine supra folia: unde et nomen. Colum. 3, 18. Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ, quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur, e quibus pampini pullulant, vel steriles, vel certe minus feraces: quos rustici vocant Racemarios. Et ἐπιφυλλίδες pro Hujusmodi racemis exilibus quales profert labrusca, qui e racemario pampino producuntur, vel tales fiunt, si vites carbunculari contigerit: ob idque θυμάλωπες dicuntur, et ἐπίτραγοι ab J. Poll. Diosc. (4, 144.) de smilacis asperæ fructu loquens, Καρπὸν δὲ φέρει βοτρυώδη, ὡς ἐπιφυλλίδα, πεπανθέντα δ' ἐρυθρὸν, ὑποδάκνοντα ἠρέμα, Fert autem racemosum fructum, epiphyllidis similitudine, (quia exilem, et in cacumine,) rubrum, cum maturitatem ceperit, gustumque leniter mordentem. Aristoph. translate usus est, cum malos Poëtas et inter eos Euripidem irridens, dixit B. (92.) Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα, Χελιδόνων μουσεῖα, ubi innuit esse λάλους et πιθανολόγους, et ὡς οὐδὲν περὶ λόγους εἰσί. [Dionys. Rhet. 18. Τραγήματα τῶν λόγων καὶ ὥσπερ ἐπιφυλλίδας καὶ στωμύλματα.] Parvi enim sunt pretii ἐπιφυλλίδες in vindemia, ideoque solent a vindemiatoribus præteriri. Atque adeo hos exiles racemos, sicut et aliorum reliquias, ad racemationem relinqui pauperibus, divina lege sancitum, Levit. 19, (10.) et Deut. 24, (21.) Hinc ἐπιφυλλὶς dicitur etiam Racematio. LXX. Interprr., ap. Abdiam Prophetam, (5.) Καὶ εἰ τρυγηταὶ εἰσῆλθον πρός σε, οὐκ ἂν ὑπελίποντο ἐπιφυλλίδα; Iidem hanc ἐπιφυλλίδα vocant etiam τρυγητῶν κατάλειμμα ap. Esaiam. Suidas ἐπιφυλλίδα exp. * ῥαγολογίαν. [" Jacobs. Anth. 9, 109. Dionys. H. 5, 393. Toup. Opusc. 2, 201." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Salmas. Homonym. 75.] Inde et VERBUM Ἐπιφυλλίζειν, Racemationem facere, Racemari. Sed et metaphorice usi sunt verbo Ἐπιφυλλίζειν illi Interprr. Thren. Jer. 1, (22.) Ἐπιφύλλισον αὐτοῖς, ὃν τρόπον ἐποίησαν ἐπιφυλλίδα περὶ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων μου, ubi pro Accurate singula exquirere, ponitur. At 3, (30.) Ὁ ὀφθαλμός μου ἐπιφυλλιεῖ ἐπὶ τὴν ψυχήν μου παρὰ πάσας θυγατέρας πόλεως, Oculus meus solicitam et anxiam habebit animam meam propter urbis filias. Hactenus illa. Usurpatur certe a Damasceno ἐπιφυλλὶς pro Racemo relicto post vindemiam, Bud.: qui etiam scribit ἐπιφυλλίζειν ab Hieronymo verti Vindemiare ap. Jerem. Sed altera interpr. verbi ἐπιφυλλίζειν cum illa nominis ἐπιφυλλὶς signif. melius convenit. [Schleusn. Lex. V.T. Nicetas Annal. 7, 4. ἐπιφ. καὶ καλαμᾶσθαι, pro quo 11, 3. * ἐκφυλλίζω, et 17, 3. ἀποφ.] At VERO Ἀποφυλλίζω est Folia amputo, detraho Folia s. Frondes; etiam Exfolio, ut quidam ex Apitio interpr. Utitur Theophr. H. Pl. 7, 11. Πρὸς δὲ τὴν αὔξησιν αὐτῆς ἀποφυλλίζουσι. Ita enim locus ille legendus censetur. [Gl. Defolio. "Kuster. Aristoph. 119." Schæf. Mss. Diosc. 1, 59. Schol. Aristoph. Ἀ. 157. Εἰρ. 1147.] Ἀποφύλλισις, Foliorum amputatio, Frondatio, e Colum.: licet non afferatur ex eo itidem Frondo pro ἀποφυλλίζω. Potest autem et Exfoliatio, ex illo Apitii verbo Exfolio, vocari. Habetur etiam Ἀποφυλλάδες in VV. LL. expositum Fibræ, (intellige autem in ea signif., qua dixit Virg. amaris intuba fibris,) a sing. NOMIN. Ἀποφυλλάς. Cujus licet hic fiat mentio, non tamen a verbo illo esse putandum est. [Simplex etiam * Φυλλίζω præbent Geop. 5, 2, 12. Χαίρει δὲ μάλιστα — τῷ συνεχῶς φυλλίζεσθαι, Frequenti pampinatione. * Φύλλισις, Gl. Frondatio.] "Ἐμφυλλίζειν, Inserere, i. fere q. "ἐνοφθαλμίζειν et ἐγκεντρίζειν: sunt enim hæc spe-"cies τοῦ ἐμφυτεύειν." [Gl. Immitto, Geop. 10, 37, 1. 10, 65, 2. "Greg. Cor. ad Hermog. Meth. 890. T. 8. Orat. Reisk." Boiss. Mss. * Ἐμφυλλισμὸς, Geop. 10, 75. 76. In Glossis male * Ἐμφύλλησις, Emplastratio, pro * Ἐμφύλλισις.]

His compp. subjungendum est BICOMP. Ἐπιφυλλόκαρπος, ὁ, ἡ, quod sonat q. d. Super folia fructum habens. Dicitur autem ἐπιφυλλόκαρπος esse planta, ut annotant VV. LL., cum fructum fert folii dorso, i. e., ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου: cujusmodi est ruscus, et laurus Idæa s. Alexandrina: quin et humilis laurus, i. e. chamædaphne Diosc. diversa a chamædaphne et vincapervinca Plinii. Ac quæ ἐπιφυλλόκαρπα sunt, ea μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπὸν dicuntur, quia fructus e circumplectente folio, velut conceptaculo, emicat, Καὶ κατὰ τὴν πρόσφυσιν τῷ φύλλῳ ἐπιπεφυκὼς ἐστι, Folio innatus et adhærens: qui quidem in rusco et lauro Alexandrina, est ἐν μέσῳ, i. e. in medio. Theophr. H. Pl. 1, 16. Καὶ ἔνια καρποφόρα, μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπὸν, ὥσπερ ἡ Ἀλεξανδρεία δάφνη, ἐπιφυλλόκαρπος: quæ Gaza sic vertit, Fructiferaque nonnulla fructum foliis interceptum gerentia, ut laurus Alexandrina, quæ fructum super foliis gignit. At Marc. ap. Diosc. ἐπιφυλλόκαρπον reddidit, In foliis fructum gerentem: et reliqua Theophrasti verba hoc modo, Folia quædam fructum ferentia, et inter se fructum amplexa. Idem Theophr. ejusd. operis 3, 17. Τῆς μὲν οὖν Ἀλεξανδρείας καλουμένης δάφνης ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον, ὅτι ἐπιφυλλόκαρπόν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ κεντρομυῤῥίνη· ἀμφότεραι γὰρ τὸν καρπὸν ἔχουσιν ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου: quæ et ipsa ita Gaza vertit, Alexandrinæ cognominatæ proprietas, quod fructum super folia gignit, quemadmodum myrtus sylvestris: quippe fructum ambæ super dorsum folii ferunt. Diosc. autem de eadem Alexandrina lauru loquens, scribit habere καρπὸν ἐν μέσοις (τοῖς φύλλοις): ita enim ille 4, 147. Δάφνη Ἀλεξανδρεία φύλλα ὅμοια ἔχει ὀξυμυρσίνῃ, μείζονα δὲ καὶ μαλακώτερα καὶ λευκότερα, καρπὸν δὲ ἐν μέσοις, Ruell. Semine inter folia rubro. Sequitur autem in hac interpr. Plin., cujus hæc sunt verba, 15, 30. Est et laurus Alexandrina, folio acutiore quam myrti, molliore et candidiore, semine inter folia. Sed improbatur a quibusdam hæc interpr., qui dicunt debuisse reddi Semine in mediis foliis, s. Fructu in mediis, ut intelligamus in singulis foliis, e medio folii dorso fructum enasci. Nam et superiori capite Diosc. dixisse similiter, ἐν μέσῳ τῷ πετάλῳ καρπὸν ἔχειν, ubi idem Ruell. vertit, Baccas a medio folio dependentes. Denique eund. Diosc. 4, 149. scripsisse de chamædaphne, habere fructum τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα, cum significare vellet esse ἐπιφυλλόκαρπον.

[* Παραφυλλὶς, Gl. Virgultum, Philes de Plantis 130.]

Φυλλότερος tanquam compar. gradus, significans A
Foliosior, in VV. LL. affertur e Theophr.; sed mendosum esse puto, et pro eo reponi debere εὐφυλλότερος.

Φυλλικὸς, q. d. Foliaris: βλάστησις, Foliaris germinatio, Foliorum germinatio, [Theophr. H. Pl. 3, 5, 5.] At Foliaceus potest etiam sonare, Foliis similis.

Φύλλινος, ὁ, ἡ, itidem sonat, q. d. Foliaris. Unde φύλλινος ἀγὼν, (qui et στεφανίτης,) q. d. Foliare certamen, Foliaceum certamen, i. e. cujus præmium est corona e foliis. An autem hæc dici Foliacea corona possit, alii viderint. Ceterum J. Poll. (3, 153.) dicit στεφανίτας ἀγῶνας vocatos etiam φυλλίνας: qui plur. accus., si mendo caret, [et non leg. φυλλίτας,] erit a sing. NOMIN. Φυλλίνης, ὁ. Verum ut mendo carere illum accus. existimemus, facit Hes., qui et ipse habet φυλλίναι ἀγῶνες. [Schol. Pind. 'O. 8, 101. p. 203. Boeckh. "Ad Thom. M. 810. * Φυλλίτης, ibid. Fischer. ad Palæph. 150." Schæf. Mss.]

Φυλλώδης, [contr. e * Φυλλοειδὴς, ὁ, ἡ,] Foliosus, B
Foliis abundans; simpliciter, Folia habens, Foliatus: φυλλώδεις δυνάμεις, Vires foliis insitæ, VV. LL. [" Inc. ap. Suid. v. Λακίσματα, Τὸ φ. τοῦ Λιβάνου, Arbores Libani." Schleusn. Mss. " Toup. Opusc. 1, 250." Schæf. Mss.]

Φυλλιάω, Folia emitto, Frondesco, Fronde nova vireo, ut loquitur Virg., Arat. (333.) οὐκέτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα Φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι, Schol. ἀναυξῆ θάλλουσαι. Is annotat etiam esse hic hellenismum pro οὐκέτι ἐκείνου ἀνιόντος ἅμα ἡλίῳ ψεύδονται αἱ ἄρουραι, κ. τ. λ. Sed, (ut obiter de hoc quoque admoneam,) non video quid obstet quominus accus. illum vim suam obtinere sinamus, jungentes cum ψεύδονται, quod alioqui sine casu incommode positum fuerit. Eleganter contra αἱ φυταλιαὶ sirium, (de illo enim loquitur,) sua spe frustrari dicentur, si quidem sint ἀναλδέα φυλλιόωσαι. Hinc fit ut Scholiastæ hac in re minime subscribam. Ceterum h. l. ita vertit Cic., Hic ubi se pariter cum sole in lumina cœli Extulit, haud patitur foliorum C
tegmine frustra Suspensos animos arbusta ornata tenere. Quod vero ad illius participii φυλλιόωσαι terminationem attinet, existimandum est positum pro φυλλιῶσαι ut βοόωσι pro βοῶσι, et βοόων pro βοῶν, utrumque ap. Hom. Sed his addendum est, Hes. φυλλιᾷν exponere τοπάζειν. [" Brunck. Apoll. Rh. p. 21. ad Diod. S. 1, 180." Schæf. Mss.]

Φυλλὰς, άδος, ἡ, Strues s. Cumulus foliorum. Callixenus ap. Athen. (204.) de Philopatoris navi quadraginta ordinum, inter alia hæc scribit, Τὸ δὲ ἔγκωπον ἅπαν μέχρι τῆς τρόπεως κισσίνην φυλλάδα καὶ θύρσους εἶχε πέριξ, Bayf. Tota vero ab ea parte, qua remi collocati erant, usque ad carinam ipsam, in ambitu thyrsos habebat, cum perpetuis hederæ foliis. Afferunt itidem VV. LL. ex Herod. (8, 24.) Φυλλάδα ἐπιβαλὼν, pro Consternens foliis. Strab. autem l. 12. φυλλάδα usurpasse pro Strue foliorum ex arboribus deciduorum, in Iisd. annotatur. Ubi alioqui φυλλάδες pro κλάδοι etiam, ex Apoll. Rh. (1, 1183.) et Nicandro 'A. [92. 374. 411. Θ. 834.] Hesychio φυλ- D
λάδες sunt οἱ ξηροὶ κλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες. At φυλλὰς Eidem, ξηρὰ δάφνη ἔχουσα φύλλα. AT VERO Φυλλιὰς ei est ἐκ λαχάνων ὑπότριμμά τι σκευαζόμενον, quod vocabatur θρία. His addit, φυλλία δὲ, γένος ἰθαγενῶν. Qui locus merito suspectus esse possit. ["Φυλλὰς, Markl. Suppl. 32. 259. Mnasalc. 10. Jacobs. Anth. 11, 68. Ruhnk. Ep. Cr. 202. Toup. Opusc. 2, 275. Valck. Diatr. 144. Φ. θάλλουσα, Casaub. ad Athen. 59. Plur., Longus p. 51. 67. Vill. * Φυλλίας, Thom. M. 810. (ἀγών.) Φυλλίας ῥάχος, Sylb. ad Paus. 177. 188. Φυλλιὰς, Casaub. ad Athen. 138." Schæf. Mss. * Φυλλὶς, i. q. φυλλὰς, Geop. 2, 2, 2. 7, 18, 1.]

[* Φυλλάζω, Gl. Frondesco.]

[* Φυλλόω, Hippocr. de Nat. Pueri c. 8. * Φύλλωμα, Diod. S. 3, p. 109, 19. * Φυλλωτὸς, unde 'Αφύλλωτος supra.]

Φυλλάριον, τὸ, Foliolum, Minutum folium, ap. Diosc.

Φύλλιον autem quamvis itidem diminutivi formam habeat, ab Hes. tamen exp. πέταλον, quod est Folium, non Foliolum. Sed adjicit, ἢ τὰ ἐκ τῆς γῆς ἄνθη, Flores quos terra producit. Pertinet autem hæc exp., ut opinor, ad plur. num. φύλλια. Itidem enim e Gal. Lex. Hippocr. annotatur, φύλλια esse Odoramenta hortensia, s. Herbas virides hortorum odoriferas: cujusmodi sunt, coriandrum, mentha, ruta, apium. Ipse Gal. ἡδύσματα κηπαῖα vocat, ἃ τοῖς ὠνουμένοις λάχανα προσεπιτιθέασιν. Apud Hes. est SCRIPTUM Φύλλεια, qui esse dicit itidem τῶν λαχάνων ἃ προστιθέασι τοῖς ὠνουμένοις, sed addit ἕωλα καὶ φαῦλα. Nec enim dubito pro αἴολα, quod ap. eum legitur, reponere ἕωλα, præsertim cum αἴολα illud signif., quæ loco isti convenire possit, nullam habeat: at ἕωλα optime conveniat cum adjectivo φαῦλα, quod ei adjungitur, nec non cum iis quæ a Schol. Aristoph. 'A. (468.) scribuntur, 'Ες τὸ σπυρίδιον. ἰσχνά μοι φυλλεῖα δὸς, sc. ἰσχνὰ dici tanquam εὐτελῆ καὶ μεμαραμμένα: talia enim a mendicis edi. Dixeratque antea φυλλεῖα esse τὰ * ἀπολεπίσματα τῶν λαχάνων. Cum quibus certe non satis conveniunt quæ a Gal. scribi dixi, sc. illa esse κηπαῖα ἡδύσματα: sed magis veram esse Hesychii et hujus Schol. expositionem, quam et Suidas habet, mihi magis fit verisimile. Ceterum et hoc sciendum est, addi a Schol. φυλλεῖα vocari etiam τὰ τῆς θριδακίνης φύλλα, Lactucæ folia. At Suidam, qui alioqui eandem illam expositionem voci φυλλεῖα dat ap. Aristoph., uti dixi, pro hac signif. non jam φυλλεῖα, sed φυλλία scribere. Hanc certe scripturam confirmare et Pollucis auctoritate possumus: quem simul habere quæ faciant pro illa posteriore exp., potius quam pro illa Galeni, observandum est. Postquam enim dixit πάντα τὰ λείψανα τῆς τροφῆς τὰ ἐπὶ τοὔδαφος ἀπερριμμένα, subjungit, οἷον φυλλία: sed hæc verba addit, τὰ δὲ τῆς θριδακίνης φύλλα οὕτω καλεῖται. Vide et alia quædam Hesychii post Φυλλὰς, de voce Φυλλία. [" Φυλλεῖον, Kuster. Aristoph. 11. 121. Φύλλιον, Casaub. ad Athen. 138." Schæf. Mss. Aristoph. Πλ. 544. φυλλεῖ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων. Aristides 1. p. 283. ᾠῷ καὶ φυλλίοις. Plato Athenæi 3. p. 217. Schw. Φυλλίον ἢ ῥαφανίδιον. Diogenes Æliani V. H. 13, 26. Τὰ φύλλων ἄκρα ἤσθιε, Codd. φυλλίων.]

[* Φυλλίτης, unde] Φυλλῖτις, ιδος, ἡ, Herba, cujus folia Diosc. foliis lapathi similia esse scribit, longiora et viridiora. Plura de eadem vide ap. illum, 3, 121. Quidam eam esse putant quæ vulgo Lingua cervina nominatur.

ΦΥΡΩ, F. υρῶ, Pr. υρκα, Misceo, Commisceo, Inquino, Fœdo. Hesiod. "Εργ. (1, 61.) Γαῖαν ὕδει φύρειν, Terram aquæ miscere. Plut. de Def. Or. Πάντα φύρειν ἅμα καὶ ταράττειν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς. Apud Hom. Od. Σ. (21.) Inquino, Perfundo, Μή σε, γέρων περ ἐὼν, χεῖλος καὶ στήθεα φύρσω Αἵματος, ubi Eust. scribit φύρσω αἵματος dictum esse pro φύρσω δι' αἵματος. Esse autem φύρσαι, μολῦναι et συγχέαι. Il. Ω. (162.) Δάκρυσιν εἵματ' ἔφυρον, Lacrymis vestimenta perfundebant, rigabant. At vero παρηΐδας αἵματι φύρσαι ap. Apoll. Rh. 2, (59.) alia constr. quam ap. Hom., itidem pro Inquinare. Potest tamen exponi et Perfundere; sed altera interpr. magis placet. Pass. Φύρομαι activi signiff. sequens, itidem pro Commisceor, Perfundor, Inquinor. E Plut. Romulo (28.) Πεφυρμένη σώματι ψυχὴ, Permixtus corpori animus. In Epigr. δακρύοισι πεφυρμένος, Lacrymis perfusus. At πεφυρμένον pro Inquinatum, habemus Od. I. (397.) αὐτὰρ ὁ μοχλὸν 'Εξέρυσ' ὀφθαλμοῖο πεφυρμένον αἵματι πολλῷ, ubi tamen Eust. non solum exp. μεμιασμένον, sed addit etiam μεμιγμένον. Observa autem hic dat., sicut ap. Apoll. Rh.: non gen., ut in illo Od. loco. Sic certe et Plut. Antonio, Πεφυρμένος γὰρ αἵματι. Interdum autem φύρω, sicut et φυρῶ, Macero, Subigo, itidemque φύρομαι, Maceror, Subigor: unde ap. Thuc. (3, 49.) Πεφυρμένα ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, redditur Farina macerata vino et oleo. Eust. in illum Od. Σ. locum, in quo legitur φύρσω αἵματος, esse ait φύρσαι per sync. factum e φυράσαι: ideoque

φύρσω αἵματος posse videri dictum ut ἄλφιτα φύρσαι ὕδατος. Ceterum huc pertinet et φύρειν ap. Xen. (Ἑλλ. 7, 2, 22.) sine adjectione positum, quod redditur Pinsere. Frequentius tamen est hac in signif. circumflexum VERB. Φυρᾶν, [Hesychio ζυμοῦν, ταράσσειν τὰ ἄλευρα.] Ac certe videri potest ap. Eust. reponendum esse φυράσαι pro φύρσαι, in illis quæ modo protuli verbis, ἄλφιτα φύρσαι ὕδατος. Sed et hoc sciendum est, ipsummet alibi agnoscere φύρσω pro fut. Æolico. Quod si ita est, non fuerit necesse φύρσαι e φυράσαι deducere per sync., cum illinc formari possit. Ceterum cum ibid. scribat esse forsitan verbum Φύρω e VERBO Φορύω factum, (de eo autem antea tacuerim,) hic certe, tanquam παρενθετικῶς, dicendum de ipso quoque censeo. In hoc igitur Homeri hemistichium, Od. Σ. (335.) φορύξας αἵματι πολλῷ, annotat φορύξας esse i. q. φύρσας, et fortasse hujus πρωτότυπον esse illud. Dici enim Φορῶ, Φορύω, a quo derivatum VERB. Φορύσσω. Illud autem Φορύω passum syncopen, et transpositionem literarum, factum esse Φύρω. Porro φορύσσειν i. valere q. μεταφορεῖν, et μόριον ἐκ μορίου μεθέλκειν: unde FIERI Ἕλκος, utpote quod sit συνεχείας λύσις. Convenit certe significatione hoc verbum cum Φύρω: nam ab Hes. Φορύξαι exp. συγχέαι, et φυράσαι, (sicut et a Gal. ap. Hippocr.) itidemque partic. Φορύξαντες, συγχέαντες, et μολύναντες. Denique et Φορύνει, φυρᾷ, μολύνει, συγχεῖ. "Φολύνω, Inquino: Hes. "φολύνει, μολύνει, καταπίμπλησιν:" [leg. autem φορύνει.] Est autem ab hoc THEMATE Φορύνω, præt. imperf. φορύνετο, Od. X. init. Σῖτός τε κρέα τ' ὀπτὰ φορύνετο. Atque hoc φορύνετο non dubito quin illud ipsum sit quod Hes. exp. ἐμολύνετο. Ceterum de hoc Φορύνω, s. Φορύσσω, ita quidam scripserunt, Φορύνω, s. Φορύσσω, e Φορύω, i. q. φυράω, Pinso, Subigo. Item Misceo ac turbo, Farinam subigentis more confundo. Item Inquino, Fœdo, Polluo. Eust. autem φορύσσειν esse ait τὸ μεταφορεῖν, ideo fortasse quia pistores, cum pinsunt, farinamque subigunt, brachia vicissim trahunt atque intrudunt. [" Φορύνω, Jacobs. Anth. 8, 24. Valck. ad Il. 22. p. 59." Schæf. Mss. " Φορύσσω, Polluo, Nicander Θ. 302. Perf. pass. πεφορυγμένος, Opp. K. 1, 380. Quint. Sm. 2, 484." Wakef. Mss. Hippocr. de Vet. Med. 2. Opp. K. 5, 269. Κῦμα δ' ἄπαν λύθροιο φορύσσεται ἐκχυμένοιο, al. μολύνεται. Quint. Sm. 2, 356. λύθρῳ ἐφορύνετο γυῖα, 3, 604. δάκρυσσι φορύνετο τεύχη. * Φορυκτὸς, Lycophr. 863. " Wakef. Ion. 199." Schæf. Mss.]

Ἀφόρυκτος, ὁ, ἡ, Impollutus, Incontaminatus, Non inquinatus. Epigr. p. 3. meæ Ed. Τίς θέτο μαρμαίροντα βοάγρια; τίς δ' ἀφόρυκτα Δούρατα, καὶ ταύτας ἀῤῥαγέας κόρυθας; [" Jacobs. Anth. 8, 37." Schæf. Mss.] Item COMP. Αἱμοφόρυκτος, Sanguine inquinatus s. pollutus. Vide post Αἷμα Γ. 1, col. 157.

" Ἀναφορύσσω, Subigo in modum farinæ, Commi-" sceo; eorum enim alterum ex altero sequitur. " Hippocr. Γυναικ. 2. (p. 606.) Μέλιτι ποσὸν Αἰγύ-" πτιον ἔλαιον εἰρίῳ μαλθακῷ ἀναφορύξαι," [Lana excipere: 630. Εἰς ἄχνην (ὀθονίου) ἀναφορύξαι:] " Et " l. 1. Βαλεῖν δὲ ταῦτα καὶ ἀναφορύξαι ὄξει καὶ ἐλαίῳ, " ποιεῖν δὲ οἷον κυκεῶνα παχύν. Ubi nota vicinæ " signif. verba, ἀναφορύσσειν et κυκεῶνα ποιεῖν." Nec non NOMEN Φορυτὸς, ὁ, Quisquiliæ e variis rebus commixtis. Ab Athen. (361.) pro Quisquiliis aridis poni testatur Bud., ita scribente, Καὶ ἰχθύων τινὰ ἀποθορόντα σὺν ἀνθρακιᾷ ἐκπεσεῖν εἰς φορυτὸν, καὶ ἀφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ λόχμην ἐν ᾗ ἔτυχε σῦς ἄγριος ὤν. Subjungit vero et locum Aristot. H. A. 9. de Cinnamomo ave, Νεοττεύει δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ δένδρου, καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων· ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μόλιβδον πρὸς τοῖς οἰστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας καταβάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν ἐκ τοῦ φορυτοῦ τὸ κιννάμωμον. Item ex Aristoph. h. l., in quo de vespis loquitur, καὶ κηρία πλάττουσιν ἐκ φορυτοῦ καὶ γῆς. Plin. de eadem avi loquens, cinnamomi surculos appellat. A quibusdam φορυτὸς exp. Congestitia et confusa materia, Congeries, Colluvio. Item Funis e congestis stramentis et vitilibus, atque ex ejus generis confusa materia, ad plexus, i. e. πλέγματα. Tali autem miscellanea tortiles restes parari a figulis, quibus colligata vasa sua portent, ne rumpantur. Pro cujus signif. testimonio affertur h. Aristoph. l. 'Α. (927.) Δός μοι φορυτὸν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας φέρω, Ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῇ φορούμενος, ubi vide Schol., ap. quem pro φρύγανον, σχοινίον, illi φρυγάνων σχοινίων reponunt; sed Suidas tamen illam, non hanc scripturam habet. Metaphorice certe dixit Chrys. Τὸν πολὺν φορυτὸν ἁμαρτιῶν καθᾶραι, ubi non male, ut opinor, φορυτὸν dixerimus significare ἀκαθαρσίαν, præsertim cum Schol. Aristoph. illic inter alia φορυτὸν esse velit φρυγανώδη ἀκαθαρσίαν. Eust. φορυτὸν exp. simpliciter πλῆθος: de qua exp. illi non assentior. Hesychio potius subscribo, cui φορυτὸς sunt φρύγανα, et ἄχυρα: item ὁ ἀπὸ γῆς αἰρόμενος ὑπὸ ἀνέμου χόρτος. [" Schn. Anab. p. 45. Ruhnk. Ep. Cr. 176. Wessel. Diss. Herod. 203. Plut. Mor. 1, 506." Schæf. Mss. Bekk. Anecd. 71. Arat. D. 391. σύες φορυτῷ περιμαργαίνουσαι. Alciphr. 3, 7. Τοσοῦτος βρωμάτων φ.]

Φύρομαι activa signif. pro κυκῶ, Bud. e Plat.

[" Φύρω, ad Phalar. 255. Phryn. Ecl. 182. Markl. Suppl. 201. Jacobs. Anth. 6, 77. 7, 61. 10, 109. 171. 11, 58. 294. 302. Anim. 53. Exerc. 2, 188. Musgr. Herc. F. 945. Wakef. Eum. 262. T. H. ad Plutum p. 422. Plato Gorg. p. 63. 64. Eur. Hec. 496. 948. Act. Traj. 1, 256. Toup. Opusc. 1, 138. 268. Emendd. 1, 210. ad Lucian. 1, 195. ad Herod. 137. Wyttenb. ad Plut. 1, 367. ad Diod. S. 1, 95. Oudend. ad Suet. 437. Conf. c. φέρω, ad Diod. S. 2, 143.: cum φυράω, Schleusn. ad Levit. 106. Φύρεσθαι πρός τινα," Plato Hipp. 149. Πεφυρμένος, Ruhnk. Ep. Cr. 74. Pierson. ad Mœr. 18." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 205. Schleusn. Lex. V. T. Φύρω et φέρω conf., Creuzer. ad Plotin. de Pulcr. 246. 280. 436. " Φυρσάμενος, Nicander Θ. 508. Πεφύρσομαι, Pind. (N. 1, 104.)" Wakef. Mss. Φῦρσον, Nicander Θ. 693.: Philostr. 815. Πέφυρται ἡ κόμη. Plato Phædone 49. Οὐκ ἂν φύροιο, ut Lat. Conturbari: cf. M. Anton. 6, 16. Arrian. Epict. 2, 12. 45.: Plato l. c. 45. Ἄλλον τινὰ τρόπον τῆς μεθόδου αὐτὸς φύρω. Opp. 'Α. 3, 440. φυρομένοισιν (ὕεσσι) ἀεὶ περὶ γαστέρος ὁρμήν. Æsch. Pr. 450. Ἔφυρον εἰκῇ πάντα. M. Anton. 8, 51. Ἐν ταῖς ὁμιλίαις φύρειν. I. q. φορύσσω, Simonides Fr. 11, 3. πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα. Meleager 109. ἀκμαῖον ἄνθος ἔφυρε κόνις. Apoll. Rh. 3, 673. δάκρυσιν ὄσσε πεφυρμένα. Strato Ep. 68. πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ.]

Πεφυρμένως, Mixtim, Permixtim. Vide Φύρδην. [Nullo discrimine, M. Anton. 2, 11.]

Φυρμὸς, ὁ, Inquinatio, Inquinamentum. Ab Hes. exp. μολυσμός: et ῥύπος, μίασμα. [" Diod. S. 2, 281. (608.)" Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Sed et NOMEN Φύρμα, τὸ, Idem exp. ῥύπον, ac κόπρον. Unde VV. LL. interpr. non tantum Inquinamentum, sed et Fimus, Sordes, Strigmentum. Apud Nicandr. ('Α. 485.) certe Schol. φύρματα exp. κόπρια et σκύβαλα, i. e., ut in Iisd. annotatur, Recrementa, Retrimenta, a similitudine τοῦ φυράματος. [" Ruhnk. Ep. Cr. 136." Schæf. Mss. Nicander Θ. 723.]

[* " Φύρσις, Mixtio, Hippolytus in Canisci Lectt. Antiq. P. 1. p. 16." Kall. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 128. Meurs." Schæf. Mss. Schol. in Dion. Gramm. 838. * Φύρσιμος, Nicander 'Α. 324.]

[*Φυρτὸς, Hes. Φυρτοῖσιν· εἰκαίοις, συμπεφυραμένοις· οἱ δὲ ἄλφιτα οἴνῳ δεδευμένα· συμπεφυρμένοις. * " Ἄφυρτος, Onesand. Strateg. * Ἀφύρτως, Nic. Damasc. Exc. 423(=227. Cor.)" Kall. Mss. " Orell. Suppl. in Nic. p. 10." Schæf. Mss.] " Πάμφυρτος, Mixtus ex " omnibus," [Opp. 'Α. 1, 779. Longin. 9, 7. * Παντόφυρτος, Æsch. Eum. 557.]

Φύρδην, Mixtim, Permixtim, sicut et πεφυρμένως: nam et exp. illud per hoc. Item Confuse, Inordinate. Nam Hes. exp. non solum ἀναμὶξ, sed etiam συγκεχυμένως, et ἀτάκτως. Eust. postquam dixit φύρσαι esse μολῦναι et συγχέαι, Unde, inquit, aliqua dicuntur συγκεῖσθαι φύρδην. Apud Plut. Othone (12.) Φ. καὶ κατὰ μέρη πολλὰ συμπλέκεσθαι τοῖς ἐναντίοις, quidam interpr. Confusim et per multas partes. [" Huschk. Anal. 232. Jacobs. Anth. 8, 307. Ruhnk. Ep. Cr. 69. Alciphr. 92." Schæf. Mss.

" Opp. 'Α. 1, 483. * Παμφύρδην, 2, 548. (al. * Παμφύγδην.)" Wakef. Mss.] A
[* " Φυρὰξ, Philo J. 327." Wakef. Mss. Per aphæresin * Ὑρὰξ, Hes. et Suidæ μίγδην, ἀναμίξ.]

Ἀναφύρω, Commisceo, Permisceo, Confundo. Itidemque pass. Ἀναφύρομαι, Commisceor, etc. Sed ex Alex. Aphr. VV. LL. afferunt Ἀναπεφυρμένος ἐν τῷ κατὰ φύσιν αἵματι, pro Implicitus. [Eur. Bacch. 740. " Ad Herod. 205." Schæf. Mss.] BICOMP. Συναναφύρω, cujus pass. Συναναφύρομαι magis est in usu, et eo quidem peculiari. Dicitur enim aliquis cum scortis συναναφύρεσθαι, ea signif. qua Lat. dicunt Cum scortis volutari. Quod cum dico, non ignoro illud Volutari, si verbum verbo reddendum sit, respondere potius τῷ καλινδεῖσθαι, s. κυλινδεῖσθαι: sed ὁ συγκυλινδούμενος ἑταίρᾳ, is etiam συναναφύρεται, et vicissim. Quin etiam μίγνυσθαι γυναικὶ dicant Græci, itidemque legatur ap. Virg. Mixta deo mulier: hoc tamen verbo consulto abstineo. Lucian. (3, 409.) Παισὶν ἢ γυναιξὶ συναναφυρέντες. Facit autem hic locus pro mea quadam emendatione loci B
Athenæi [13. p. 567.] vel potius loci Scriptoris cujusdam [sc. Hyperidis] ap. Athen., ubi pro συναναφώρῃ reposui συναναφύρῃ. Ita enim ibi legitur, (si quidem hoc pro illo reponatur,) Σὺ δὲ, ὦ σοφιστὰ, ἐν τοῖς καπηλείοις συναναφύρῃ οὐ μετὰ ἑταίρων, ἀλλὰ μετὰ ἑταιρῶν, μαστροπευούσας περὶ σαυτὸν οὐκ ὀλίγας ἔχων. [" Stephani emendationem firmarunt scripti libri et recepit Cas., nullam mentionem faciens soceri, qui præiverat." Schw. Mss. " Greg. Thess. Hom. p. 63. Matth." Boiss. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * " Ἀποφύρω, cf. Abresch. in Act. Soc. Traj. 1, 256. Brunck. Aristoph. 3, 126. (Eip. 287.)" Schæf. Mss. * Εἰσφύρω, Max. Tyr. 2. p. 65. Ἀναμὶξ πάντα εἰσφύρεται ἐν τῷ λόγῳ. * Ἐκφύρω, Schleusn. Lex. V. T. Ἐξεφύρθης, Hes. et Suidæ ἐμιάνθης.] " Ἐκφύρματα " χεύῃ, Schol. Nicandr. 'Α. exp. κόπρια καὶ σκύβαλα " ἐκβάλῃ. Sed puto divisim scr. ἐκ φύρματα, ut ἐκ " pertineat ad χεύῃ, a quo per tmesin est sejunctum. " Locus est v. 485: Ὄφρα ποτὸν νέποδός τε κακοῦ ἐκ " φύρματα χεύῃ: loquens de lepore marino poto." C
[* " Ἐμφύρω, Valck. Phœn. p. 411. 751. Brunck. Aristoph. 1, 217." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. " Lycophr. 1380. Clem. Alex. 36. M. Anton. 9, 3. Athan. 1, 6. 8. Euseb. V. C. 437." Kall. Mss. " Ἐμφύρεσθαι, de eo, qui sceleribus inquinatur, Theoph. ad Autol. 1, 20." Schleusner. Mss. * " Ἐπεμφύρω, Immisceo, Clem. Alex. 146. τὰς χεῖρας τοῖς ἡδύσμασιν. * Καταφύρω, Inquino, Andr. Cr. 32." Kall. Mss. * Συγκαταφύρω, unde * Συγκατάφυρτος, Athen. 643. * " Παραφύρω, Wakef. S. Cr. 2, 79." Schæf. Mss. * Περιφύρω, Gl. Perturbo.] Συμφύρω, Commisceo, Confundo. Et pass. Συμφύρομαι, Commisceor. Plut. Camillo, Συμπεφυρμένην ταῖς οἰκήσεσι πόλιν. Diosc. 2, 26. Κόμμι συμπεφυρμένον αἵματι, Ruell. Gummi cum sanguine subactum. [" Theocr. 22, 111. Toup. Opusc. 1, 454. (* Συμφυρέω, ibid.) Valck. Hipp. p. 283. Wakef. S. Cr. 1, 87. Wyttenb. ad Plut. 1, 367. Jacobs. Anth. 8, 130. ad Diod. S. 2, 143." Schæf. Mss. Joseph. B. J. 2, 8, 10. * Συμφυρμὸς, Commixtio, LXX. Ezech. 7, 23. D
* " Σύμφυρσις, Concretio, Dionys. Areop. p. 18." Kall. Mss.] Σύμφυρτος, ὁ, ἡ, Commixtus, Confusus, [Eur. Hipp. 1234.] Cui contr. est BICOMP. Ἀσύμφυρτος, Non commixtus, confusus. Bud. e Dionys. Areop. affert pro Digesto et impromiscuo. [* " Ἀσυμφύρτως, Pachym. ad Eund. 122." Kall. Mss.] Item ADV. Συμφύρδην, Commixtim, Permixtim, Confuse, Promiscue. Nicander Θ. (110.) τὰ δὲ μυρία πάντα ταράσσειν Συμφύρδην, i. e. συμμεμιγμένως.

" Εὐφυρώτατος, ap. Alex. Aphr. legi dicitur, et a " Politiano reddi Penitus inutilis." [* Πολύφυρος, Epiphan. 1, 419.]

Φυράω, de quo jam aliquid dixi, i. q. φύρω, præsertim tamen eam verbi φύρω signif. habet, qua ponitur pro Macero, Subigo: sic tamen ut in iisd. ll. interdum et verbo Miscere reddi possit. Nec minus frequens est vox passiva Φυράομαι, signif. illam sequens: ut φύρασον οἴνῳ ap. Diosc. redditur Macera vino, et Subige vino: item Commisce vino. Apud Eund. Φυραθεὶς ἐλαίῳ, Maceratus oleo, et Subactus oleo. Redditur vero et Dilutus oleo, item Perfusus oleo. Sed addit interdum præp. ἐν: ut, Φυραθεὶς ἐν τῷ ὄξει. Cui simile est quod affertur ex c. 29. Exodi, Πεφυραμένος ἐν ἐλαίῳ, pro Conspersus oleo. Interdum addit præp. σὺν, ut cum dicit, Πεφυραμένος σὺν ἀλφίτῳ, ubi reddit ura Ruellio, Cum polenta subactus. Huic præp. junxit itidem Gal. ad Gl. scribens, φυρόμενον μετ' οἴνου. Bud. quoque φυρῶ interpr. Macero, Subigo, afferens e Plut. (6, 593.) Φυράσαι πηλόν. Quo pertinet φύραμα de Massa figuli, ut mox videbis. Metaphorice autem usurpatur ab Aristoph. N. (975.) μαλακὴν φυρασάμενος τὴν φωνὴν πρὸς τὸν ἐραστὴν, ubi quidam interpr. Molliens et frangens vocem erga amatorem. [" Phryn. Ecl. 206. Thom. M. 903. Jacobs. Anim. 115. Anth. 8, 53. 10, 384. T. H. ad Plutum p. 422. Brunck. Aristoph. 2, 105. Toup. Emendd. 1, 306. Wyttenb. ad Plut. 1, 367. ad Diod. S. 1, 95. Oudend. ad Suet. 437. De prosodia, Clark. ad Il. A. 67. Φύρησαν, Macedon. Ep. 33." Schæf. Mss. Φυράω, φυράσω, φυρήσω, Lobeck. Phryn. 205.] Hinc VERBALE Φύραμα, τὸ, Massa farinæ subactæ et humore maceratæ ad panificium, Materia pinsita et subacta, e Plin. Paulus 1 ad Cor. 5, (6.) Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθὼς ἐστε ἄζυμοι. Ubi vetus Interpres cum ὅλον τὸ φύραμα reddidisset Totam massam, νέον φύραμα non itidem Nova massa, reddidit, sed Nova conspersio: cum potius utrobique voce Massa uti debuisset. Sic usus est Paulus, ad Rom. 11, (16.) Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα. (Ad quæ verba respiciens Greg. Naz. εἰς Καισάριον dixit, Ἐξ ἁγίας ἀπαρχῆς ἅγιον φύραμα. Et Damascenus de Christo, Ἀπαρχὴν γὰρ ἀνέλαβε τοῦ ἡμετέρου φυράματος.) At vero 9, (21.) de Massa figuli usurpavit, (quo pertinet illud φυράσαι πηλὸν, quod e Plut. attuli,) scribens, Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Sed et de aliis rebus dici, quæ subigendo miscentur, apparet e Geop. 15, (2, 8.) Κεχρίσθω δὲ ἔξωθεν φυράμασι κονίας καὶ βολβίτου. [" Thom. M. 903. Ruhnk. Ep. Cr. 136. Mœr. 384. et n." Schæf. Mss. Schn. Ecl. Phys. 83. Athen. 402. Valck. Schol. in N. T. 2, 181. Schleusn. Lex. V. T. * Φύρημα, Lobeck. Phryn. 205.] Φύρασις, ἡ, Maceratio, Subactio ad conficiendas massas, [LXX. Hos. 10, 4. Ionice * Φύρησις, Aret. 102. * Φυρατὴς, Gl. Decoctor: * Φυράτης Interversor: Cic. ad Att. 7, 1. * Φυρατέον, Diosc. 5, 103. * Φυρατὸς, s. * Φυρητὸς, Lobeck. l. c. * Ἀφύρητος, Hippocr. p. 13, 19. * Νεοφύρατος, Schol. Theocr. 4, 34. * Φυράδην, J. Poll. 665.]

Ἀναφυράω, pro simpl. φυράω, de quo dictum modo fuit, Diosc. 2, 131. Ἐκλέξας τοὺς εὐτρόφους καὶ λευκοὺς, ῥαῖνε ὕδατι ἀναφυρῶν. [Plato Tim. 395. Theophr. de Odor. 445. Athen. 3. p. 488. " Διαφυράω, " Subigo, Pinso," [" Hes. v. Διαμάττειν." Boiss. Mss. * Ἐνιφυράω, Opp. 'Α. 3, 498. * Καταφυράω, Alex. Trall. 8. p. 436. * Προφυράω, Aristoph. Ὄρν. 462. Θ. 75. Hippocr. 356, 26. 48. * Προφύραμα, Athen. 140. Τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν. " Hes. v. Βάρακες." Boiss. Mss. * Προφυρητὸς, Hippocr. 368, 11. 373, 52. 374, 26. * " Συμφυράω, Commisceo, Method. 415. Plut. 2, 94. 6, 354. Diosc. 1, 65." Kall. Mss. "Jacobs. Anth. 11, 234." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 205.]

ΦΥΣΑΩ, VEL Φυσσάω, (quæ tamen scriptura minus recepta est,) Sufflo, Inflo, Flatu distendo. [" Ionice * Φυσέω, sive, ut olim ap. Herod. 4, 2. edebatur, * Φυσσέω." Schw. Mss.] Lucill. Epigr. Τὸν λεπτὸν φυσῶντα τὸ πῦρ Πρόκλον ἦρεν ὁ καπνὸς, Sufflantem ignem, [Il. Υ. 218.] Ex Aristoph. (Β. 1098.) affertur itidem φυσῶν τὴν λαμπάδα. Ex Eod. N. (404.) Ὅταν εἰς αὐτὰς ἄνεμος μετεωρισθεὶς κατακλεισθῇ, Ἔνδοθεν αὐτὰς ὥσπερ κύστιν φυσᾷ, (ubi observa duplex σσ, sicut et in præt. imperf. pass. ἐφυσσᾶτο, ap. Eund.,) Tanquam vesicam inflat, flatu distendit. Et φυσᾶν αὐλὸν, ut Lat. Inflare tibiam. Plut. Alcib. (2.) Αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι, καὶ τοὺς

συνήθεις ἂν πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. Sed et subaudito illo nomine invenitur, cum de tibicine dicitur, ut in hoc disticho, quod refert Athen. (337.) Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾷν χὠ νόος ἐκπέταται. (Ubi etiam videri potest Auctor distichi voluisse ludere in ἐνέφυσαν et in φυσᾷν.) Ita Cic. subaudiendum reliquit accus. Tibiam, sic scribens, Et simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. Ut autem dicitur φυσᾷν αὐλὸν vel αὐλοὺς, sic φυσᾷν κόχλους dixit Eur. (Iph. T. 303.) Conchas inflare, ut et Ovid. Metam. 1. conchaque sonanti Inspirare jubet.. Pass. Φυσῶμαι itidem Sufflor, Inflor. Aristoph. N. (409.) de ventre, qui γαστὴρ vocatur, ad ignem inflato, ἡ δ' ἄρ' ἐφυσσᾶτο, [ἡ δ' ἀνεφυσᾶτ' Br.]: Πλ. (699.) ἡ γαστὴρ γὰρ ἐπεφύσητό μοι, Venter inflatus erat mihi, Tumebat flatibus. Interdum Φυσῶ est Efflo, ut Soph. (Aj. 918.) Φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας αἷμα, Efflantem cruorem per nares, s. naribus. Sic autem et ap. Plut. de Primo Frigido, Ὅταν δὲ συστρέψαντες τὰ χείλη φυσήσωμεν, Cum labris contractis efflamus. || Φυσῶ τὰς γνάθους, Inflo buccas, Buccas flatu distendo. Lat. quoque Buccas inflare dicunt. Sed Horat. de irato dixit, Serm. 1, Sat. 2. Quid causæ est, merito quin illis Juppiter ambas Iratus buccas inflet? At vero ap. Demosth. τὰς γνάθους φυσᾷν est potius insolescentis, s. superbientis, (442.) Κἂν ὁ γεγραμματευκὼς Αἰσχίνης, εἴποι τις, ἐχθρὸς εὐθέως, καὶ κακῶς φησὶν ἀκηκοέναι, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται, θοιμάτιον καθεὶς μέχρι τῶν σφυρῶν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν, Demissa ad talos usque veste, pari cum Pythocle incessu utens, buccas inflans. Sed Auctor libri qui sub Demetrii Phalerei nomine editus est, ita scriptum habet h. l., Auctorem ejus tacens, Πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς, τὰς γνάθους φυσῶν, τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ: ubi his verbis, τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς, sive Demosth. sint, et inseri loco illi debeant, sive sint suppositia, eadem res exprimitur quæ et proxime præcedentibus, τὰς γνάθους φυσῶν. At vero illa, (ut de hoc quoque obiter lectorem moneam,) eod. pertinentia, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, proverbialia fuisse existimo: quippe qui et ap. alios ea me legere meminerim, et nominatim ap. Athen. (213.) ubi scribit, Καὶ παρελθὼν ὁ περιπατητικὸς εἰς τὴν ὀρχήστραν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, εὐχαρίστησέ τε τοῖς Ἀθηναίοις κ. τ. λ. Crediderim autem ex hoc loquendi genere, φυσᾷν τὰς γνάθους, (unde est COMP. Φυσίγναθος, de quo supra T. 2, col. 55.,) sumtam esse eam verbi φυσᾷν signif., qua de superbiente et insolescente usurpatur itidem. Lucian. (1, 473.) Ὑπεμίμνησκον ἡλίκον ἐφύσα τότε ἡνίκα πολλοὶ ἐπὶ τῶν πυλώνων παρειστήκεσαν. Plut. Pol. Præc. Μικρὸν ἰσχύειν, καὶ μέγα φυσᾷν. Philo V. M. 1. Φυσῶσι καὶ πνέουσι μεγάλα, καταλαζονευόμενοι τῶν ἀφανεστέρων. His autem in ll. φυσῶ dixerim reddendum esse Spiro, et μέγα φυσᾷν, Magnum spirare, ut ap. Propert. Qui nunc magnum spiramus amantes: quod alioqui dicunt Græci et μέγα φρονεῖν. Possumus alioqui μέγα φυσᾷν reddere etiam Magnos spiritus gerere. [Valck. Schol. in N. T. 1, 447.] Sic in illo Luciani loco, Ἡλίκον ἐφύσα, Quantos spiritus gerebat. || Φυσάω, interdum non de eo dicitur qui insolescit, sed de eo qui facit ut alius insolescat, et illi spiritus affert, ut loquitur Cic. Tunc autem possumus retinere verbum Inflo, metaphoricum illi itidem usum tribuentes. Plut. de Educ. Puer. s. Liberis, Δεῖ δὲ αὐτοὺς μηδὲ τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν καὶ φυσᾷν. Atque ut hic infinitivo φυσᾷν præfixum esse videmus ἐπαίρειν, sic participio φυσήσας præfixum habemus μετεωρίσας ap. Philon. Μετεωρίσας καὶ φυσήσας ἡμᾶς τῷ λόγῳ. Sic pass. Φυσᾶσθαι: unde φυσωμένους legimus ap. Plut. (6, 253.) Ὑπὸ τῆς τύχης φυσωμένους καὶ σαλευομένους. Sic certe Lat. Inflare aliquem dicunt, itidemque Inflari: ut, Animos rumor inflasset, ap. Cic. Item, Spe atque animis inflata, ap. Eund. Et ap. Liv. Inflasse vana spe, atque inflatos esse. ["Thom. M. 303. 903. ad Charit. 463. 761. Eur. Iph. A. 125. et Musgr., Brunck. Aristoph. 1, 75. Soph. 3, 525. Aj. 918. Jacobs. Anth. 9, 346. 10, 52. Lobeck. Aj. p. 417. Toup. Add. in Theocr. 396.

A Abresch. Lectt. Aristæn. 217. Bergler. ad Alciphr. 170. ad Herod. 418. ad Phalar. 206. ad Lucian. 1, 481. ad Diod. S. 1, 267. Φ. ψυχὴν, Wakef. S. Cr. 4, 39.: τύμπανον, Jacobs. Anth. 8, 126. Φύσας, in Herodoto, ad p. 418. Koen. ad Greg. Cor. 272. ad Charit. ll. cc. Φυσᾶσθαι ἐπί τινι, Wyttenb. Select. 333. Φυσσάω, Villois. ad Long. 130. Brunck. Aristoph. 2, 85. bis." Schæf. Mss. Aristoph. Ὄρν. 859. Παῦσαι σὺ φυσῶν. Eur. Iph. A. 387. τί δεινὰ φυσᾷς, αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων; Φυσᾷν δίκτυον, Bekk. Anecd. 69. Vide Valck. Schol. in N. T. 2, 163-6.]

Φυσήφρων, [s. Φυσίφρων,] ονος, ὁ, ἡ, Inflatus mente, Cui mens tumet superbia, s. animus. Hes. φυσήφρονες, πεφυσημένοι τὰς φρένας, μάταιοι. Sed quid si dicamus φυσήφρονα vocari τὸν φυσῶντα τὴν φρένα, s. τὰς φρένας, eo modo quo φυσᾷν τὰς γνάθους dicitur? Φυσίγναθος, vide supra. ["Ad Charit. 770." Schæf. Mss. Batrach. 17. "Anonymus Augustanus c. 47. Χαμαιλέων ἐστὶν ὁ λεγόμενος φυσίγνα-
B θος· ἔστι δὲ ἰσομεγέθης τῷ κροκοδείλῳ (τῷ χερσαίῳ), κυρτὸς καὶ εἰς ὀξὺ λεπτός." Schn. Lex.]

Φυσασμὸς, ὁ, vide in Φυσιασμός.

Φύσημα, τὸ, Inflatio, Inflatus, Flatus. Sicut φυσᾷν de tibiis dici, docui supra, sic φύσημα de iisd. usurpari testatur J. Poll. Τὸ δὲ πνεῦμα, καὶ φύσημα, καὶ αὔλημα. Et generaliter φύσημα, de Vento spirituque qui inflatu tibias ceteraque instrumenta ἐμπνευστικὰ permeat, sonitusque elicit, VV. LL. Quibus additur, φύσημα in bullante humore dici τὴν πνευματώδη καὶ ὀγκώδη ἐπανάστασιν, Bullam. Sic ebullientis sanguinis eruptionem, sanguinis φύσημα vocasse Eur. (Iph. A. 1114.) Inde factum esse ut φυσήματα dicantur in margaritarum conchis, bullarum modo inanes conceptus. Plin. 9, 35. Si vero et tonuerit, pavidas ac repente compressas, quæ vocant φυσήματα efficere, specie modo inani inflata, sine corpore: hos esse concharum abortus. [Cf. Orig. in Matth. 211. Huet.] Quin etiam Resinam pineam peculiariter φύσημα vo-
C cari testatur Gal. de Comp. Med. κατὰ Γένη, l. 7. Ἡ πιτυΐνη ῥητίνη· καλοῦσι δ' αὐτὴν ἰδίως φύσημα. Quod et Aët. secutus est l. 1. || Φύσημα, metaphorice, sicut et de φυσῶ dictum est, de insolescentibus et superbientibus, ut Lat. dicunt Spiritus, interdum vero et Flatus. Usus est hoc verbali φύσημα una cum ipso verbo Plato 2 Alcib. (§. 9.) Ἀνδρῶν πολιτικῶν, πολιτικὸν φύσημα φυσώντων. Apud Athen. Demeam quendam tibicinæ filium festive dicit Hyperides habere φύσημα μεῖζον τῆς μητρός: nam de tibiis dicitur φύσημα, sicut et φυσᾷν. Ejus verba sunt, (591.) Ἐπεστόμισε γὰρ αὐτὸν Ὑπερείδης, εἰπὼν, Οὐ σιωπήσῃ, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; elatiores esse illi spiritus innuens quam pro genere, utpote ignobili: ὅτι τε ἀγεννὴς ἦν, ἐξ αὐλητρίδος φὺς, καὶ δὴ καὶ μεγάλα ἐφύσα. In quibus Eustathii verbis, nam et ab eo illud dictum refertur, observa obiter μεγάλα φυσᾷν, sicut et supra in Φυσῶ, de eo cujus animus inflatus est, et turget. Possumus autem ibi φύσημα reddere non solum Spiritus, sed et Flatus, e Virg.,
D (quod etiam aptiorem ad tibias allusionem habebit,) ita enim ille Æn. 11. Det libertatem fandi, flatusque remittat. [Cf. Leopard. Emendd. 248.] De equo autem dictum φύσημα ap. Xen. (Ἱππ. 11, 12.) sicut φρύαγμα, ad ferociæ appellationem magis pertinet. Ceterum et nomini φῦσα metaphoricum usum tribui ab Eust. sciendum est. Ita enim ille in Il. Σ. (p. 1205, 20.) Ἰστέον δὲ ὡς ἡ χαλκευτικὴ φῦσα τραπεῖσα μεταφορικῶς τὴν ἀλαζονείαν αὐτῇ ὁμωνυμεῖσθαι πεποίηκε, διὰ τὴν ἀνεμώλιον κενορρημοσύνην τῶν ἀλαζόνων, ὧν οἱ λόγοι τοῖς φυσήμασι, διὰ τὸ ἄνουν, ἐοίκασι. ["Abresch. Add. ad Aristæn. 140. Lectt. Aristæn. 217. ad Herod. 418. ad Phalar. 206." Schæf. Mss. "Arrogantia, Ælian. H. A. 399." Wakef. Mss. "Ventus, Inc. ap. Suid. v. Πρηστήρ." Schleusn. Mss. * Φυσημάτιον, Gl. Bullula.]

Φύσησις, ἡ, Sufflatio, aut etiam simpliciter Flatio, si ipsam flandi actionem ita vocare liceat. Theophr. de carbonibus loquens, H. Pl. 5, 10. Εἰς τὴν φύσησιν ἀμείνους, ὡς ἧσσον καταμαραινόμενοι, Ad sufflationem

commodiores sunt, Commodius sufflantur. [Gl. Inflatio.]

Φυσητὴρ, ῆρος, ὁ, Flabellum, ῥιπὶς, Schol. Aristoph. Item Follis, ut quidam interpr. Sed ap. Diosc. 5, (85.) exponi Follis narem fistulamque, testantur VV. LL. Item reddi Sufflatorium, ap. LXX. Hierem. 6, [29. Job. 32, 19. Gl. Fistula. "Hoc sensu Herod. 4, 2. memorat φυσητῆρας ὀστεΐνους, Fistulas osseas ad sufflandum idoneas, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, Tibiis simillimas: et ap. J. Poll. 10, 147. in fabri ærarii instrumentis φυσητὴρ refertur." Schw. Mss.] In Iisd. VV. LL. annotatur, φυσητῆρα esse Piscem quendam cetaceum, Æliano, et Strab. 3. qui dum inspirat, apparet procul inspectantibus columnæ in modum nebulosa quædam facies. Plin. 9, 4. Maximum animal in Indico mari Pristis et Balæna est: in Gallico Oceano Physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans. Vide et Hesych., ap. quem legitur Φυσσητὴρ, cum gemino σ. Apud Athen. (316.) sic vocatur et Meatus polypodis, quo ova sua parit. ["Vide notata ad Athen. l. c., ubi etiam apponitur Aristotelis testimonium." Schw. Mss. "Toup. Opusc. 2, 187." Schæf. Mss. "Opp. Ἁ. 4, 463. Nonn. D. 1, 442. Ælian. H. A. 247." Wakef. Mss. * Φυσητήριος, unde] Φυσητήριον, τὸ, Instrumentum aptum ad inflandum, quod inflatur, ut quidem φυσητήριον dicitur esse αὐλὸς, Tibia. Ac certe ap. Hes. φυσαλίδες, (ita enim scribo, non φυσαλλίδες,) expositum est φυσητήρια, et αὐλοί. [Gl. Spiramentum. Dorice Φυσατήριον, Aristoph. Λ. 1242. * "Φυσήτωρ, Nonn. D. 30, 70." Wakef. Mss.]

[* Φυσητέος, Hippocr. 837. * Φυσητὴς, Gl. Inflator, Manetho 1, 79. ὑέλοιο. "Toup. Opusc. 2, 187." Schæf. Mss. * Φυσαταὶ, Gl. Sufflatores.] Φυσητικὸς, Ad inflandum aptus, Inflandi vim habens, ex Aristot. [Φυσσητικὸς, Diosc. 2, 75. * "Φυσητικῶς, Schol. Nicandri Θ. 371." Wakef. Mss. * "Φυσητὸς, Inscr. Chandleri P. 2. no. 4, 2. Boeckh. Staatshaush. 2, 308. Herodotus Oribasii p. 79. Matthæi, Εἰς ὑελὸν φυσητὴν ἐμβάλλοντες." Schn. Lex. * Ἀφύσητος, Hippocr. 814. * "Εὐφύσητος, Suid. v. Διεσκαριφησάμεθα." Schleusn. Mss.: Schol. Il. Σ. 471.]

Φῦσα, VEL Φύσσα, "s. Φύση," Follis. Il. Σ. (470.) Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσσων. Dixerat autem antea de Vulcano, βῆ δ' ἐπὶ φύσας· Τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε, κέλευσέ τε ἐργάζεσθαι. In eod. libro aliquanto ante, Φύσας μέν ῥ' ἀπάνευθε τίθει πυρὸς, ὅπλα τε πάντα Λάρνακ' ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, τοῖς ἐπονεῖτο. In q. l. annotat Eust., vetera exemplaria φύσας habere scriptum, unico σ, et consentaneam rationi hanc scripturam esse, quippe cum vox hæc derivata sit ex ADV. Φῦ, quod unicum est διγράμματον, Duabus literis constans: ex illo adv., inquam, quod sit ὀνοματοπεποιημένον. Idem alibi scribit φυσιόωντας esse ὀνοματοπεποιημένον, sicut φῦσαι, et φυσᾷν: eodemque modo quo et ista, producere primam syllabam. Quo e loco colligat quispiam fortasse Eust. censuisse φῦσα prius esse quam verbum φυσᾷν. Verum cum φυσᾷν natura dederit hominibus ante inventum illud instrumentum, quod φῦσα vocatur, non video quomodo hoc nomen prius illo verbo esse possit. Fateor alioqui φῦσα nullam verbalis formam habere; sed inveniuntur ab aliis itidem verbis, et quidem plurimis, deducta nomina, quæ nec ipsa ullam verbalis speciem præ se ferunt. Quod autem ad scripturam attinet, mihi quoque unico σ scribi magis placet, præsertim cum meum vetustissimum Homeri poëmatum exemplar, illis παλαιοῖς ἀντιγράφοις, quorum ab Eust. fit mentio, hac in scriptura assentiatur. Invenitur alioqui ut verbum φυσσᾷν in nonnullis Auctorum ll., et quædam ejus verbalia, ita et φύσσα, ut ap. Aristot. et Diosc. Legitur enim ap. hunc 2, 26. φύσσας, itidemque φύσσαν, cum σσ. Ubi observandum præterea quomodo Plin. hanc vocem interpretetur. Nam is 32, 3. de re eadem loquens, de qua et Diosc. ibi, sc. de castoris testibus, pro φύσσας habet Vesicas. Scio quidem et Folliculos ibi legi; sed postquam dixit, Præterea ne vesicas quidem esse, cum sint geminæ: quod nulli animalium, (sicut scribit Diosc. Ἀδύνατον γὰρ δύο φύσσας ἐζευγμένας ἐν ἑνὶ ὑμένι εὑρεῖν,) subjungit, In his folliculis inveniri liquorem, et asservari sale: de ipsis testibus loquens. Quibus subjungit, Itaque inter probationes falsi, esse folliculos geminos ex uno nexu dependentes, cum dicat Diosc. Τοὺς συνεζευγμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς. Ceterum quod attinet ad φῦσα pro Vesica, sciendum est Schol. Aristoph. κύστιν ap. eum exponere κοιλίαν, item φῦσαν: et addere, φῦσαν appellari ἀφ' οὗ πάσχειν πέφυκε, i. e. ab eo quod illi solet accidere. || Flatus. Aristot. de leone, Προΐεται δὲ καὶ φύσσαν δριμεῖαν σφόδρα, de ventris flatu: ubi observa duplici σ scribi itidem. Sic ex Alex. Aphr. Probl. Φῦσαν ἐκκρίνειν, Flatum ventris emittere. Usus est et Xen. K. Π. 1, (2, 16.) p. 5. meæ Ed. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστὶ Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. Affertur et φῦσαν ἐργάζεσθαι pro Inflare. Hesychio φῦσα est πνεῦμα, et ἀὴρ, et ἀσκός. || Φῦσα metaphorice de Insolentia dictum, sicut et φύσημα, vide ex Eust. supra, in illa ipsa voce Φύσημα. || Φῦσα inter Pisces Niliacos, (s. Niloticos, ut quidam) numeratur ap. Athen. (312.) Ab Hes. quoque traditur Φῦσα Piscis esse qui in Nilo nascitur. Ibid. et φαρέτραν significari hac voce scribit. || Φῦσαι, Foveæ quædam in Arimis, ignem evomentes, Eust. [Bullæ in aqua nascentes, πομφόλυγες, Lucian. 1, 678. "Ad Charit. 761. Jacobs. Anth. 6, 207. 9, 159. Kuster. Aristoph. 66. Palladas 18. Ruhnk. Ep. Cr. 33. Toup. ad Longin. 278. Act. Traj. 1, 237. Ilgen. ad Hymn. (2, 114.) p. 393. ad Hom. 5, 39." Schæf. Mss. "Fastus, Synes. 106." Wakef. Mss. Valck. Schol. in N. T. 2, 164. Follis, Herod. 1, 68. Piscis, Strabo 17. p. 823. Ælian. H. A. 12, 13. hodie * Φλασκόψαρον dictus.]

Φυσόβαθρον, τὸ, ab ea nominis φῦσα signif. qua dicitur de folle. Scribit enim Suidas, Φυσόβαθρον, τὸ τοῦ χαλκέως: sed nihil addens. Existimatur autem esse βάθρον cui superponuntur αἱ φῦσαι: aut cui insidentes ipsi χαλκεῖς follibus auras accipiunt redduntque, ut loquitur Virg. Ac fortasse magis hæc interpr. Suidæ verbis convenit. [* Φυσηλάται, Gl. Folles fabriles.]

Ἀκροφύσιον, τὸ, Follium pars summa s. extrema, quæ fornacis ori immittitur. Thuc. 4, (100.) Κεραίαν μεγάλην δίχα πρίσαντες ἐκοίλαναν ἅπασαν, καὶ ξυνήρμοσαν πάλιν ἀκριβῶς ὥσπερ αὐλόν· καὶ ἐπ' ἄκραν λέβητά τε ἤρτησαν ἁλύσεσι, καὶ ἀκροφύσιον ἀπὸ τῆς κεραίας σιδηροῦν ἐς αὐτὸ νεῦον καθεῖτο. Ibid. vide Schol., cujus verba leguntur et ap. Hes. Eust. autem scribit, Τὰ μέρη τῶν φυσῶν τὰ τοῖς χοάνοις ἐνιέμενα, vocari Ἀκροφύσια, ITEM Ἀκροστόμια, quibus, inquit, φυσῶσιν οἱ χαλκεῖς: [Ἀκροστόμιον, Summus oris margo, Dionys. H. de C. VV. 164. Ἀκροφύσιον, Dio Cass. 931.]

"Προφύσια, in metallis dicuntur τὰ σκέπης χάριν " τῶν ἐν ταῖς φύσαις αὐλῶν τιθέμενα, Præmunimina " quibus follium fistulæ teguntur, Hes."

"Ἄφυσος, SIVE Ἄφυσσος, Expers φυσῶν s. φυσ- " σῶν, i. e. Flatuum: item ὁ φύσας μὴ ἐργαζόμενος, " Nullos generans flatus, Non inflans: ut ἄφυσος " δίαιτα ap. Gal. τῶν Κατὰ Τόπους 1, 6. Victus qui " nullos generat flatus: cui opp. ἡ φυσώδης. Itidem " e Diosc. 2. ἀφυσώτερος affertur pro Minus inflans, " pro quo alibi scriptum reperitur ἀφυσσότερος. Gal. " rursum τὸ παντελῶς ἄφυσον dicit pro Natura fla- " tuum prorsus expers: opponens ei τὸ πνευματῶδες: " Comm. 3. in 3 Epidem. Πνευματωδέστερον εἶναι " δηλοῖ τὸ ἐναιώρημα· κατὰ γὰρ τὸ παντελῶς ἄφυσον, " εἰς τὸ κάτω τῶν ἀγγείων φέρεται τὰ ἐναιωρήματα. " Verum ἄφυσα dicuntur non solum Flatus expertia " et Flatus non generantia, sed etiam Quæ flatus ge- " neratos discutiunt propelluntque, s., ut Cels. lo- " quitur, Inflationes levantia: ut ἄλιμα non Ea so- " lum quæ famem non ingenerant, sed etiam quæ " tollunt, itidemque ἄδιψα, ἄκοπα et ἀφλέγμαντα. " Ea signif. σπέρματα ἄφυσα afferunt ex Aët. 10, " 21."

Inde est ETIAM Φυσώδης, ὁ, ἡ, [contr. e * Φυσοειδὴς, Schol. Nicandri Ἀ. 293.] Flatuosus, Flatu abundans s. plenus. Φυσώδη Bud. reddit Inflationes

moventia, e Celso: exponens etiam, τὰ ἐμποιοῦντα πνεύματα. Apud Gal. ad Gl. 2. πνεῦμα φυσῶδες differre docet ab eo quod αἰθερῶδες et λεπτὸν appellatur. Affertur autem ex illo ipso Scriptore φυσῶδες copulatum cum ἄπεπτον. Et quemadmodum ap. eum legitur πνεῦμα ἄπεπτον καὶ φυσῶδες, quod interpr. Spiritus crudus et inflationem pariens, sic ap. Plut. legimus hæc duo adjectiva conjuncta, Symp. 8, 10. Ἀλλὰ καὶ τὰ σιτία τὰ πρόσφατα καὶ τὴν ὀπώραν ἅπασαν ὁρῶμεν ἐντεταμένην καὶ οἰδῶσαν, (fortasse perperam pro οἰδοῦσαν,) ἄχρι ἂν ἀποπνεύσῃ τὸ φυσῶδες καὶ ἄπεπτον. Invenitur et νόσημα φυσῶδες, quod e Gaza redditur Morbus inflatione contractus. Φυσῶδες νόσημα, inquit Gorr., Flatuosus morbus, qui et Hypochondriacus dicitur: species est melancholiæ. Idem alibi, Melancholia quæ ex hypochondriis humore eo (melancholico) scatentibus oritur, hypochondriaca et flatuosa appellatur, quod ex iis, sed maxime sinistro, humor atque vapor cerebrum petant, quodque flatus plurimi in ventriculo, intestinis, abdomine, totoque etiam corpore moveantur. Ceterum quamvis φυσώδης a φῦσα derivem, non ignoro tamen posse quibusdam a verbo φυσῶ potius derivandum videri. [" Thom. M. 904." Schæf. Mss. " Φυσῶδες, de eo dicitur a Longino 28, 1. qui in magna re versatur, sed modum excedit. Morus ibi docet modum loquendi desumtum e Sophocleo dicto, Φυσοῦν φορβαίας ἄτερ, Sine capistro, h. e. Crasse et inscite inflare tibiam: vide Longin. 3, 2. et Cic. ad Att. 2, 16." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Φυσσώδης, Diosc. 2, 127. * Φυσαλέος, Nonn. D. 43. p. 1134.]

Item Φυσαλίς, ίδος, ἡ, Bulla in aqua nascens, πομφόλυξ. Lucian. (1, 516.) Ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω, ὑπὸ κρουνῷ τινὶ καταῤῥάττοντι ἀνισταμένας; τὰς φυσαλίδας [φυσαλλίδας] λέγω, ἀφ' ὧν συναγείρεται ὁ ἀφρός. Hes. et Suidæ φυσαλίδες sunt αὐλοί: sed ille exp. etiam φυσητήρια. || Vesicaria, quæ et ἁλικάκαβος, Frutex est Dioscoridi, ap. quem Marcellus annotat sibi videri ita vocatam potius ἐκ τῶν φυσῶν, i. e. a vesicis, et folliculis, quos habet orbiculatos, vesicis non dissimiles, quam quod prosit vesicæ, licet Plin. id testetur. [" Φυσαλίς, * Φυσαλλίς, * Φυσσαλίς, ad Lucian. 1, 678. Brunck. Aristoph. 1, 75. (Λ. 1245.) Kuster. 240." Schæf. Mss.]

At vero Φύσαλος, ὁ, est Bufo. Lucian. (3, 40.) Ἧκον οὖν ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν ὄφεις πολλοί, καὶ ἀσπίδες καὶ ἔχιδναι καὶ κεράσται, καὶ ἀκοντίαι, φρῦνοί τε καὶ φύσαλοι: [236. φύσαλλοι.] Traditur φύσαλος esse Illud venenatum ranarum genus, quod se mirum in modum inflat, turgescitque ita ut sæpe crepet. Quidam interpretati sunt Rubetam, cum tamen a bufone distingui debeat. Φύσαλοι, Cete, inquit Eust. Vide Φυσητήρ. [Ælian. H. A. 3, 18. 17, 12. Opp. 'A. 1, 368.] Apud Suid. legitur non Φύσαλος, sed Φύσαμος, quod esse dicit εἶδος κήτους θαλασσίου. Quodque magis miror, eandem scripturam vetus quoque exemplar habet.

[* Φυσάριον, τό, dimin. a φῦσα, Antyllus Oribasii p. 323. Matth.]

B ναμιν. E Xen. (K. Π. 1, 6, 19.) Ἀφυὴς πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν. Apud Suid. cum infin. non habente tale quid præfixum, (postquam exposuit ἀμαθὴς et ἄπειρος,) Ὁ δὲ οὐκ ἦν ἀφυὴς συνιδεῖν πραγμάτων στρατηγίας. Ponitur alioqui ἀφυὴς et sine ulla adjectione. Sic etiam ἀφυέστερος ap. Aristot. Eth. 10, 9. Ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι. Sed in ejusmodi ll. interpretandis nos ipsi aliquid adjicere possumus, habita ratione eorum de quibus agitur. Sic certe hic ἀφυεστέροις quidam interpr. Ad virtutem et officium ineptis sua natura. Redeo ad Suidam, qui loco illius Auctoris, quem non nominat, subjungit hunc Polybii, Οὗ καιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς: ubi observandus est alius hujus adjectivi usus, et quidem metaphoricus. Videtur enim καιρὸς ἀφυέστερος appellari, Tempus minus aptum et opportunum, quantum quidem e paucis hisce verbis conjici potest. Ceterum hoc præterea sciendum est, Grammaticos quosdam loquentes de α, quod in compositione κακὸν significat, inter alia

C hoc nomen ἀφυὴς in exemplum proponere, tanquam significans interdum κακοφυής: de quo comp. dicam infra. Eust. autem putat ἀφυὴς posse sonare etiam i. q. μικροφυής: et inde dici ἀφύην, utpote σμικροπρεπεστάτην ἐν ἰχθύσι. [" Ἀφυής, Ad procreandum ineptus, Philes p. 154. Ineptus, Stultus, Mich. Apost. Prov. 2, 82." Schleusner. Mss. " Ad Charit. 211. Alberti Peric. Cr. 67. Valck. Anim. ad Ammon. 88. Ruhnk. ad Xen. Mem. 232. Koen. ad Greg. Cor. 155 (=336.) Thom. M. 904. Jacobs. Anth. 10, 45. Conf. c. εὐφ., Porson. Hec. p. 82. Ed. 2." Schæf. Mss. Soph. Phil. 1014. ἀφυῆ τ' ὄντα, κοὐ θέλονθ', Schol. ἄκακον ἀπὸ φύσεως. Dionys. H. 9, 27. Κτίσμα ἀφυὲς καὶ βαρύ: Schneidero susp.] Ex hoc adj. fit ADV. Ἀφυῶς. Estque ἀφυῶς ἔχειν πρός τι, s. διακεῖσθαι, i. q. ἀφυῆ εἶναι πρός τι, Natura inhabili ad aliquid præditum esse, etc. sequendo interprr. quæ supra nomini ἀφυὴς datæ fuerunt. Sed generalius etiam usurpatur; atque adeo in VV. LL. affertur e Plut. Camillo, Ἀ. κεκραμένη χώρα,

D pro Male temperata regio. Et e Polyb. (1, 88, 11.) Ἀ. διακείμενος pro Male instructus. [" Ἀ. ἔχειν πρός τι, Non natum esse alicui rei, Philo J. P. 2. p. 430. Pf." Schleusner. Mss. " Lucillius 82." Schæf. Mss.] Item SUBST. Ἀφυΐα, ἡ, q. d. Inhabilitas naturæ ad rem quampiam, Natura ad aliquid inhabilis s. inepta. In VV. LL. Ingenium hebes, Degener animus, ex Epict. A Suida exp. ἡ πρὸς τὰ προκείμενα μαθήματα σκληρότης: quæ exp. nimis angustis finibus continetur, præterquam quod σκληρότης non satis convenit. [" Pravum ingenium, Mala indoles, Philo J. P. 2. p. 356. Pf., ubi opp. εὐφυΐα." Schleusner. Mss. " Wyttenb. ad Plut. 1, 248. Thom. M. 904." Schæf. Mss. Strabo 14. p. 977.]

Alterum illud COMP. Εὐφυὴς omnino contrarium significat. Est enim εὐφυής, Qui natura habilis est ad aliquid, s. aptus, Qui hoc a natura habet ut sit ad hanc vel illam rem habilis. Et q. d. Bene natus ad rem aliquam: quo nos modo dicimus, Un homme bien né, sed absque adjectione. Latini certe potius Natus ad aliquam rem dicunt, quam Bene natus:

respondetque particip. Natus participio πεφυκώς. In VV. LL. redditur, Industrius, Ingeniosus, Facilis, Commodus, Natura valens. Item, Qui amœno acrique ingenio est, e Gellio. Ibid. Εὐφυὴς πρὸς ἀρετὴν, e Plut. Solone, Bene a natura institutus ad virtutem. Sed ex iis, quæ tum in ἀφυὴς dixi, tum hic dicturus sum, delectum harum interpretationum habere facile quivis poterit. Apud Aristot. Eth. 3, 5. εὐφυὴς quidam interpr., Bene a natura informatus, factus beneque compositus natura. Vide totum illum Aristot. locum, quod ibi sit etiam ἔφυ, et καλῶς πεφυκέναι. Quod vero ad illam Gellii interpr. attinet, i. e. quæ tanquam e Gellio affertur, videtur certe Vir amœno acrique ingenio, minus late patere quam εὐφυής. Quod si quis εὐφυὴς, sed infinitivo junctum, habere desiderat Latine ab illo ipso redditum, sciat eum hæc Æschinis verba, (25.)"Ανδρα λέγειν μὲν οὐκ εὐφυᾶ, τὰ δὲ κατὰ πόλεμον λαμπρὸν, καὶ πρὸς δικαιοσύνην καὶ ἐγκράτειαν διαφέροντα, Lat. hisce exprimere voluisse, Virum fortitudine atque justitia præter alios præstantem, sed inopi lingua et infacundum. Invenitur et accusativo junctum, subaudita sc. præp. κατὰ, ut ap. Isocr. Εὐφυέστατος ὢν τὴν γνώμην. Idem alioqui sine adjectione usus est, cum alibi, tum in Or. adversus Sophistas, Αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις. Qui locus, quantum ad illa verba attinet, quibus dicendi facultatem ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνεσθαι ait, cum illo Æschinis magnam, quod ad hujus vocabuli usum, affinitatem habet. Plato de Rep. 2. cum dixisset εὐφυεῖς, subjunxit, καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτάμενοι, συλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν. Apud Plut. legitur εὐφυὴς νέος, ubi voci εὐφυὴς illam Gallicam interpr., cujus supra memini, aptissime dare possimus. Ita enim vulgo dicimus, Un jeune homme bien né. Plut. locus est hic, (6, 303.) Ἀλλὰ καὶ προσαγορευθεὶς ὑφ' ἑτέρου ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ φράσειεν ἂν εὐφυὴς νέος, ὥστ' εἰπεῖν, μειδιάσας καὶ ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος. Ubi quod scribit ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος, optime convenit ei de quo dicimus, C'est un jeune homme bien né. Dicimus quidem præterea Qui est de bonne nature, sive de juvene, s. de viro loquamur; sed, ne quis fallatur, convenit quidem melius illud loquendi genus cum Græco verbo εὐφυὴς, quatenus ei per omnia respondet, et nomen nomine exprimit: sonat enim εὐφυὴς q. d. εὖ φυῆς ἔχων, i. e. εὖ ἔχων τῆς φύσεως: verum aliud significat nobis Un homme de bonne nature. Potiusque cum εὐφυὴς significatione conveniret quod dicimus Un homme d'un bon naturel. Latine quidem certe εὐφυὴς νέος apte redditum iri existimo, Juvenis bonæ indolis, Bona indole præditus juvenis, ut legimus ap. Cic. Adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur. Sed venio ad quendam magis peculiarem hujus vocis εὐφυὴς usum, cujus meminit Hes. Ei enim εὐφυὴς inter alia, est ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων. In qua expositione meminisse oportet illius Æschinis loci, quem a Gellio redditum esse docui, nec non loci Isocr. in quo dicit τὰς δυνάμεις τῶν λόγων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνεσθαι. Est tamen minus generalis hæc, quæ ab Hes. affertur, vocabuli εὐφυὴς signif. Quam ne quis in dubium revocet, sciat ipsiusmet Isocr. testimonio comprobari, et quidem diserte sui sæculi homines ita illo usos esse dicentis. Extat autem in Areop. locus is, quo illud testatur, Καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ καὶ σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον: cum antea dixisset, σεμνύνεσθαι δὲ ἐμελέτων καὶ οὐ βωμολοχεύεσθαι. Eust. quoque signif. hujus meminit, sed tanquam in dubio relinquens. Postquam enim dixit Homeri Posteros εὐφυῆ appellasse eum etiam, qui est κατὰ νοῦν δεξιὸς, (cui similes expp. ex Eod. referam infra,) subjungit, Atticos autem εὐφυῆ vocasse τὸν σκωπτικόν: sed addit κατά τινας. Equidem vel ille Isocr. locus hac de signif. dubitare nos minime sinit. Recte igitur Hes. expositionem illam nominis εὐφυὴς affert; sed viderint alii an probandæ sint itidem quatuor istæ, quas addit, μέτριος et σπουδαῖος, et ὡραῖος, et ἐπιεικής. Mihi quidem certe, sicut et aliæ quamplurimæ ejusd. Lexicographi, suspectæ sunt. Ac vereor profecto ne quæ ap. eum leguntur, non unius sed diversorum sint, qui non æque judicio valuerint. Nam fateor quidem multas ap. Hes. expp. inveniri: quæ cum vix fide dignæ videantur, interdum tamen contingit ut in quosdam Auctorum, et præsertim Poëtarum, locos postea incidamus, quibus aptissimas esse illas comperimus: et quoniam tam magnus scriptorum numerus periit, e quorum etiam lectione petitæ erant, quæ ap. eum extant expp., ideo non temere vel eas, quæ παράδοξοι nobis esse possint, rejici debere: et hoc est profecto quod ap. me considerans, multas ex illo petitas expp. affero, quas alioqui silentio præterirem. Verum ut illud fateor, ita vicissim dissimulare nolo, fieri nullo modo posse ut pleraque vocabula tot tamque varias quæ ap. eum leguntur expositiones admittant. Alioqui certe quamplurima Græca vocabula, nullis certis finibus circumscriptas signiff. haberent. Quæ tamen non tam propter quatuor illas expp., quam propter infinitas alias vocibus aliis datas, a me dicuntur. Et ne longe abeam, subst. εὐφυΐα, ex hoc εὐφυὴς factum, ab illo exp. non solum ὀξύτης, sed etiam γνῶσις. Atque hæc obiter a me dicta sint, quorum te subinde in legendis hujus Lexicographi expp. recordari velim. Unum addo, quod vel solum satis meam illam de isto Lexico sententiam comprobare videtur: sc. nullum in expp. ordinem servari, sed contra iis, quæ inter se aut magnam aut aliquam saltem affinitatem habent, alias plane ab illis alienas interseri. Hoc enim meo quidem judicio, vel unum, satis comprobare potest quod dixi, sc. quæ ap. eum leguntur, non unius, sed diversorum esse, qui judicio non perinde valuerint. Ut autem ad quatuor illas expp. redeam, eodem certe pertinent tres illæ, μέτριος, σπουδαῖος, ἐπιεικής: quæ si veraces sunt, εὐφυὴς talem signif. habens conveniet cum eo quod dicimus, Un homme de bonne nature. Hoc enim aliud esse quam Un homme bien né, admonui et paulo antea. Sed ab eo interjicitur una vox ab illarum trium significatione prorsus aliena, (ut jam exemplo probem, quod modo de perturbato expositionum ordine dixi,) sc. ὡραῖος: quæ cum diversa significet, (sicut sc. ὥρα unde derivatur, non unam signif. habet,) pro Formoso ab eo accipi credibile est, vel potius credendum est. Nam Eust. itidem, postquam dixit φυὴν esse interdum δεξιότητα σωματικὴν et εἰς ταυτὸν ἥκειν τῷ κάλλει, eamque εἶδος etiam dici, subjungit, hinc πρόσωπον εὐφυὲς vocari, sicut et μηροὺς εὐφυεῖς. Idem tamen alibi, sc. in Il. Δ. (147.) Τοῖοί τοι, Μενέλαε, μιάνθην αἵματι μηροὶ Εὐφυέες, κνῆμαί τε, ἰδὲ σφυρὰ κάλ' ὑπένερθε, illud εὐφυέες exp. οἱ εὖ πεφυκότες, καὶ τῷ ὅλῳ σύμμετροι. Illud autem εὐφυὲς πρόσωπον ab Eur. (Med. 1198.) dictum esse ait respiciente ad hos εὐφυεῖς μηρούς. At vero ap. Homeri Posteros, illis qui vocantur εὐφυεῖς, laudem ad animum pertinentem tribui: siquidem εὐφυεῖς dici tanquam εὖ πεφυκότας εἰς τὸ μαθεῖν. Atque ut hic εὐφυεῖς esse dicit, (etenim ne hæc quidem, quamvis ad eam signif. cui primum locum dedi pertinentia, præterire libet,) τοὺς εὖ πεφυκότας εἰς τὸ μαθεῖν, ita εὐφυΐαν alibi esse tradit Homeri Posteris τὴν εἰς μάθησιν δεξιότητα. Sed magis placet tum quod ex eo attuli supra, εὐφυῆ esse τὸν δεξιὸν κατὰ νοῦν, tum quod ap. eum in eadem pagina aliquanto ante illa verba legitur: sc. εὐφυὲς esse τὸ δεξιὸν τοῦ ἤθους καὶ ἐπαγωγόν: quibus addit, pulcritudinem, quæ illud εὐφυὲς non habet, esse dictam ab antiquis δέλεαρ ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον. Convenit alioqui cum illa priore expositione hæc quoque, quam alibi affert, cum loquens περὶ τῆς φυῆς quæ est κατὰ νοῦν, addit esse inde εὐφυὴς, quo significatur ὁ εὖ ἔχων τοιαύτης φυῆς εἰς τὸ εἰδέναι. De his autem expp., tum ex iis quæ et ipse supra de signif. illius nominis εὐφυὴς dixi, tum ex iis quæ attuli exemplis, judicium ferri poterit: simulque judicari de interprr. quæ illi dantur in VV. LL. quas supra attuli. Ubi etiam annotatur, pro Industrio usurpari a Xen. de cane et equo. Equidem de homine dictum εὐφυὴς

si Græce exponatur ὁ δεξιὸς κατὰ νοῦν, sequendo unam ex illis expp. Eustathii, Latine reddendum censeam, Naturali ad omnia ingenii dexteritate præditus: de qua interpretatione dicam et in Εὐφυΐα. Memineris autem, lector, in nomine Ἀφυὴς, interprr., quæ huic contrario Εὐφυὴς tribuuntur, imitari. Venio ad alium usum quem εὐφυὴς ap. Hom. habet, et quidem in quo, si Eustathio credimus, maxime proprie dicitur. Is extat Il. Φ. (243.) ὁ δὲ πτελέην ἕλε χερσὶν Εὐφυέα, μεγάλην. Ubi εὐφυέα Bud. interpr. Virescentem, item Copiose succrescentem. Quarum interprr. posteriorem alteri præfero. Possumus autem reddere eodem sensu, Bene crescentem: ut vicissim Male crevisse dicuntur vesca farra ab Ovid. Quidam interpr. etiam Ubertim crescentem. Auctor brevium Scholl. εὐφυέα exp. μεγάλην, quod valde miror, cum ipse Poëta hoc adjectivum μεγάλην illi subjungat. Porro quod Eust. scribit, εὐφυέα hic maxime proprie usurpari, in eo non dubito quin ad verbum φύω potius quam ad nomen φυὴ respexerit: ad quod tamen propter præcedentes signiff. respiciendum mihi fuit. Sunt alioqui quædam ejusd. terminationis compp., quæ itidem a verbo potius signif. suam accipiunt. [" Wessel. Obs. 55, ad Diod. S. 1, 87. 229. ad Lucian. 1, 515. 2, 308. Ammon. 61. Valck. Anim. 87. ad Charit. 22. 211. 273. Ruhnk. ad Xen. Mem. 231. Valck. 246. ad Herod. 188. Koen. ad Greg. Cor. 155(=336.) Ind. ad Xen. Mem., Thom. M. 390. 395. 801. 904. Jacobs. Anth. 10, 45. 152. Valck. Opusc. 1, 250. Facetus, Wyttenb. ad Plut. Mor. 1, 342. Ox., Ruhnk. Orat. Gr. 72. Conf. c. εὐφὴς, Schleusn. ad Phot. c. 54. Cum inf., Diod. S. 2, 441." Schæf. Mss. Opp. 'A. 1, 603. Athen. 260. Εὐφυᾶ, Greg. Cor. 163. 646. Schæf. " Εὐφυὴς, Facetus. Hanc signif. probavit Ruhnk. Hist. Orat. 151. Apud Suid. in Δημάδης jungitur πανοῦργος καὶ εὐφυὴς ex emendatione Ruhnk. pro vulg. εὐτυχής. Sic et Cic. Demadem oratorem Facetum appellat Orat. 26., cf. J. Poll. 7, 104. Alibi verbum notat Eum qui mentis et ingenii sui virtutes naturæ debet, quatenus oppositus est is qui labore et industria partas illas facultates auxit: v. Plut. Demosthene 8. Unde et εὐφυεῖς dicuntur, Homines faceti, venusti, ex ingenii quodam nativo acumine, Plut. l. c. cap. 25." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] Εὐφυῶς, Cum naturali quadam ingenii dexteritate. In VV. LL. Ingeniose, Scite, Acute: quæ interprr. hujus adverbii significationem cum aliorum multorum significationibus confundunt. Possumus certe, utendo periphrasi sumta ex iis quæ de Εὐφυὴς dicta fuerunt, reddere Εὐφυῶς cum aliis modis, tum hoc, Ut decet eum qui bona indole præditus est, vel, Ut consentaneum est ei qui, etc. Εὐφυῶς sequitur interdum et illam nominis εὐφυὴς signif., qua de arboribus usurpari docui: unde εὐφυέστερον φύει Bud. affert pro Copiosius crescit. [Jambl. V. P. 54. "Toup. Opusc. 1, 349. Ingeniose, ad Lucian. 1, 402." Schæf. Mss. * " Εὐφυεστάτως, Tzetz. Chil. 8, 119." Elberling. Mss.] Εὐφυΐα, Naturalis ingenii ad omnia dexteritas, Bona indoles. Liv. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas. Qua periphrasi Liv. vocis εὐφυΐα signif. exprimere voluisse, facile crediderim. Ideoque Εὐφυὴς dixi mihi videri posse reddi itidem, Naturali ad omnia ingenii dexteritate præditus. Brevius quidem certe, sed non satis Latine fortasse diceretur, Qui natura, s. a natura, dextro ad omnia est ingenio. [Jambl. Protr. 173. V. P. 88. "Apollod. 282. Valck. Anim. 88. ad Xen. Mem. 246. ad Diod. S. 1, 87. 321. Toup. Emendd. 1, 201. Wyttenb. ad Plut. 1, 248. Thom. M. 395. 904. Boiss. Philostr. 290." Schæf. Mss. Εὐφυΐα, * Εὐφύεια, Lobeck. Phryn. 493. * Πανευφυὴς, unde superl. " Πανευφυέστατος, Tzetz. Ch. 4, 454." Elberling. Mss. * " Πανευφυῶς, Eumath. 46. Is. Porphyrog. in Allatii Exc. 260-1. Cocchii Chirurg. Vett. 40." Boiss. Mss.]

Cetera compp. minus usitata, sunt ista, Διφυὴς, Δυσφυὴς, Κακοφυὴς, Εὐρυφυὴς, Ἰσοφυὴς, (unde bicomp. Ἀνισοφυὴς,) Λεπτοφυὴς, Μονοφυὴς, Ὁλοφυὴς, Ὁμοφυὴς, Ὀρθοφυὴς, Παλιμφυὴς, Πετροφυὴς, Πολυφυὴς, Τριταιοφυὴς, Τριφυὴς, et, quod reliquis multo est usitatius, Ὑπερφυής. De quibus hic dicam, omissis iis duntaxat, de quibus jam suo loco dictum fuit. [* "Ἀρτιφυὴς, Planud. Ovid. Met. 15, 562." Boiss. Mss.]

Διφυὴς, vide infra cum Τριφυὴς. Ibid. habes etiam Μονοφυὴς et Πολυφυής.

Δυσφυὴς, Difficile nascens, enascens, proveniens. Theophr. H. Pl. 7, (1, 3.) Κορίανον δὲ δυσφυές· οὐ γὰρ ἐθέλει βλαστάνειν τὸ νέον, ἐὰν μὴ ἐλιχθῇ, [al. βρεχθῇ:] Ægre enascitur, Bud. qui ex Eod. (l. c.) affert, Δυσφυέστατον δὲ πάντων τὸ σέλινον. Δυσφυΐα, Nascendi difficultas, opp. τῇ ταχυβλαστίᾳ ap. Theophr. (C. Pl. 4, 8, 2.) ut Idem testatur. Animadverte autem, hoc comp., sicut et pleraque ex iis quæ sequuntur, imitari signif. illam quam ἀφυὴς ap. Hom. habere docui, itidemque accipi debere tanquam ex ipso verbo φύω, non e φυὴ derivatum.

Κακοφυὴς, Male nascens, proveniens, VV. LL. Secundum quam exp., sonabit κακῶς φύων, et ita cum proxime præcedente composito et cum sequentibus conveniet. Sed ego non dubito quin interdum κακοφυὴς sit ὁ κακὴν φυὴν ἔχων, s. κακῶς τῆς φυῆς ἔχων, [Plato de Rep. 3. p. 410.] Ita certe intellexerunt qui ἀφυὴς interdum sonare κακοφυὴς tradidere: nimirum, Qui prava est natura, pravo est ingenio, Pravo ingenio præditus, aut etiam, Qui est mala indole, ut quidem in iisd. Lexx. SUBST. Κακοφυΐα redditur Mala indoles. Dixit certe Liv. Indolem virtutum et vitiorum. Quod alioqui interpretari etiam queas Natura prava, Ingenium pravum. Pro quibus habetur illic, Ingenii et naturæ corruptio. [* " Κακοφυῶς, Theod. Rhaïtens. de Incarn. 233." Boiss. Mss.]

" Ἑτεροφυὲς, exp. et Diversæ naturæ, et Alibi " enatum." [" Diversæ naturæ, Carisii Lectt. Antiq. 1. p. 14. Philopon. de Cr. M. 1, 15. i. q. κεχωρισμένος τῆς οὐσίας, cum quo jungitur. * Ἑτεροφυῶς, (Greg. Nyss. ap.) Wolf. Anecd. Gr. 2, 304. (3, 9.)" Schleusner. Mss.]

Εὐρυφυὴς, Late crescens. In VV. LL. Late serpens. Apud Hom. legitur εὐρυφυὲς κρῖ, Od. Δ. (604.) ubi Didymus, aut quicunque est brevium Scholl. Auctor exp., ἐπὶ πλάτος καὶ ἐπιπολὺ φυόμενον.

[* " Ἡμιφυὴς, J. Poll. 6, 161. * Ἰδιοφυὴς, Fabr. B. Gr. 1, 145." Kall. Mss.]

Ἰσοφυὴς, Æqualis s. Paris naturæ. In VV. LL. Ejusd. essentiæ: e Nonno (Jo. 1.) ἰσοφυὴς γενετῆρος. Ex Eod. (175.) ἰσοφυὲς μίμημα, Compar s. Conforme exemplar, aut Æquale. Ἀνισοφυὴς, contrariam signif. illi ἰσοφυὴς habet: illic tamen exp. simpliciter, Dissimilis: [Hesychio ἀνόμοιος, Cyrillus Alex. Dial. 1. de SS. Trin. 409.]

[* Καλλιφυὴς, Nonn. D. 15, 171. * Κοιλοφυὴς, Opp. 'A. 3, 683.]

Λεπτοφυὴς, in VV. LL. affertur e Nonno, pro Qui natura est tenui, Tenuis, Gracilis. Sed Natura tenuis non satis apte dici videtur; ac malim certe, Qui tenuis est s. gracilis natura, vel Qui natus est tenuis.

" Μακροφυὴς, Qui longus nascitur, Natura longus." " Μεγαλοφυὴς, Magnanimus, Magno animo præditus, " μεγαλόψυχος. Greg. Naz. Καισαρέων τῶν μεγα- " λοφυῶν καὶ θερμῶν τὴν εὐσέβειαν." [" Toup. ad Longin. 357." Schæf. Mss. Polyb. 12, 23, 5. * Μεγαλοφυῶς, Gl. Laute, "Amphil. 17. Clem. Alex. 882. Athan. 2, 271. Andr. Cr. 158." Kall. Mss. " Heyn. Hom. 5, 677." Schæf. Mss. Schol. Æsch. Pr. 88. Polyb. Proœm. ad Exc. Leg. " Μεγαλοφυΐα, " Magnanimitas, μεγαλοψυχία, Hes.:" [a quo tamen exp. μεγαλόνοια. Jambl. V. P. 222. " Schol. Jo. Climac. 27." Boiss. Mss. Phot. v. Μεγαλόνοια. * " Μικροφυὴς, Qui parva corporis statura est, Suid. v. Γυνὴ μεγάλη." Schleusn. Mss. * " Μικροφυΐα τοῦ λόγου, Exilitas orationis, Andr. Cr. 35." Kall. Mss.] Μονοφυὴς, vide cum Τριφυής.

Ὁλοφυὴς, in VV. LL. redditur e Gazæ auctoritate, Confusius exortus, Confusus. Item ὁλοφυῆ ap. Aristot. Michaël Ephesius exposuisse traditur περι-

φερῆ καὶ στρογγύλα, Orbiculata, Rotunda. Sed suspecta esse potest hæc scriptura ὀλοφυὴς, hac quidem in signif. [Aristot. de Part. Anim. 4, 12. Τὰ δὲ πρηνῆ τοῦ σώματος καὶ τὰ ὕπτια καὶ τὰ τοῦ καλουμένου θώρακος ἐπὶ τῶν τετραπόδων ὀλοφυὴς ὁ τόπος ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἐστίν. * Οὐλοφυὴς, Idem de Nat. Ausc. 3, 8. Empedocles Fr. 183.]

Ὁμοφυὴς, Qui ejusd. est naturæ; aut etiam, Simul natus, Congenitus. Pro quo tamen dicitur potius συμφυής. Apud Theodorit. H. E. homo est homini ὁμοφυὴς, Ἄνθρωπος γὰρ ὢν, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. Ibid. Ὁμοφυῶν ἄρχεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὲν δὴ καὶ ὁμοδούλων. [" Canisii Lectt. Antiq. 1, 14." Schleusner. Mss. Jambl. V. P. 232. Theophr. H. Pl. 3, 10, 3. Suicer. Thes. Eccles. Plato de Rep. 4. p. 439. 5. p. 458. Diod. S. 5. p. 210, 15.] E Greg. Naz. affertur et SUBST. Ὁμοφυΐα, pro Naturæ communitas, ubi de Patre et Filio loquitur, [ex * Ὁμοφυέω.]

Ὀρθοφυὴς, In rectitudinem crescens, s. In rectum. Exp. etiam Assurgens in rectum, nec non Crescens in altum, et Erectus, Procerus. Apud Theophr. (H. Pl. 3, 10, 1.) Ὀρθοφυὲς δένδρον redditur Arbor erecta, e Gaza. E quo Theophr. affertur et, (ibid. 3, 8, 4.) Ἡ μὲν γὰρ ἡμερὶς οὐκ ὀρθοφυής. Pro eod. alibi ἀστραβὴς usurpasse traditur: [C. Pl. 2, 9, 2.] Apud Eund. est et SUBST. Ὀρθοφυΐα, sonans itidem q. d. In rectitudinem crescentia, i. e., Ipsa actio crescendi in rectitudinem. Sed ponitur et simpliciter pro Rectitudine, aut etiam Proceritate. Plin. certe pro duobus his Theophrasti, ὀρθοφυΐᾳ et μήκει, usus est una Proceritatis appellatione. Hunc enim Theophr. l. (H. Pl. 3, 8, 5.) Ἡ δὲ πλατύφυλλος δεύτερον ὀρθοφυΐᾳ καὶ μήκει, πρὸς δὲ τὴν χρείαν τὴν οἰκοδομικὴν χείριστον, [μετὰ τὴν ἀλίφλοιον] φαῦλον δὲ καὶ ἐς τὸ [καίειν καὶ] ἀνθρακεύειν, καὶ θριπηδέστατον μετὰ ἐκείνην, ita expressit, Ab hoc (ægilope) proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis. Inde est et VERB. Ὀρθοφυεῖσθαι, quod sonat itidem In rectitudinem cresco, s. In rectum. Sed reddi etiam potest, In proceritatem cresco, s. In altitudinem, s. In altitudinem exeo: imitando eund. Plin., qui de palmis scribit, Religant comas, ut in altitudinem exeant, cum scripsisset Theophr. ὅπως ὀρθοφυῆται, [H. Pl. 2, 6, 4. ubi Schneid. ὀρθὸς φύηται edidit.]

Παλιμφυὴς, Iterum natus, Renatus. Exp. etiam Renascens, Redivivus. E Nonno (Jo. 96.) παλιμφυὲς ἔμπεδον ὕδωρ. [Lucian. 558. * " Παντοφυὴς, Omnivarius, Timon ap. Diog. L. 6, 18." Schleusner. Mss. Orph. H. 10, 10.] Πετροφυὴς, Petris adhærescens, vide post Πέτρος, T. 3, c. 257. Πολυφυὴς vide post Τριφυής. " Πρωτοφυὲς, Primo natum s. exortum, ex " Apoll. Rh. 3," [851. " Πρωτοφυὴς σελήνη, Suid. v. Ἀνάσταροι." Kall. Mss.]

Τριταιοφυὴς, ut τριταιοφυὴς πυρετὸς, vide post Τριταῖος.

Τριφυὴς eand. formam habet quam ET Διφυὴς, de quo dicendum est prius. Est igitur Διφυὴς, Duplicis aut Ancipitis naturæ: ut Cecrops dicitur fuisse διφυὴς, utpote superiore parte, vir; inferiore, femina. Vide Suid. in nomine Κέκροψ, ubi et alias hujus appellationis rationes affert. Vide item Diod. S. Itidem Centauri vocantur διφυεῖς, utpote semihomines et semiequi. Soph. Tr. (1097.) p. 370. meæ Ed. Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν Θηρῶν, ubi Actius διφυῆ στρατὸν vertit Bicorporem manum. Fuerunt certe Centauri a Virg. dicti itidem Bimembres, et a quibusdam Biformes; ab Ovid. autem, Semihomines: ut vicissim a Lucano, Semiferi, i. e. Semiequi: quo utitur Serv. Tribuitur porro hoc epith. διφυὴς et Tiresiæ, qui utrumque sexum expertus esse traditur. Generaliori autem interpretatione διφυὴς redditur etiam Geminus, Bipertitus, Bifidus. Afferturque διφυὲς et pro Bipertita compactione ap. Aristot. e Gazæ interpretatione. [" Schol. Aristoph. Πλ. 773. et Hemst., Heyn. ad Apollod. 451. 813. Hom. 6, 252. Jacobs. Anth. 6, 61. 7, 184. (* Διφυὸς, ibid.) 10, 104. Anim. 311. Posidipp. 13. Archelaus 2. Fischer. ad Palæph. p. 11. Valck. Phœn. p. 372. Voss Myth. Br. 1, 158. Toup. Emendd. 2, 547. ad Herod. 284. Cecrops διφυὴς dictus, Biformis, quia Ægyptiace et Græce sciret, G. F. Voss. Chronol. Sacræ Isagoge p. 42. (Hag. C. 1659. 4.) Wessel. ad Diod. S. 1, 33." Schæf. Mss. " Διφυὴς, i. e. δύο μὲν ἔχων σώματα, συμπεφυκότα δέ γε ἀλλήλοις, interpr. Eudocia p. 33.: etiam, teste Eod. 251. ὁ δύο φωνὰς ἠσκημένος." Schleusn. Mss.] Sic SUBST. Διφυΐα, quod alioqui sonat q. d. Duplicitas naturæ, s. Natura duplex aut anceps, redditur Bifida partitio a Gaza in hoc Aristot. loco, de Part. Anim. 3, (5.) de duabus venis primariis, Προϊοῦσαι γὰρ σχίζονται κατὰ τὴν διφυΐαν τῶν κώλων, Instar Bifidæ crurum partitionis. [" Proles anceps, nunc mas, nunc femina, Philes p. 190. Κύουσα καὶ σπείρουσα τὴν διφυΐαν." Schleusn. Mss.] Habent VV. LL. ET Δίφυον, quod interpr. Duæ partes, quod ab Hes. exponatur δίμοιρον. Sed ap. eum vox illa paulo aliter scripta est, [nempe * δίφυιον,] et notata tanquam mendo non carens. [* Διφυὸς s. Δίφυος, Antagoras ap. Diog. L. 4, 26. et Anal. 1, 260. σῶμα: sed scribi debet δίφυιον: v. Lobeck. ad Phryn. 494. * Διχοφυὴς, unde * Διχοφυΐα, Gal. Defin. Med. T. 2. p. 267.] Venio ad ILLUD Τριφυὴς, cujus exemplum, sicut et præcedentis Διφυὴς, vide in Μονοφυὴς paulo post. Possit certe hoc comp. significare Triplicem naturam habens, eod. modo quo διφυὴς sonat Cui duplex est natura. In VV. LL. tamen redditur duntaxat Trifidus, ut διφυὴς dictum est reddi etiam Bifidus. Potest certe exponi Triplex, sicut ETIAM Τριφυὸν Hes. est τριπλοῦν, i. e. Triplex, Triplicem, si sit accusativus masculini generis, a nominativo Τριφυός. [* Τρίφυος, * Τρίφυιος, Lobeck. Phryn. 494.] His addenda sunt illa duo Μονοφυὴς et Πολυφυής: quorum hoc POSTERIUS Πολυφυὴς habet ibid. talem interpr., qualem et τριφυής: nam ut hoc dixi reddi Trifidus, ita πολυφυὴς interpr. Multifidus. [Aristot. H. A. 1, 771.] At illud PRIUS Μονοφυὴς reddunt Unius naturæ, Simplex, Non geminus. Ibid. μονοφυὲς redditur Unigenitum. At μονοφυὲς et μονοστέλεχες δένδρον et φυτὸν μονόκαυλον a Theophr. dici annotant quod Plin. appellat Unistirpem, et Simplici caudice, et Unicaulem. A Bud. μονοφυὴς redditur Singularis, Non geminus, Unistirpis, afferente e Theophr. (H. Pl. 2, 6, 9.) Ἔστι δὲ φοῖνιξ * μονοστέλεχες καὶ μονοφυές· οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες διφυεῖς· καὶ τριφυεῖς. Nec non ex Aristot. Δοκεῖ δὲ τῶν σπλάγχνων τὰ μὲν εἶναι μονοφυῆ, καθάπερ καρδία καὶ πνεύμων· τὰ δὲ, διφυῆ, καθάπερ νεφροί. [Theophr. H. Pl. 3, 18, 5. 4, 2, 7. C. Pl. 1, 1, 3. et 4. " Μουνοφυέας ὀδόντας Herodotus 9, 83. dixit Dentes ex uno continuo osse concretos omnes." Schw. Mss.]

COMP. Ὑπερφυὴς, multo præcedentibus usitatius, uti dixi, sonat q. d. Supernaturalis, si tamen hoc adjectivum fingere mihi liceat pro eo, quod est Naturalem modum excedens, s. Naturæ modum. Sed redditur Mirum in modum s. Supra modum excellens, insignis, Valde admirandus, Mirificus. Aut etiam simpliciter, Excellens, Insignis, Eximius. Aristoph. Πλ. (734.) Ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος δύο δράκοντε, Mirifica quadam magnitudine, Mirum in modum magni, Magni supramodum, Incredibili quadam magnitudine, aut, Immensa magnitudine. Sic ὑπερφυὴς μεγέθει, Plut. Rom. Ibid. Ὑπερφυᾶ ῥώμῃ γενόμενον. Et sine hujusmodi adjectione, ut μισθὸς ὑπερφυὴς, Greg. Naz. Merces immensa. Item et quemadmodum dicitur θαυμαστὸς ὅσος, sic etiam ὑπερφυὴς ὅσος, ab Aristoph. Πλ. (750.) ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος. Idem δαιμονίως ὑπερφυᾶ dixit, (N. 76.) Μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Hes. ὑπερφυᾶ exp. ὑπὲρ φύσιν μέγαν, cum alioqui videatur pro hac signif. addendum τὸ μέγεθος, vel τῷ μεγέθει, ut in præcedentibus vides exemplis. Sic etiam ipsum μέγεθος dicitur ὑπερφυὲς, ubi ὑπερφυὲς apte reddi potest τὸ ὑπὲρ φυὴν, i. e. ὑπὲρ φύσιν, quasi Naturam humanam excedens, i. e. Modum s. Mensuram staturæ quam natura homini dare solet. Idem Hes. ὑπερφυὲς exp. ὑπερμέγεθες, item μεῖζον: sed post hoc μεῖζον non dubito quin verba quæpiam desiderentur: itidemque ap. Suid. post μείζων, ubi ὑπερφυὴς exp. μεγαλοφυὴς, et μείζων. Denique ὑπερφυὴς ab eo exp. etiam μεγαλοπρεπὴς, quæ exp. convenire potest huic adjectivo juncto nomini τιμὴ, aut alii hujusmodi, veluti ap. Plut. Cæ-

sare, Τιμάς τινας ὑπερφυεῖς ψηφισάμενοι: ubi tamen non simpliciter sonat μεγαλοπρεπεῖς, sed aliquid amplius. Ideoque τιμὰς ὑπερφυεῖς interpretandum censuerim, Honores humanum fastigium excedentes, vel Honores humano fastigio majores. || Ὑπερφυὲς redditur etiam Absurdum, Atrox. Verum si his verbis reddatur, (quod mihi non satis placet,) fuerit illis aliquid addendum, nec simpliciter dicendum Absurdum, s. Atrox; sed Mirum in modum absurdum, aut atrox. Affertur autem e Dem. pro illa signif., non indicato tamen loco. Sed ego hunc esse puto, qui extat in Or. κατὰ Μειδίου, debetque altius repeti ut magis hujus vocis ὑπερφυὲς signif. pateat: (543.) Δεῖ δὴ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὑμᾶς οὑτωσὶ σκέψασθαι, καὶ λογίσασθαι τί ποτ' ἐστὶν ὃ παθὼν Μειδίας οὕτως ὠμὸν, τηλικαύτην ἐπεβούλευσε λαβεῖν τῶν πεπραγμένων παρ' ἀνδρὸς πολίτου δίκην· κἂν μὲν ᾖ τι δεινὸν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυὲς, συγγνώμην ἔχειν. Huic certe loco minime interpr. illa convenit, meo judicio, qua ὑπερφυὲς redditur Absurdum, cum ei adjungatur δεινὸν, et præcedat eadem de re vocabulum ὠμόν. At vero Atrox cum respondeat voci δεινὸν, cur eo alteram illam vocem ὑπερφυὲς interpretandam putem? Dico itaque ὑπερφυὲς subjungi illi δεινὸν, ut declaretur facinus non solum atrox, sed tale ut vix in humanam cadere naturam possit. Vel, Facinus naturam aliquo humanitatis sensu præditam transcendens; brevius, Facinus omnem humanitatis sensum exuperans; Facinus quod ab eo proficiscitur cui nullus est humanitatis sensus. Atque ita, præsertim primam illam interpr. sequendo, maxime convenientem etymo suo signif. hic obtinebit vox ὑπερφυές. Gallice rem talem vocare solemus Une chose énorme: pro quo Enorme vulgus pronuntiat Inorme. At vero ap. Isocr. ὑπερφυὲς crediderim posse reddi sermone nostro, magis respondente interpretatione illius etymo, Une chose contre nature, in Trapez. (14.) Ἔπειτα καὶ τοῦθ' ὑπερφυὲς, εἰ πρὶν μὲν συγγράψαι τὸ γραμματεῖον, οὕτω σφόδρ' ἠπίστησα τοῖς πράγμασιν, ὥστε μὴ μόνον ἀφεῖναι Πασίωνα τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλὰ καὶ συνθήκας ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ τοιοῦτον ἔλεγχον κατ' ἐμαυτοῦ συνεγραψάμην, τηνικαῦτα ἐπεθύμησα εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν. Dicimus enim interdum, Cela seroit bien contre nature, de re quæ nullo modo rationi consentanea est, atque adeo sensui humano velut repugnat. Quod si voce Absurdum nobis utendum esset, non dubium est quin magis huic Isocratico quam illi Demosthenico loco conveniat. De quo hoc addam, posse fortassis δεινὸν καὶ ὑπερφυὲς resolvi in δεινὸν ὑπερφυῶς: talem enim duorum adjectivorum usum alibi observasse mihi videor. [" Vires naturæ humanæ superans, Suid. v. Βίος, ubi exp. per τῆς κοινῆς καὶ τῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα." Schleusner. Mss. " Ad Phalar. 283. Jacobs. Anth. 7, 51. Sosipat. 2. Lucian. 2, 331. Boiss. Philostr. 596. Verb. ad Anton. Lib. 56. Ruhnk. Ep. Cr. 71. ad Herod. 674." Schæf. Mss. Diog. L. 1, 100. " Ὑπερφυέστατος, Stultissimus, Aristid. 2, 332." Wakef. Mss. Demosth. 848. Πῶς οὐχ ὑπερφυές; Accus. ὑπερφυᾶ, ad Greg. Cor. 163.] Ὑπερφυῶς, q. d. Excedendo consuetum naturæ modum. Sed redditur simpliciter, Supra modum, Mirum in modum, Mirifice, etiam Eximie, Egregie, Supra quam dici possit. Herodian. 5, (8, 14.) Τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὑ. ἠσπάζοντό τε καὶ εὐφήμουν. Itidemque alibi eod. cum verbo εὐφημεῖν junxit. Alicubi dixit et ὑπερφυῶς σέβειν τινά: item ὑπερφυῶς ἐσπουδακέναι περί τι. Apud Plut. autem (Dione 7.) ὑ. θαυμάζειν τινὰ legitur. [" Contra naturæ leges, Suid. v. Διονύσιος, Eminenter; Wolf. Anecd. Gr. 1, 153.: Heliod. Carm. de Chrys. 145. 155." Schleusner. Mss. Plato Symp. 1, 9. p. 6. Wolf. " Amphil. 45. 185. Andr. Cr. 39. Clem. Alex. 206." Kall. Mss. " I. q. ὑψηλῶς, θαυμασίως, ἀξιωματικῶς, Splendide, Magnifice, Longin. 40." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.]

Φῦμα, τὸ, Quod enatum est, et quidem proprie, e terra. Sed generalius etiam accepit Greg. cum primævam parentem Evam πλευρᾶς φῦμα vocavit, i. e. Propaginem, quod e costa Adami facta fuerit. [" Φύματα, Greg. Naz. Carm. p. 19." Kall. Mss. Aretæus p. 71. ζωῆς.] || Φῦμα, Tumor omnis præter naturam, qui citra externam causam oritur, a similitudine eorum quæ e terra enascuntur atque erumpunt, [" Herod. 3, 133. Φῦμα ἐπὶ τοῦ μαστοῦ." Schw. Mss.] Tuberculum et Oriens tuberculum dixit Celsus, ut φύγεθλον, Orientem panum. VV. LL. Φύματα, inquit Marc. ap. Diosc., nihil aliud sunt quam ἀδένων παθήματα, Adenum affectiones, in quibus factæ inflammationes, φύματα, i. e. Pani, dicuntur. Idem addit se observasse crescentes quocunque loco et parte corporis, veluti tumidos abscessus, sic vocari: et a Græcis in hoc genere appellari etiam φύγεθλα, a Latinis Furunculos, magnitudinis tamen differentia. Celsus uno in loco dicit orientia tubercula vocari a Græcis φύματα. In alio scribit, At adversus panum tum primum orientem, quod φύγεθλον Græci vocant, et omne tuberculum quod φῦμα nominatur, miscetur ochra, etc. Idem in proxime præcedente malagmate dixerat, Ad parotidas, eaque tubercula quæ μελικηρίδες, i. e. Favi, vel φύματα nominantur. Hæc 5, 18. At c. 18. libri ejusd., Φῦμα vero, inquit, nominatur Tuberculum furunculo simile, sed rotundius et planius, sæpe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: φῦμα etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt, etc. Hæc ille. Sciendum est autem φῦμα redditum alicubi fuisse etiam Papulam, (quam interpr. minime probo,) nec non Verrucam et nævum a Gaza ap. Aristot. H. A. 7.; nam pro φύματα et οὐλὰς dicit Verrucas et nævos, et cicatrices. Idem φῦμα reddit etiam Abscessum ap. Eund.; qui illis tribuit τὸ προσπεφυκέναι, de Gener. Anim. 4. Ὅσα δὲ συμβαίνει τοιαῦτα ὥστε ἔχειν δύο αἰδοῖα, τὸ μὲν, ἄρρενος, τὸ δὲ, θήλεος, ἀεὶ τὸ μὲν, κύριον τῶν πλεοναζόντων γίνεται, τὸ δὲ, ἄκυρον· προσπέφυκε δὲ καθάπερ τὰ φύματα· καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει τροφὴν, καί περ ὄντα ὑστερογενῆ καὶ παρὰ φύσιν. Hic certe aliisque in ll. hujusmodi generalius accipi constat; at signif. magis peculiarem habet cum alibi, tum in hoc Luciani loco, (3, 222.) Φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους. Libet autem addere superioribus et ea quæ de hac voce Gorr. scribit, e Gal. atque Aëtio petita. Φῦμα, inquit, Tuberculi genus est, sic dictum ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, h. e. ab iis quæ sponte e terra nascuntur. Est autem ejus signif. duplex, sicut Paulus 4, 22. scribit. Una generalis, et communis, qua, ut multorum sententia est, omnes æque tumores ἀποστηματώδεις, qui præter naturam oborti sunt, in quacunque corporis parte, φύματα appellantur, quod Hippocr. scripserit, Quibus phymata in urinario meatu excitata sunt, abscessu suppurato ruptoque liberantur. Addit vero Gal. Comm. 1. in 6 τῶν Ἐπιδημ., sic vocari eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa aliqua externa proveniunt, maxime si extra corporis superficiem extuberent. Qua quidem signif. δοθιῆνες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, et id genus quamplurimi tumores, qui per se nullamque externam ob causam excitantur, in extimis corporis partibus φύματα vocantur, sive lati sint, nec multum alti, cujusmodi sunt φύγεθλα, sive etiam elatiores et paulo magis extuberantes. Altera vero specialis propriaque signif. est, secundum quam φῦμα dicitur Phlegmone, quæ in adenosa carne sponte oborta statim augetur, atque ad suppurationem cito pervenit. Quomodo neque δοθιῆνες phymata sunt, ut qui magis schirrhosi sint quam phlegmones natura ferat: neque etiam χοιράδες, tum eandem ob causam, tum quod non facile in pus vertuntur. Duri præterea hi tumores sunt, cum φῦμα mollius sit atque calidius, tanquam e sanguine genitum. Hæc ille. Ut autem eadem opera et de NOMINE Φύγεθλον, (cujus mentionem in præcedentibus aliquoties inseri vides,) quæ satis esse possint, dicantur, afferam et hæc ex Eod.: Φύγεθλον, Panus, s. Panis: utroque enim modo Latine dici potest, ut Herm. Barbarus annotavit. Dicitur a quibusdam et Panicula. Quid sit φύγεθλον, Celsus aperte explicavit 5, 25. Est tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula: idque

tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Ex quibus Celsi verbis apparet manifesto φύγεθλον esse Phlegmonen erysipelatodem, vel erysipelas phlegmonodes. Quod enim hic tumor multæ bilis sit particeps, ideo non alte assurgit, neque in profundum valde subit, sed erysipelatis modo latior est: occupat tamen et subjectæ carnis aliquid, quod aliqua ex parte phlegmone sit. Propter eandem bilem, etiam pustulæ quædam, ut et in herpete, excitantur, et dolor distentioque major est quam pro magnitudine tumoris: tarde etiam maturescit eandem ob causam, neque magnopere in pus convertitur. Addit vero et Gal. (ad Gl. 2, 1.) id tumoris genus præditum esse summo calore, et citissime generari, iisque duobus quosdam ipsum ab aliis phymatibus et tuberculis distinxisse. Fit maxime, ut scribit Celsus, in vertice, alis aut inguinibus, nec tamen in iis tantum, sed in omnibus etiam glandulosis partibus, ut Gal. auctor est. Figura illi pano similis est, quo textores utuntur, atque etiam pani. Quam figuram quamvis φύγεθλον habeat cum phymate communem, multis tamen nominibus ab eo differt; φῦμα enim verior phlegmone est, magisque exquisita, proindeque facilius in pus convertitur: præterea tanto minus doloris affert, minusque calidum, nisi dum suppurat, sentitur, quanto bilis flava sanguisque biliosus sincero sanguine plus doloris movet, calidiorque est. Differt autem φύγεθλον a Bubone auctore Gal. ut scribit Paulus 4, 22. quod bubo phlegmone sit: φύγεθλον vero, ut dictum est, sit φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, vel ἐρυσιπελατώδης φλεγμονὴ τοῦ ἀδένος. [" Φῦμα, ad Mœr. 11. Ammon. 142. ad Herod. 265." Schæf. Mss. " Marc. Sid. 83. (Φέρει φυμάτεσσιν ἀρωγήν.)" Wakef. Mss. Hippocr. Aphor. 81. Theophr. H. Pl. 9, 11, 1. Fr. 4, 61. 20, 48.]

Hinc Φυματώδης, [contr. e * Φυματοειδής,] et Φυματίας et Φυματοῦσθαι: quæ omnia derivata cum ap. Hippocr. extent, sunt tamen in VV. LL. prætermissa. Est autem Φυματώδης, Phymatis abundans, [Hippocr. 400.] Idemque significat et Φυματίας: sic tamen ut accipi etiam possit simpliciter pro Eo cui sunt phymata: [Idem p. 807.] At Φυματοῦσθαι dicitur aliqua pars corporis in qua φύματα nascuntur. Sed et persona ipsa φυματοῦσθαι dici potest cui illa nascuntur. [Hippocr. 1229. * Φυμάτιον, 648. * Φύημα, (quasi a * Φυέω,) Tuberculum, Idem 351=1200.]

Φύσις, ἡ, q. d. Enascentia, si hoc verbale a verbo Enascor fingere liceat. Alioqui reddendum est Ortus nomine nomen hoc φύσις, cum pro γένεσις ponitur, quam signif. habere ap. Empedoclem testatur Plut. Apud Hippocr. quidem certe φύσις et γένεσις pro eod. poni locis aliquot videmus. Afferturque itidem ex Aristot. Polit. φύσις γάλακτος pro Ortus lactis, s. Generatio lactis.

Φύσις, Natura: ut cum ab aliis, tum a Cic. variis in ll. redditur, quos tibi meum Ciceronianum Lex. exhibebit. In eorum certe uno φύσις redditur non solum Natura, sed etiam Vis; nam in Plat. Phædro φύσιν ψυχῆς vertit Naturam animi atque vim. In eod. Lex. habes κατὰ φύσιν redditum per ablativum Natura: ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν, Eorum quæ natura cernerentur. At παρὰ φύσιν, Contra naturam. Quæ alioqui et aliter reddita alicubi inveniuntur, sc. παρὰ φύσιν, Præter normam naturæ, s. regulam, Invita natura. At κατὰ φύσιν, Juxta normam naturæ, s. regulam. Item, Naturæ ratione, et Naturæ instinctu. Interdum vero pro κατὰ φύσιν ponitur dativus φύσει, s. τῇ φύσει: qui et aliis modis, pro re de qua agitur, reddi solet, ut τῇ φύσει πρότερον ap. Aristot. Naturæ ordine prius. At hæc verba, οἱ φύσει ἀσθενέστατοι τῷ σώματι, sic reddita extant, Quorum natura ita comparata est, ut valde infirmo sint corpore. Accus. autem φύσιν cum verbo ἔχει quidam interpr. ap. Dem. Naturæ tenorem: φύσιν ἔχει, Naturæ servat tenorem. Nonnunquam haud incommode et adjectivo nomine Naturalis uti possumus, reddentes vocem φύσις, mutata orationis structura, sicut Cic. κοινωνικὸς φύσει vertit Ad naturalem communitatem aptus. Idem vero ap. Plat. διαιωνία φύσις non vertit Æterna natura, sed pro his duobus solo subst. usus est, dicens Æternitas. Tribuitur porro variis rebus φύσις, sicut Latine natura, ut πυρὸς φύσις, Ignis natura, Aristot. de Part. Anim. 2, 2. ubi etiam scribit, τὸ ψυχρὸν, esse φύσιν τινὰ, non autem στέρησιν. Et φαρμάκου φύσις ap. Hom. ut vides in altera hujus pag. parte. Item φυτοῦ φύσις, ut ap. Philon. de Mundo, Τὴν δὲ φύσιν ἀπένειμεν ὁ Θεὸς τοῖς φυτοῖς, κερασάμενος αὐτὴν ἐκ πλείστων δυνάμεων, θρεπτικῆς τε καὶ γεννητικῆς, Naturam Deus stirpibus tribuit, cum e pluribus facultatibus temperatam, tum vero altrice et genitrice. Et φύσις τῶν ὀργάνων, ap. Gal. Comm. 1. in Hippocr. de Nat. Hum. Σύγκειται γὰρ ἐκ τῶν πρώτων καὶ ὁμοιομερῶν, ἃ δὴ καὶ πρωτόγονα καλεῖν εἴωθεν ὁ Πλάτων, ἡ πρώτη τῶν τοιούτων φύσις. Quin etiam quemadmodum a Latinis dicitur Locus aliquis esse natura munitus, sic et φύσει καρτερὸν χωρίον pro hac signif. affertur.

Φύσις ap. Medicos interdum quidem est Natura, interdum vero et aliter reddi debet. Afferam igitur quædam e Gal. de hac voce φύσις, ac præsertim de usu quem ap. Hippocr. habet, si prius quæ Gorr. de ea scripsit protulero. Gal. igitur, ut ille inquit, l. 17. de Usu Partium, φύσιν quandam universi constituit, quam definit esse Mentem admirabili virtute præditam, quæ omnia pervadat. Ab ea singularum rerum φύσιν manare consentaneum est: quam in homine varie Medici definiunt. Sed maxime ea definitio probatur, qua φύσις dicitur vis esse quæ e seipsa nostri sit opifex et conservatrix, ut ἐν τοῖς ἰητρικοῖς ὅροις scriptum est. Ea namque est cui et generationem debemus, et quæ genitos conservat. Itaque naturæ nomen ab Hippocr. sumtum fuisse quo loco scripsit φύσιας νούσων ἰητρούς, Galenus auctor est, scribens per Naturam intelligi Vim quandam corporibus insitam et inhabitantem, per quam ea reguntur: sive, ut Idem scripsit initio l. 2 de Sympt. Caus., Omnem facultatem, quæ animal sive voluntatis nutu, sive citra hunc, regit. Itaque natura est quæ animal ab initio conformat, auget, nutrit, et omnia in corpore munia exercet. Quæ cum pariter caloris nativi opera sint, (est enim secundum Hippocr. omnium operum naturalium auctor,) necesse est vel naturam esse ipsum calidum innatum, ut Gal. περὶ Μαρασμοῦ et alibi sæpe prodidit: vel id primum esse naturæ instrumentum, ut Galeno pluribus in ll. placuisse video. Sed citra controversiam omnino est, cum φύσις pluribus modis dicatur ab Hippocr., eum cum sæpissime, tum toto libro de Nat. Hum. φύσιος nomine Temperamentum intellexisse, atque id esse præcipuum et maxime proprium Naturæ significatum ab ipsa naturæ substantia desumtum, ut Gal. in Aphor. 2, l. 3. annotavit, quo scripsit Hippocr., naturarum has quidem æstate, has vero hyeme bene maleve se habere. Quod si quis contendat, naturam non satis Temperamenti nomine explicari, definiat, si volet, naturam esse universam substantiam ac temperiem quæ e primis elementis conflatur, ut et Gal. 3 de Temper. definivit. Est vero et alia, licet minus propria, φύσεως signif., qua sumitur ἀντὶ τῆς ἕξεως, ut ubi scripsit Hippocr., Maxime moriebantur quibus φύσις vergebat ad phthisin. Hic namque Naturæ nomine ipsam partium structuram compositionemque intelligit. Est quando etiam Natura significat i. q. genus vel species vel forma, ut cum dicimus hanc febrem, hujus vel illius naturæ esse. Hæc Gorr. Libet autem et ipsamet Galeni in aliquot Hippocr. ll. verba proferre. Is igitur Comm. 1. in Hippocr. de Nat. Hum. init. dicit φύσεως nomine, a quo Philosophi quidam φυσικοὶ fuerunt appellati, significari, (ut testantur ab illis ipsis περὶ Φύσεως scripti libri,) τὴν πρώτην οὐσίαν, ἣν ἀγέννητόν τε καὶ ἀΐδιον εἶναί φασιν, ὑποβεβλημένην ἅπασι τοῖς γεννητοῖς καὶ φθαρτοῖς σώμασι, τά θ' ὑπάρχοντα κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἑκάστῳ τῶν γεννωμένων τε καὶ φθειρομένων. Ubi non immerito fortasse post φθειρομένων participium aliquod deesse

quispiam existimet. His porro subjungit eum usum A hujus nominis *φύσις*, secundum quem Homerus *φαρμάκῳ* tribuit *φύσιν*, (Od. K. 303.) Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἀνελὼν· καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Quibus versibus subjungit, eos qui de herbis scriperunt, aut generaliter de plantis, docere earum *φύσιν αἰσθητὴν*, cum qualis sit unaquæque tangenti, gustanti, odoranti, et intuenti, commemorant: et qua vi prædita sit, sive intra corpus sumatur, sive exterius ei imponatur. Idem Gal. in hunc Aphorismum Hippocratis, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων, annotat, cum vox *φύσις* multifariam dicatur, intelligendam nunc esse in ea signif. in qua ipse sæpenumero est usus, cum alibi, tum per totum librum quem περὶ Φύσιος Ἀνθρώπου inscripsit: in quo *φύσιν* appellat *κρᾶσιν* e primis elementis: perinde ac si ita dixisset, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷς B ἂν οἰκεία τῆς πρώτης τοῦ σώματος κράσεως καὶ τῆς νῦν διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ τὴν ἕξιν, ἢ τὴν ὥραν προσγεγενημένης, ἡ νόσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷς ἂν μὴ οἰκεία κατά τι τούτων ᾖ. In sequentibus autem, hac in signif. ostendit aliam *φύσιν* esse *θερμὴν*, aliam *ψυχροτέραν*: aliquam *ξηροτέραν*, aliquam *ὑγροτέραν*. At vero in h. l., qui habetur in Epidem. opere, Καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷς ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες, ait *τὴν φύσιν* significare *τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν*.

Φύσις, Natura, Substantia. Siquidem Naturæ vocabulum et pro substantia e quibusdam Ciceronis etiam ll. affertur. Ex quibus est hic, Diviserunt naturam hominis in animum et corpus. Itidemque hic, Omnis natura vult esse conservatrix sui. Affertur e Plin. quoque pro hujus signif. exemplo, Vini natura non gelascit. *Φύσιν* autem accipi *ἀντὶ τῆς οὐσίας*, i. e. Pro substantia, testatur et ipse Aristot. Metaphys. 4. Καὶ ὅλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται: dixerat autem paulo ante, *φύσιν* appellari *τὴν τῶν φυομένων γένεσιν*. Item, Ἐξ οὗ φύεται πρῶτον τὸ C φυόμενον ἐνυπάρχοντος. Item, Ὅθεν ἡ κίνησις ἡ πρώτη ἐν ἑκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ᾗ αὐτὸ ὑπάρχει. Præterea *φύσιν* vocari ἐξ οὗ πρώτου ἢ ἔστιν ἢ γίνεταί τι τῶν φύσει ὄντων * ἀῤῥυθμίστου ὄντος καὶ ἀμεταβλήτου ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς ἑαυτοῦ: et hoc modo *τῶν φύσει ὄντων τὰ στοιχεῖα* nuncupari *φύσιν*: tandemque ad *φύσιν*, quæ est *οὐσία*, accedit. At de Deo melius *οὐσίαν* quam *φύσιν* dici, testatur Greg. Naz.

Φύσις, Ingenium, ut Cic. quoque interpr., cum hæc Plat. Phædro, Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ita reddit, Majore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. Sic e Thuc. (1, 138.) affertur *φύσεως ἰσχὺς*, Vis ingenii. Apud Eund. 2. Ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν putem reddi posse Supra ingenium suum, ingenii sui captum.

Φύσις, Sexus. Thuc. 2, (45.) *ἐν λόγῳ* epitaphio, circa finem, cum dixisset, Εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τε ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ, subjungit, Τῆς τε γὰρ D ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν, μεγάλη ἡ δόξα, (vel potius *ὑμῖν* sequentibus jungendum, ut habet mea Editio,) καὶ οἷς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ. Memini me et in quodam Soph. loco signif. hanc observare. || Ad hunc autem usum pertinere videri potest is, quo ponitur pro Pudendis tam virorum quam mulierum. Cic. itidem Naturam vocat, sed de femina loquens; et post eum Plin., qui alioqui et Naturalia appellat. Lat. Genitalia etiam loca, s. potius Genitales locos dixerunt, nec non Locos, sine adjectione: unde pro his Columellæ verbis, Si admissarius iners in venerem est, odore perfricatur detersis spongia feminæ locis, et admota equi naribus, in Geop. ista de eadem re leguntur, Τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμους περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν, τοῖς ἀπομάγμασι τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Apud Diod. S. quoque hac in signif. memini me legere, ubi de hermaphroditis loquitur. Apud Hes. in Ἐσχάραι habetur plur. *αἱ τῶν γυναικῶν φύσεις*. Certe de pudendis feminarum potius quam virorum dictum fuisse existimo.

Φύσις, Statura, ap. Lucian. (2, 308.) A Cic. autem redditur etiam Figura, ap. Plat. Εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι, Eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet. Apud Aristoph. autem videtur reddi etiam posse Persona, Σφ. (1071.) Εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταὶ, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν, Εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον. Cic. Naturam et Personam alicubi conjunxit. Apud Xen. autem de canibus dictum *φύσιν* Cic. vertit Constitutionem.

Φύσιν ποιεῖ, Facit ut coëat, i. e. coalescat, VV. LL.; sed absque ullo testimonio, aut exemplo. Alioqui referri hæc expositio possit ad eam *τοῦ πεφυκέναι* signif., cujus mentio postremo loco facta fuit, ut videbis in fine col. s. semipag. 266.

[" *Φύσις*, Thom. M. 854. 904. Markl. Suppl. 886. ad Charit. 770. Wakef. Trach. 379. Jacobs. Anim. in Eur. p. 21. Anth. 9, 193. Agathias 70. et Jacobs., Brunck. Aristoph. 2, 89. Œd. T. 740. ad Lucian. 1, 701. Diod. S. 1, 50. 181. 238. 294. 358. 2, 240. Valck. Adoniaz. p. 270. Diatr. 41. 78. Bibl. Crit. 3, 1. p. 16.; 3, 2. p. 7. Lennep. ad Phal. 151. ad Herod. 636. Sexus, Kiessl. ad Jambl. V. P. 109. Sic Natura, Godofr. ad Cod. Theod. 2, 53. Pudenda, Jacobs. Anth. 9, 173. ad Diod. S. 2, 520. 521. 522. ad Lucian. 2, 358. Anton. Lib. 278. Verh. Species, Figura, Brunck. Aristoph. 2, 243. Statura, Coray ad Herod. Larcher. 3. p. 522. Generatio, Brunck. ad Anacr. p. 117. Ed. 1. Conf. c. *ῥύσις*, ad Diod. S. 2, 334. ad Dionys. H. 5, 156. (de C. VV. 310. Schæf.) Abundat, sic Indoles, Lex. Gr. Tittm. 434.: sic Natura, Ast. ad Plat. de LL. 568. Sine artic., Dionys. H. 5, 20. Φ. *πρώτη*, Casaub. ad Athen. 133. Ἐκ *φύσεως*, Diod. S. 1, 285. *Φύσει*, ad Charit. 441. Musgr. Ion. 1288. Heind. ad Plat. Phædr. 277. Valde, Admodum, Abresch. Lectt. Aristæn. 64. Coray ad Xenocr. 173. Redund., Erfurdt. ad Soph. Phil. p. 188. *Φύσει μακρὸς*, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 290. *Φύσει πεφυκὼς*, Xen. Hier. 3, 9. K. Π. 5, 1, 24. 8, 7, 13. Simon. Dial. p. 63. Philo Byz. p. 60. Orell. *Τὴν φύσιν, τῇ φύσει*, ad Diod. S. 1, 656. ad Dionys. H. 2, 712. Lobeck. Aj. p. 336. *Κατὰ φύσιν*. Boeckh. in Plat. Min. 176. (Polyb. 15, 20.) *Φύσιν ἔχω*, cum inf., (Polyb. 2, 21.) Paus. 404. Lucian. 3, 37. Boiss. Philostr. 527. Furia ad Æsop. p. 10. Lips. *Φύσιν ἔχει*, Heind. ad Plat. Theæt. 336. *Τὴν φ. ἔχειν ἔκ τινος*, Vita Æschyli init." Schæf. Mss. " Φ. *χθονὸς*, Terra, Æsch. Ag. 642(=616. Πλὴν τοῦ τρέφοντος ἡλίου χθονὸς φύσιν.)" Wakef. Mss. Proles, Soph. El. 325. *ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν*. " Instinctus naturæ, Mich. Apost. Prov. 12, 41. *Φύσεως πενία*, Ingenii inopia, Suid. v. Ἀστεμφέα. *Φύσις*, Genitalia, Suid. v. Καπρέαι." Schleusn. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr., Valck. Schol. in N. T. 2, 277-8. *Φύσις* et *φυὴ* conf., ad Greg. Cor. 336. φ. et *φυλακή*, 837. φ. et *θέσις* sibi opponuntur, 602. 836. quo compendio scribatur, 836-7.]

Φυσιογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, Naturæ ex oris habitu cognoscendæ peritus, q. d. Naturæ cognitor, Peritus judicandi de natura. Cic. de Fato, Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus *φυσιογνώμων*, qui se profitebatur hominum mores naturasque e corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? *Φυσιογνώμονες*, inquit Bud., sunt qui ingenia hominum et sensus ex aspectu corporis judicant, quorum e numero sunt qui *μετωποσκόποι* dicuntur, h. e., ut Plin. inquit l. 35., e facie hominum addivinantes. Extat *φυσιογνώμων* cum alibi, tum ap. Aristot. in *Φυσιογνωμονικῶν* opere. [" Jacobs. Anth. 7, 199. * *Φυσιγνώμων*, ibid. Toup. Add. in Theocr. p. 407. (Epigr. 11, 1.)" Schæf. Mss.] HINC *Φυσιογνωμονία* ET *Φυσιογνωμοσύνη*, Naturas cognoscendi s. De natura judicandi peritia, Scientia qua naturæ hominum ex aspectu corporis, ac præsertim vultus, cognoscuntur. Aristot. in illo opere *Φυσιογνωμονικῶν*, s. *Φυσιογνωμικῶν*, ut scribunt alii, Δεῖ οὖν ὁρίσαι περὶ

ποῖα ἄττα ἐστὶν ἡ φυσιογνωμονία. Moxque subjungit, φυσιογνωμονίαν, sicut et nomen ejus indicat, versari περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τῶν ἐπικτήτων, ὅσα παραγινόμενα μεθίστησι τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Adj. autem NOMEN Φυσιογνωμονικὸς, Ad scientiam illam pertinens, vel conferens. Plurali autem numero, genere neutro, Φυσιογνωμονικὰ vocantur Ea scripta in quibus de hac scientia agitur: cujusmodi sunt hodieque quæ Aristoteli, item alia quæ Adamantio ascribuntur. At Polemonis liber, qui ejusd. est argumenti, inscriptus est singulari numero Φυσιογνωμονικόν. Ceterum in eo, quod dixi, Aristotelis, sicut et Adamantii libros, inscriptos esse Φυσιογνωμονικὰ, in eo vulgatas Edd. minime secutus sum; quippe quæ habeant φυσιογνωμικά. Quam scripturam si quis tueri velit, afferre queat quod ap. Athen. legitur, sc. Ἀντιφάνης ἐν Φυσιογνωμικῷ. In nostrate sermone quidem certe multo justius excusetur syncope, qua utimur, cum itidem dicimus Physionomie, non autem Physiognomonie. Sed alium etiam usum huic voci damus quam ferat sermonis Græci consuetudo. Dicimus enim Il a bonne physionomie, vel contra, Il a mauvaise physionomie, de eo qui ex oris lineamentis totoque habitu, vel probus esse, vel contra improbus, judicari posse videtur. Adeo ut Il a bonne physionomie, perinde sit ac si diceretur Græce, οὗτος ἂν φυσιογνωμονηθείη ἀγαθός: vel, φυσιογνωμονοῦντι κριθείη ἂν ἀγαθός. Sed pro Physionomie, vulgus, et cum vulgo multi etiam ex iis qui sibi aliquam supra vulgus sermonis Gallici peritiam arrogant, pronuntiare solent vel Philosomie, vel Philonomie. Quidam vero, sed præsertim e vulgi fæce homines, fœdius simul et brevius corrumpunt, pronuntiantes Philomie. [Athen. 14, 21. "Artemid. 156." Wakef. Mss. * Φυσιογνωμονικῶς, Eust. Il. Α. p. 773, 24.] Venio ad VERB. Φυσιογνωμονέω, quod ab illo nomine φυσιογνώμων est itidem derivatum. Signif. igitur De natura judicandi peritus sum, De natura judico, ex aspectu oris, sc.: sequendo ea quæ in præcedentibus nominibus dicta fuerunt. Gell. 1, 9. de Pythagora loquens, Jam inde a principio adolescentes qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum signif. Mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Frequens est hoc verbum φυσιογνωμονεῖν ap. Aristot. in suis Physiogn., ubi legitur etiam φυσιογνωμονεῖν ἔκ τινος, veluti cum scribit, Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν γενῶν τῶν ζώων φυσιογνωμονοῦσι, τιθέμενοι καθ' ἕκαστον γένος εἶδός τι ζώου καὶ διάνοιαν. Paulo post autem dicit, Οὐκ ἐξ ἁπάντων δὲ τῶν ζώων ἐδοκίμαζον. Et aliquanto post, cum dixisset, Ἐξ ὧν δὲ γενῶν τὰ σημεῖα λαμβάνεται, νῦν ἐρῶ, καὶ ἔστιν ἅπαντα, subjungit, Ἔκ τε γὰρ τῶν κινήσεων φυσιογνωμονοῦσι καὶ ἐκ τῶν σχημάτων καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων κ. τ. λ. E quibus ll. patet Aristot. δοκιμάζειν etiam et τὰ σημεῖα λαμβάνειν de ipsa actione τοῦ φυσιογνωμονεῖν dixisse. Sed cum δοκιμάζειν subaudire oportet accus. τὴν φύσιν: cum λαμβάνειν τὰ σημεῖα, itidem gen. τῆς φύσεως. Passive autem φυσιογνωμονεῖσθαι dicitur is, cujus natura ex oris habitu cognoscitur, s. de cujus natura ex aspectu judicatur, aut saltem de cujus natura conjectura fit. Aristot. in illo Φυσιογνωμονικῶν opere, Νυνὶ δ' ἴσως βέλτιόν ἐστι καθ' ἕκαστον περὶ πάντων, ὅσα ἐπιφανῆ παρὰ τῶν φυσιογνωμονουμένων, ἀκριβέστερον φράσαι. Sic ap. Adamantium, Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ τοῖς πᾶσιν ἔπεστι κοινὰ σημεῖα, ἐξ ὧν τὸ γένος ἅπαν φυσιογνωμονεῖται. Secundum autem hunc verbi istius usum, in illo Aristot. loco quem in Φυσιογνωμονία protuli, Τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων, non fuerit jungendum participium cum illo nomine, ut intelligamus σημεῖα dici φυσιογνωμονούμενα, sed τὰ σημεῖα τῶν φυσιογνωμονουμένων, i. e. τὰ ἐν τοῖς φυσιογνωμονουμένοις. Alioqui σημεῖα φυσιογνωμονούμενα non video quid aliud significare possit quam ἃ οἱ φυσιογνωμονοῦντες λαμβάνουσι s. ἐκλέγονται: utroque enim horum verborum utitur Aristot. Alterius certe usus, non autem hujus, exemplum affert et Bud. ex cod. Aristot. Τῶν ζώων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Sed hæc affert, postquam dixit φυσιογνωμονῶ verbum esse activum, accusativo junctum. Haud scio tamen an necessario consequatur, si dicitur aliquis φυσιογνωμονεῖσθαι, ut etiam dicatur φυσιογνωμονεῖν aliquem; ideoque hujus quoque usus exemplum desidero. || Φυσιογνωμονῶ, ut Idem tradit, est etiam Diligenter cognosco faciem alicujus, et adnoto, ut postea noscatur. Dem. (799.) Θεωρήσουσι δ' ὑμᾶς οἱ περιεστηκότες καὶ ξένοι καὶ πολῖται, καὶ κατ' ἄνδρα εἰς ἕκαστον τὸν παριόντα βλέψονται, καὶ φυσιογνωμονήσουσι τοὺς ἀποψηφισαμένους. [Jambl. V. P. 150. Liban. 4, 294. "Ad Lucian. 1, 400. * Φυσιογνωμέω, Act. Traj. 1, 204." Schæf. Mss. * Φυσιογνωμία, Stob. Ecl. Phys. 1, 764. Lobeck. Phryn. 383. Φυσιογνωμικὸς, Donatus ad Terent. Hec. 1, 1, 18.]

Φυσιολόγος, ὁ, Qui de natura s. rebus ad naturam pertinentibus disserit, Qui naturam rerum disserendo exquirit s. indagat. Aut etiam simpliciter, Qui naturam rerum exquirit, s. indagat: sicut nimirum NOMEN Φυσιολογία Bud. reddit, Studium naturæ indagandæ: cujus officium Philoponus esse ait, περὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων διαλέγεσθαι. A quibusdam redditur Physica disciplina: a Cic., qui alioqui Physiologiam et ipse dicit, Naturæ ratio, de Divin. 1. Qui et naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura, dicebat. Sed ego, ut ingenue quod de hoc loco sentio proferam, mihi persuadere nequeo Cic. ita φυσιολογίαν reddidisse: unde fit ut suspicer inter duo illa vocabula tertium aliquod omissum esse: quale sit Indagandæ, aut Speculandæ, aut Venandæ: ut φυσιολογίαν esse dixerit Naturæ indagandæ rationem, vel speculandæ, s. venandæ. Ideo autem duobus hisce posterioribus verbis utor, quod ipsemet τὸν φυσικὸν speculatorem venatoremque naturæ significare dixerit. Sunt sane et aliæ aliquot Ciceronianæ interpretationes, in quibus exemplarium fides suspecta mihi est: quas tamen in illo meo Lex., quod Ciceronianum inscripsi, ceteris inserendas, aliis judicium relinquens, putavi. Sed quantum ad illam vocis φυσιολογία interpretationem attinet, utut se res habeat, Turn. nomini φυσιολόγος illam ipsam tribuit; hæc enim Plut. verba in l. de Def. Orac. Ἔχων δὲ περὶ αὑτὸν Ἐπικουρείους τινὰς τὴν καλὴν δὴ καὶ φυσιολόγον ἐνυβρίζοντας, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ita vertit, Is cum haberet circum se quosdam Epicureos, qui bella illa naturæ ratione freti, rebus hujusmodi, ut ipsi loquuntur, illudunt. Sed cum in hac interpretatione longe aliam lectionem eum sequi videamus, ne φυσιολόγον quidem simpliciter, ut hic legitur, sed cum alicujus substantivi adjectione legisse videri potest. [Φυσιολόγος, Theophr. C. Pl. 6, 3, 5. * "Φυσιολόγως, M. Anton. 10, 31." Kall. Mss. Φυσιολογία, Jambl. Protr. 26. V. P. 146. Kiessl. "Φυσιολογίαι, Disputationes de rerum natura, et variis mundi aspectabilis partibus. Longin. 12, 5. cf. Demetr. Eloc. § 231. Εἴ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] E nomine φυσιολογία derivatum est et ADJ. Φυσιολογικὸς, Ad physiologiam pertinens. A Cic. enim Physiologiæ etiam appellationem alicubi usurpari dictum est. Apud Medicos φυσιολογικὴ, sub. ἐπιστήμη, Pars est medicinæ, quæ naturam hominis universam a conceptu ad extremum usque senium disquirit. Ad eam pertinet omnis de semine deque menstruo sanguine, de partium conformatione et principatu, de fœtus perfectione, similitudine cum parentibus, de anatomia singularum partium, earumque differentiis, et temperamentis, de ætatibus, de calore nativo et spiritibus, de tribus facultatibus nostrum corpus dispensantibus, de humoribus, aquis, aëre, locis, consuetudine, et ceteris id genus, disputatio. In qua communibus quidem naturalis scientiæ principiis atque theorematis utitur, sed quatenus hominis cognitioni inservire atque accommodari possunt. Eam quidem Medicinæ partem Empirici atque Methodici aspernati sunt, sed Dogmatici, quorum princeps fuit Hippocr., plurimi fecere. ["Eudocia p. 362. * Φυσιολογικῶς, 127."

Schleusn. Mss.] Inde est etiam VERBUM Φυσιολογέω, De natura dissero s. disputo, s. De rebus naturæ; περὶ φύσεως διαλέγομαι, Hes. Vel, Naturam rerum disserendo indago s. exquiro. Aut simpliciter, Naturam indago s. exquiro, ut φυσιολογεῖν ἕκαστον, Bud. ap. Diosc. vertit, Naturam uniuscujusque exquirere. Et ap. Aristot. Metaphys. 1. Καὶ περὶ πάντων φυσιολογοῦντες, Et de omnibus naturam scrutati. Φυσιολογῶ est etiam Physica ratione probo s. ostendo, ut Idem in hoc l. Greg. Naz. vertit, Εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρός· ἐγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω. In VV. LL. φυσιολογῶ dicitur poni etiam pro φυσιογνωμονῶ: sed hujus usus exemplum desidero. [" Huschk. Anal. 249. Argum. Aristoph. Nub. Heyn. Hom. 5, 120. Schol. Apoll. Rh. p. 88. Matth. ad Gloss. min. p. 23." Schæf. Mss. * " Φυσιολόγημα, Tzetz. Ch. 5, 478. 7, 593." Elberling. Mss. " Eudocia p. 174. Ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταῤῥεῖ. * Φυσιολογητέον, Idem p. 173." Schleusn. Mss. * Φυσιολογητὸς, M. Anton. 10, 9. Schneidero susp. " Quid si * ἀφυσιολογήτως legerimus?" Gataker. * Ἀφυσιολόγητος, Cujus naturalis causa reddi non potest, Plut. 10, 595.]

[* Φυσιοποιὸς, unde * Φυσιοποιέω, Clem. Alex. 534=631. * Φυσιοσκόπος, unde * " Φυσιοσκοπέω, Cyrill. Hier. 164." Kall. Mss. * Φυσιουργὸς, Athan. 2, 390.]

Φυσίζοος, q. d. Vitam producens, i. e. quæ ad vitam degendam sunt necessaria. Redditur vulgo, Victum producens; sed scimus nomen ζωὴ nequaquam pro Victu poni, sicut βίος utramque signif. habet. Redditur etiam Vitam vivificans, quæ interpr. inepta est. Apud Hom. certe φυσίζοος αἶα, Il. Γ. (243.) et alibi, apte reddi poterit Alma tellus. Est enim alma, ἡ φύουσα τὰ πρὸς ζωὴν χρήσιμα, ut Eust. exp. φυσίζοος. Hes. itidem πρὸς τὸ ζῆν φύουσα: sed addo articulum τὰ ante πρός. Tale est φερέσβιος, et βιόδωρος. Esse autem et solis epith. testatur Greg. Naz. Quin etiam φυσίζοον ὕδωρ in Epigr. legitur. In Eorundem l. 2. jocose Grammatica vocatur φυσίζοος, tanquam miseris literatoribus victum suppeditans. Affertur porro et alia interpr. vocis φυσίζοος, quam Eust. in Rhet. Lex. extare ait: nimirum ut sit ἡ ζῶα φύουσα, i. e. Quæ animantia producit. Quod autem ad scripturam attinet, habentem ο pro ω, vide quæ de ea idem Gramm. disserit, eique potius fidem habe, quam iis qui scribi etiam φυσίζωος tradunt. In VV. LL. annotatur esse φυσίζωος et Nomen proprium loci ap. Lacedæmonem, ubi Castores terra absorpti, rursus emerserint. Cujus expositionis auctor non nominatur; sed ego eam ap. Didymum, aut quicunque est brevium in Hom. Scholl. Auctor, reperio: e quo pro Castores reponendum est Dioscuri, i. e. Castor et Pollux. Hoc præterea sciendum est, ipsum hanc expositionem tribuere illi Homeri loco, Il. Γ. sicut et alteram; quoniam enim ibi Homerus de Dioscuris canit, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ, ille postquam priorem illam epitheti φυσίζοος protulit, subjungit, Ἢ ὅτι τῷ ὄντι λέγεται χώρα ἐν Λακεδαίμονι οὕτω φυσίζωος· ἐπεὶ ἐκεῖ δοκοῦσιν οἱ Διόσκουροι καταποθέντες, πάλιν ἀναδοθῆναι. [" Ad Charit. 770. Jacobs. Anth. 9, 419. 10, 398. Heyn. Hom. 4, 502. Ruhnk. ad H. in Cer. 122." Schæf. Mss. "Opp. Ἁ. 1, 395." Wakef. Mss. Æsch. Suppl. 599. Ζεύς. * " Φυσιζώϊος, i. q. φυσίζωος, Manetho 6, 28. αἴγλῃ, Vitali fulgore." Schleusn. Mss. * " Φυσιμήδη, (Nom. propr.,) Verh. ad Anton. Lib. 121. LB." Schæf. Mss.]

Δύσφυσις, Mala natura: κακὴ φύσις, Hes. [Suspectum Lobeckio ad Phryn. 501.]

[* " Μονοφυσῖται appellati sunt Hæretici, qui unam tantum naturam in Christo Mediatore post incarnationem agnoverunt. De iis Nicephorus Callisti Hist. Eccl. 18, 45. p. 868. Eodem tempore, sub Zenore nimirum et Anastasio, Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi et carnis naturam male prædicantes: et præterea Jacobitarum, Theodosianorum, Julianistarum, et plurimorum aliorum catervæ, Ecclesiæ insultarunt: Οἳ καὶ μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μετὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν πρεσβεύοντές τε καὶ δογματίζοντες, Qui Monophysitæ appellati sunt, quod unam Verbi et carnis naturam post ineffabilem unionem esse sentiant et doceant. Vide de iisdem plura ibid., et cap. 46. περὶ τῶν δύο φύσεων κατὰ μονοφυσιτῶν, De duabus naturis contra Monophysitas, integrum scripsit caput Damascenus, quod est 3. l. 3. de Orthodoxa fide. De his jam actum in voce Ἀκέφαλος, et in Λόγος, num. 1. sub 4. classe hæreticorum χριστομάχων, sub lit. α. De duabus in Christo naturis vide etiam in Φύσις." Suicer. Thes. Eccl.]

Φυσικὸς, Naturalis, Ad naturam pertinens, Naturæ conveniens: ut φυσικὰ αἴτια, Naturales causæ, ap. Cic. Item ἐπιθυμίαι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, Cupiditates naturales et necessariæ, Eod. interpr. Interdum vero voce Natura utitur ad exprimendum adjectivum φυσικὸς, ut cum pro ἐπιθυμίαι οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, dicit, Neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent. Item cum hæc verba, Τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν, φυσικὴν εἶναι, reddit, Natura fieri ut liberi a parentibus amentur. Apud Herodian. 6, (1, 14.) Ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, Polit. vertit, Ceterum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium. Potest alioqui φυσικὸς sæpe reddi Naturalis, ap. Philosophos præsertim, ut φυσικὰ αἴτια reddi vides Naturales causæ, a Cic. Sic φυσικαὶ ὀρέξεις, Naturales, ap. Aristot. E quo affertur et φυσικὴ θεωρία, in fine l. 1 Analyt. Post. Φυσικὴ δὲ θεωρία, ἡ περὶ τῶν ὄντων διαλεγομένη ᾗ ὄντα ἐστί· εἴτε φυσικὰ εἴη ταῦτα, εἴτε ὑπὲρ τὰ φυσικά. Eidem certe alicubi ἡ φυσικὴ et ἡ ἰατρικὴ eadem pene contemplatio est. In VV. LL. φυσικὸς βίος e Seneca redditur Contemplativa vita. Ibid. φυσικὸς redditur etiam Nativus, Naturam sequens, Naturæ familiaris. Afferturque e Xen. (Ἀπ. 3, 9, 1.) Φυσικὸν καὶ διδακτόν. Item φυσικὰ φάρμακα, ut ibid. annotatur, Alex. Trall. appellat Medicamenta et βοηθήματα ἀναιτιολόγητα: ut amuleta, cantiones, s. incantamenta, aliaque id genus, quæ non a qualitatum efficientia, sed a naturali forma totaque substantia suos effectus producunt. Sic Idem ait in eo sensu, φυσικῶς ποιοῦσιν οἱ ὄνοι. Marc. Empir. quoque physica remedia vocat, quæ physice agunt et vi occulta ab insita proprietate. Talia autem Gal. sub methodum cadere negat. Eadem certe opera et περὶ τῆς φυσικῆς δυνάμεως, ut Medici vocant, agendum est. Φυσικὴ δύναμις, i. e. Naturalis facultas, distinguitur bifariam a Gal.: in primas sive principes, et in secundarias sive ministras. Primæ statuuntur triplices, generatrix, auctrix, nutrix. Nam et totidem sunt naturæ opera, quæ primum quidem in utero fingit animal, et omnes corporis particulas efformat, deinde eo in lucem edito omnes ad perfectam magnitudinem perducit: postea vero etiam ut omnes quantum fieri potest perdurent, molitur. Sed formatrix quidem primas absolute partes sustinet, eique in ipso utero auctrix et nutrix famulantur. Ubi vero formatum animal est, usque ad ætatis vigorem, auctrix virtus dominatur, auxiliatrices et veluti ministras habens alteratricem et nutricem. Nutrix vero a prima formatione ad mortem usque actionem suam exercet. Itaque generatio, auctio, et nutritio prima naturæ operum ac veluti capita sunt: proindeque tres facultates primæ atque principes horum effectrices, quæ tamen tum ipsarum inter se tum aliarum ministerium desiderant, quas secundarias possumus appellare. Hæ numero sunt quatuor, una attractrix, altera retentrix, tertia concoctrix, quarta expultrix dicitur: quæ non in jecinore modo, sed in omnibus vel minimis etiam corporis partibus insunt, genere quidem plane eædem, sed numero valde differentes. Et carnes et nervi et ossa pariter ad sese alimentum attrahunt, sed multum ab invicem dissimile: et concoquunt quidem omnia, sed varia admodum concoctio est, pro cujusque partis natura: et tamen omnes eas vires atque facultates quamvis tam differentes ab jecinore sortiuntur, a quo, tanquam a

fonte, in universum corpus illæ derivantur. Est enim A
principium vegetabilis facultatis, qua non animalia modo, verum stirpes etiam et quæcunque alia vivunt, gubernantur. Ac quanquam natura per universum corpus sit diffusa, et omnes actiones ab ea proficiscantur, et nullum opus non possit naturæ tribui, astringitur tamen a Medicis φυσικῆς δυνάμεως, i. e. Facultatis naturalis, nomen ad eas actiones, quarum principium et sedes jecur est. Nam sicut rationalis et irrationalis animæ vim et quæ ad sensum motumque pertinent, in cerebro statuerunt, et in corde irascibilem atque pulsificam, sic in jecinore concupiscibilem et quæcunque nutriendo corpori conveniunt, tanquam in suo fonte collocarunt. Nec interest, ut scripsit Gal., eamne appetitricem s. naturalem s. altricem voces, veluti nec si animam aut facultatem. ‖ Physicus, Naturæ indagator, s. investigator, s. Rerum naturalium; Speculator venatorque naturæ, Cic. interpr. ut ὁ φυσικὸς Empedocles, Aristoteli. Plut. de Primo Frigido, Τῷ δὲ φυσικῷ θεωρίας ἕνεκα μετιόντι τἀληθές: Idem in l. qui περὶ τοῦ μὴ Δεῖν Δανείζεσθαι inscribitur, Τῶν φυσικῶν δή που καταγελῶσι, λεγόντων μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. Et φυσικὰ ὑπομνήματα libri a Physicis scripti in quibus naturam s. res naturales indagant. Interdum et τὰ φυσικὰ, sine substantivi adjectione. Extant vero et τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libri Aristotelis, qui vulgo Metaphysica vocantur. Quidam Supernaturalia interpr., cum potius reddi debeat Postnaturalia, si præpositioni suam signif. relinquere velimus. Hinc etiam Metaphysice vulgo vocatur, quæ de primis rerum principiis tractat. Dicitur autem Metaphysice, ea forma qua Physice, s. Physica ap. Cic., e Græca voce Φυσική. (Φυσικὸς, tanquam a verbo φυσᾶν, aut certe a nomine φύσα, Gaza ap. Aristot. vertit, Flatum ciens, ut i. sit q. φυσώδης.) [" Thom. M. 325. ad Charit. 709. Kuster. Aristoph. 15. T. H. ad Plutum p. 300. et Schol. Conf. c. οἰκεῖος, ad Dionys. H. 1, 293. Φ. υἱὸς, Thom. M. 850." Schæf. Mss. Salmasii not. ad Scr. H. A. 2. p. 457. Οἱ φ., Thales, Ionici philos., Eleatici etc. Plut. Opp. Mor. 142. 161. 770. Ed. Frcf. Φ. et θετικὸς sibi opponuntur, ad Greg. Cor. 599. " Φυσικώτερος, Tzetz. Ch. 4, 385. 5, 286." Elberling. Mss. " Σύνθεσις φυσική, Compositio simplex, naturalis, a studio artis et elegantiæ remota. Dionys. Jud. Isocr. 2. et Isæi 3. Σύγκειται φυσικώτερον καὶ ἐσχημάτισται ἁπλούστερον. Unde patet ad φυσικὴν λέξιν hoc pertinere, ut minus sit figurata. Philostr. Vit. Isæi p. 514. hoc dicit κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν, ut Isæi proprium, cui opponit ἰδέαν λόγων ἐπιβεβλημένην περιττήν. Idem in illius discipulis, ut in Marco Byzantino Sophista commemorat p. 528. Eodem modo τὸ φυσικὸν μέτρον Hermog. περὶ Ἰδ. 1. dicit τὸ ἐκ τῆς αὐτοφυοῦς τοῦ λόγου συνθήκης συνιστάμενον, καὶ μὴ ἐπιτετηδευμένον, ὡς παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ut exp. Schol. Anonym. ad h. l. p. 387. Ald. Φυσικοὶ ὕμνοι, Menandro Διαιρ. Ἐπιδ. p. 596. dicuntur Hymni, in quibus natura, vel res naturales juxta laudem Dei alicujus enarrantur, aut describuntur, ut cum Apollo cum Sole componitur atque ita de Solis natura disseritur. Ejusmodi hymnis D
Parmenides et Empedocles, Plato etiam in Phædro, usi sunt. Menander eos hymnos in ἐξηγηματικοὺς et ἐν βραχεῖ προαγομένους, h. e. Longiores, Diffusiores, et Breviores, dividit. Sunt et alii κατὰ αἰνίγματα, ut Pythagorici." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * " Ἀφύσικος, Id quod natura non capit, Theod. H. E. 1, 4. (3, 378.) Diog. L. 8, 170. ubi vide Menag." Boiss. Mss. Sext. Emp. adv. Math. 10, 10. " Expers ingenii, Diog. L. 7, 150. (Ἦν δὲ * πονικὸς μὲν, ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως.) Vide et meas notas ad Isocr. 263." Corai. Mss.] Φυσικῶς, Naturaliter, Secundum naturam, Convenienter naturæ, Naturali ratione. Cic. pro his Epicuri verbis, Φ. καὶ ἄνευ λόγου, habet ista, Ipsa natura incorrupte atque integre judicante, ut videbis in Cic. Lex. p. 52. Vide et Φυσικῶς, quod pag. præced. in Φυσικὸς allatum ex Alex. Trall. fuit. [Plut. 6, 116. " Ad Phalar. 333. ad Charit. 441. * Φυσικεύομαι, Tzetz. Exeg. in Il. 89, 24. 25. 94, 2." Schæf. Mss. " Theod. Prodr. in Lazerii Misc. 1, 30." Boiss. Mss. Leontius de Sphæra Arati p. 265. Ed. Buhl. * " Φυσίκευμα, Tzetz. Chil. 2, 482. (11. p. 213.)" Elberling. Mss.]

Φύσιμος, ὁ, ἡ, Productivus, Procreativus, Producendi vim habens s. Procreandi. Theophr. C. Pl. 4, (4, 8.) Ἐπεὶ τό γε σπέρμα διαφθαρὲν, οὐ φύσιμον ὅλως ἦν. Idem de vetere frumento loquens, (4, 16, 3.) Ταύτῃ γὰρ δὴ διάπειραν λαμβάνουσιν εἰ φύσιμος. [" Jo. Diac. in Bandini Anecd. 42." Boiss. Mss.]

[* " Φυσιόω, Simplicius ad Epict. 219. Ὁ διὰ τῆς φαντασίας συνεθισμὸς φυσιοῖ πως ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ ἔχειν ὡς πρὸς συνήθη, Naturam nostram eo adducit. * Φυσίωμα, Naturalis propensio, Hipparchus Stobæi p. 672. Gal. (=574.) Ψυχὰν μεστὰν φαύλων φυσιωμάτων." Schn. Lex. * " Ἐμφυσιόομαι, Innascor, Stob. 289." Wakef. Mss. Ἐμφυσιῶσαι et ἐμφῦσαι conf., Xen. A. 3, 5. Τὸ αἰδεῖσθαι ἐμφ. βουλόμενος αὐτοῖς. * " Συμφυσιόω, Aristot. Categ. 8. Εἰ μή τις καὶ αὐτῶν τούτων τυγχάνοι διὰ χρόνου πλῆθος ἤδη συμπεφυσιωμένη, Made a second nature, a habit." Seager. Mss. Coraio autem, ad Hippocr. Νόμ., ἐμπεφυσιωμένη præponendum videtur.]

[* Φυτὸς, Plantationi aptus, Ezech. 17, 5. Εἰς τὸ πεδίον φ.]

Ἀλώφυτος, ὁ, Locus vitibus et arboribus consitus, VV. LL. sine Auctoris nomine, et sine ullo exemplo. Nec dubium est quin vocabuli hujus compositio aliam interpr. poscat, si modo hæc illius scriptura mendo caret.

" Ἀρτίφυτος, Nuper plantatus s. natus, e Nonno," [" Jo. 15, 5. Opp. Ἁ. 1, 294." Wakef. Mss. " Jacobs. Anth. 9, 138." Schæf. Mss.]

Αὐτόφυτος, E seipso natus, s. Per se, E seipso procreatus: θεὸς, Nonn. (Jo. 3.) Et αὐτόφυτος νάπη, Epigr. Saltus nativus. Ita enim existimo posse nos hic uti voce Nativus: imitando sc. eum Poëtam, qui antra olim domos nativas dedisse dixit. At in VV. LL. redditur Nemus sponte consitum, quæ interpr. nullo mihi modo probatur. Malim enim, si unum verbum pluribus reddendum sit, Quod sponte provenit. Ceterum cum istud compositum, Poëticum potius quam Oratorium videri possit, invenitur tamen et ap. Aristot. Polit. 1, 5. ubi vitas, s. vitæ genera αὐτόφυτον ἐργασίαν habentia, has recenset, νομαδικὸν, γεωργικὸν, λῃστρικὸν, ἁλιευτικὸν, θηρευτικόν: nec solum dicit habentia αὐτόφυτον ἐργασίαν, sed velut exponens, addit, quæ μὴ δι' ἀλλαγῆς καὶ καπηλείας πορίζονται τὴν τροφήν. Ubi αὐτόφυτον scio redditum esse Naturalem, sed malim illud ipsum Nativam: ne confundamus αὐτόφυτος cum φυσικός. Sonat certe αὐτόφυτος q. d. Nata eo ipso in loco in quo degunt. Nam si cum Budæo reddas αὐτόφυτον, quæ e terra percipitur et solo patrio, hæc interpr. conveniet nomini αὐτόφυτος juncto cum τροφή, non cum ἐργασία. Imo vero nec αὐτόφυτος τροφὴ ita reddi poterit, cum loquemur de ea quam ἁλιευτικὸς, deque ea quam λῃστρικὸς βίος suppeditant. [Pind. Π. 3, 83. ἑλκέων.] Libet porro eadem opera et de COMP. Αὐτοφυὴς agere, quod significatione cum illo αὐτόφυτος convenit, sed multo est usitatius, nec Poëtarum magis quam prosæ scriptorum est. Ac patet certe latius usus hujus αὐτοφυὴς quam illius αὐτόφυτος. Reddi enim potest Naturæ sponte proveniens, Suapte sponte natus, Nativus, Genuinus, aliisque modis, pro re de qua agitur. Apud Plut. αὐτοφυὴς καρπὸς, Fructus sponte naturæ proveniens s. editus. Possumus certe αὐτοφυεῖς καρποὶ pulcerrime interpretari his Virg. verbis, Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura Sponte tulere sua. Sic δένδρα αὐτοφυῆ possumus ex Eod. interpretari, Arbores quæ—nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt: item, Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, aut oras. Ut autem habes in illo secundo Virg. loco, Nullis hominum cogentibus; sic Ovid. Cibos nullo cogente creatos dixit, quos Græci αὐτοφυεῖς τροφὰς dicerent. Denique αὐτοφυῆ erant omnia sæculo aureo, quæ e terra percipiebantur: quæ idem Poëta ita describit, Ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec ullis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus. Hoc enim Græce dixeris, Πάντα τὰ τῆς γῆς αὐτοφυῆ ἦν. Sic mella αὐτοφυῆ erant illa quæ quercus dabant, ut testatur Tibullus. Has

autem tot formas interpretationum profero, non A solum ut philomusis gratificer, sed etiam ut ad aliarum ejusd. generis vocum interpretationes viam nobis aperiant. Legimus porro et αὐτοφυῆ λουτρὰ ap. Paul. Ægin., ubi non solum Nativa, sed et Naturalia, ut opinor, reddere possis. At supra αὐτόφυτον τροφὴν non itidem utramque interpr. admittere putavi, propter ambiguitatem. Et generalius τὰ αὐτοφυῆ τῶν ὑδατων, Alex. Aphr., ubi Polit. Vividas aquas interpretatus esse fertur. Thuc. autem (1, 93.) αὐτοφυεῖς λιμένας dixit, Nativos, Opere non factos, Arte carentes. Est tamen generalius illud quam hoc; possit enim opus aliquod esse quod omni arte careat. Alioqui certe Theophr. αὐτοφυῆ et τὰ διὰ τέχνης inter se opponit, C. Pl. 3. Τοῦτο γὰρ ἂν εἴη τῶν μὲν πέρας, τῶν δὲ ἀρχὴ, μεταβαίνουσιν ἐκ τῶν αὐτοφυῶν εἰς τὰ διὰ τέχνης. (Sic autem ap. Cic. artificiosæ præsensioni opponitur naturalis divinatio.) Pro eod. fere solet DICERE Αὐτόματον, inquit Bud. Idem αὐτοφυὲς ἄγαλμα Dionysio Areop. ait esse idem QUOD Αὐτόμορφον: nimirum quod sculpitur in ma- B teria non secta: ut si in saxo stante et radicato sculpatur statua. Additque talem Ulyssis lectum in Odyssea esse. Huc pertinet et quod ex Hesiodo (Θ. 813.) affertur, λάϊνος οὐδὸς Αὐτοφυής. Denique et αὐτοφυὲς κάλλος dicitur Nativa pulcritudo, minimeque ascititia. Potest vero reddi etiam Naturalis pulcritudo, (ut Cic. dicit Naturalis et non fucatus nitor,) nec non Naturæ pulcritudo: eo modo quo dixit Propert. Naturæque decus mercato perdere cultu, Nec sinere in propriis membra nitere bonis. Ubi simul observa, propria bona posse itidem esse τὰ αὐτοφυῆ. Ubi autem αὐτοφυὴς redditur Genuinus, reddi etiam potest Germanus, ut in h. Synesii l. Τούτους, αὐτοφυεῖς Ὁμηρίδας ἐνόμισα, Genuinos Homeridas, Veros et germanos Homeri imitatores. [" Bibl. Crit. 3, 2. p. 102. Wessel. Obs. 178. Abresch. Lectt. Aristæn. 36. Toup. Opusc. 2, 14. Valck. Diatr. 39. Jacobs. Anth. 6, 123. 313. 9, 215. Huschk. Anal. 107. T. H. ad Plutum p. 261. Aristoph. Fr. 226." Schæf. Mss. " Αὐτοφ. κόσμος, C Mundus sponte natus, Suid. v. Μαρκιανός." Schleusn. Mss. Diod. S. 3, 45. χρυσός. " Αὐτοφυὲς, Nativum in oratione, contrarium τοῖς πεποιημένοις, Arte factis, et cum artificio quodam elaboratis: v. Dionys. Jud. Isæi 7. Demetrius Eloc. 27. Θυμὸς τέχνης οὐ δεῖται, ἀλλὰ δεῖ τρόπον τινὰ αὐτοφυᾶ εἶναι τὰ λεγόμενα. Addit, Ἀπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος. Alio loco §. 30. τὸ αὐτοφυὲς et ἀφρόντιστον jungit, in quibus gratæ negligentiæ pars aliqua cernitur. Quinam sit λόγος αὐτοφυὴς, qui idem etiam αὐτοσχέδιος dici solet, explicatum est a Photio Bibl. c. 61. ubi de Æschine Rhetore: Ἔστι δὲ ὁ λόγος αὐτῷ ὥσπερ αὐτοφυὴς καὶ αὐτοσχέδιος, οὐ τοσοῦτον διδοὺς ἀποθαυμάζειν τὴν τέχνην τοῦ ἀνδρὸς, ὅσον τὴν φύσιν. Alio loco c. 67. ubi de eadem simplicitatis virtute loquitur, ita rem enuntiat: Δοκεῖ αὐτοσχεδίᾳ πως αὐτῷ συγγεγράφθαι· ἐμφύτῳ γὰρ ὁ λόγος ἀνθῶν χάριτι, τὴν ἐκ περιεργίας οὔ τι προσήκατο μόρφωσιν. Suidas: Αὐτοφυέστατον· μὴ ἐπίπλαστον ἔχουσαν κάλλος. Huc pertinet locus Auct. Dial. de Caus. Corr. Eloq. c. D 6. ult. Extemporalis audaciæ, atque ipsius temeritatis, vel præcipua jucunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen, quæ sua sponte nascuntur. Hæc sunt plane illa αὐτοφυᾶ. Eodem sensu Innata et Arcessita sibi opponuntur a Quintil. 9, 3, 74. Per se frigida et inanis affectatio, cum in acres sensus incidit, innata videtur esse, non arcessita." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: Aristoph. Hephæstionis p. 42. Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική.] Αὐτοφυῶς, Suapte natura, Sponte naturæ, Native, Genuine: sequendo signiff. quæ nomini αὐτοφυὴς datæ fuerunt. [" Valck. Diatr. 41." Schæf. Mss. Plato Gorg. 68. Οὐ μιμητὴν, ἀλλ' αὐτοφυῶς ὅμοιον. * Αὐτοφυέω, unde * " Αὐτοφυΐα, Menand. Rhet. p. 70. Ed. Heer. e Cod. Par. 1741." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

[* Ἑτερόφυτος, Julian. Ep. 24. * Εὔφυτος, J. Poll. 1, 228. * " Θεόφυτος, Dionys. Areop. 173. Andr. Cr. 165." Kall. Mss.]

[* Καλλίφυτος, Nonn. D. 47. p. 1204. 1214. " Const. Manass. Chron. p. 6(=12. Meurs.)" Boiss. Mss.]

Κατάφυτος, Consitus: Κατάφυτος τῷ ἀσφοδέλῳ, Bud. e Luciano (1, 471.) pro Consitus asphodelo. Idem e Plut. affert, Κατάφυτος τόπος καὶ σύσκιος. Quemadmodum autem κατάφυτος redditur Consitus, sic νεόφυτος a quibusdam Nuper insitus, (ut docebo paulo post,) tanquam a φύομαι significante Conseror, et Inseror. [" Toup. Opusc. 1, 338. Wyttenb. Select. 329." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 97." Boiss. Mss.]

Νεόφυτος, Nuper s. Recens natus, genitus. J. Poll. abjectam vocem esse ait, qua tamen usus sit Aristoph.: pro qua dicitur νεογενὴς, ἀρτιγενὴς, ἀρτίγονος, et ἀρτιφυής. Ita VV. LL. quæ tamen an et hæc quatuor synonyma ex J. Poll. afferant, dubium est; nam ea mihi ap. illum quæsita, sed non inventa sunt. Est certe ibi notanda et VOX Ἀρτιφυὴς, itidem pro Nuper natus. Habent vero, ubi de hac voce agunt, sequendo ordinem alphabeticum, etiam ἀρτιφυὴς βλάστησις pro Nuper erumpens germinatio. [" Jacobs. Anth. 11, 391." Schæf. Mss.] Sed et NOMEN Νεοφυὴς in Iisd. legitur, tanquam illam nominis νεόφυτος signif. habens. [* Νεοφυέω, unde * " Νεοφυΐα, Clem. Alex. 189(=221.) τῶν πτερῶν." Kall. Mss.] || Νεόφυτος, metaph. de Eo qui recens ad fidem Christianam accessit. Utitur hac voce Paul. 1 ad Tim. 3, (6.) ubi vult episcopum inter alia esse μὴ νεόφυτον. Ubi vet. Interpr. Græcam vocem retinuit: Erasmus autem interpr. Novitium. A quo etiam dicitur νεόφυτος esse Nuper natus aut insitus. Atque ita vocatum esse a Paulo Recens baptizatum, quod a baptismo censeantur Christiani. Sed si reddatur Nuper insitus, plantatus, dabitur verbo φύεσθαι nova signif. Cum tamen κατάφυτος itidem dicatur pro Consitus, sequi potius illos debemus, qui νεοφύτους vocari dixerunt Novitios in religione, quasi novellas plantas: (etiamsi gen. NEUTRO Νεόφυτον in VV. LL. extet pro Novella planta.) Chrysostomo νεόφυτος est * νεοκατήχητος. [Suicer. Thes. Eccl. Νεόφυτον, Novella planta, plantatio, LXX. Es. 5, 7. Job. 14, 9. Ps. 143, 13. 127, 4. * Νεοφυτεῖον, Gl. Novelletum: * Νεοφυτεία· Pastina. Hoc autem e * Νεοφυτεύω derivandum esset.]

[* Ὁμόφυτος, Theolog. Arithm. 50. Ast. Διὰ τὸ συγγενεστάτην αὐτὴν καὶ ὁμόφυτον εἶναι τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ (τὴν ἑβδομάδα,) nisi leg. ὁμόφυλον. * Πρωτόφυτος, Anal. 2, 211. ad Greg. Cor. 851. " Const. Manass. Chron. p. 76. 120." Boiss. Mss. " Jacobs. ad Meleagr. p. 14. Anth. 9, 138." Schæf. Mss.]

Ἀναφύω, Renasci facio, Rursum produco s. emitto. A Valla vertitur alicubi Refrutico. || Capitur etiam, et quidem frequentius, pro simpl. φύω, Produco, Emitto, Nasci facio, Edo in lucem. Apoll. Rh. (2, 1211.) ὃν γαῖ' ἀνέφυσε. || Ἀναφύομαι, pass. voce, Renascor, Rursum provenio, exorior: pro qua signif. citatur e Plut. Theseo (17.) Ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαί. Item pro simpl. φύομαι, Nascor, Enascor; et generaliter de quavis re pro Orior, Exorior, Oborior, Suborior. Theophr. (H. Pl. 8, 6, 1.) Ἅμα δὲ συμβαίνει καὶ πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν. Lucian. (2, 901.) Ἀναφύηται αὐτοῖς ἐπιθυμία τῶν ἀρίστων, Illis exortum vel obortum fuerit desiderium. Plut. Pericle, Ἀναφύονται δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, Exoriuntur, vel Suboriuntur. [" Valck. Phœn. p. 257. ad Herod. 227. Fischer. ad Palæph. 157. et Ind., Jacobs. Anth. 8, 155. ad Lucian. 2, 4. 183. Ἀνέφυν, Porson. Med. p. 22." Schæf. Mss. Opp. A. 5, 5. ἀνθρώπους ἀνέφυσε. * Ἀνάφυμι, Dio Cass. 42. p. 182.] " Ἀμφύω, Æolica et poëtica syncope pro " ἀναφύω." [* Ἀναφυὴ, Schleusn. Lex. V. T. * Ἀνάφυσις, ibid. " Josephi Hypomn. (73.) p. 160. Fabr. (τῶν τριχῶν.)" Schæf. Mss. Ælian. H. A. 12, 8. * " Ἀνάφυτος, Elleborus albus, Diosc. Notha 473." Boiss. Mss. * " Ἀντανάφυμι, Cyrill. Alex. Glaph. 1, 161." Mendham. Mss. * Ἐξαναφύω, Anal. 3, 2. " Orph. de Terræ M. 36." Schæf. Mss. * Ἐπαναφύω, Ælian. H. A. 10, 13. * " Προσαναφύω, Anna C. 352." Elberling. Mss. * Συνανάφυμι, s. * Συνα-

ναφύω, Clem. Alex. 648. Συνανέφυσαν τῷ πυρῷ. "Idem 754. Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 95." Kall. Mss. "Const. Manass. Chron. p. 54. * Ὑπαναφύω, 88." Boiss. Mss. "Philes p. 152." Schleusner. Mss. Ælian. V. H. 14, 4. * Ὑπεραναφύω, H. A. 10, 13.]

[* Ἀντιφύω, unde ἀντιπεφυκότων, Hes. ἐναντίως πεφυκότων.]

Ἀποφύω, Emitto surculum, item Sero, (si vulg. Lexicis credere dignum est,) unde ἀποπεφυκὼς, Exortus, Emergens. Et Ἀποφύομαι, Exorior. Sed in eo præsertim peccant VV. LL., quod φύω interpr. Sero, licet in quibusdam compp. verbal. interpretandis, pass. ejus participio utamur. Sonat certe ἀποφύω, q. d. Abnascor. Redditur tamen potius Adnascor, s. Agnascor, sicut et hinc deductum ἀποφυὰς a Gaza redditur Quod agnascitur. Est autem frequentior usus hujus NOM. Ἀποφυὰς, άδος, ἡ, quam illius verbi Ἀποφύω. Redditur alioqui ab Eod. et Appendix. In VV. LL. ἀποφυάδες, Adnata, i. e. Adnascentes ramuli ramis majoribus. Vide Παραφυάς. Afferunt præterea ex Aristot. Τὰς ἀποφυάδας ἀπακοντίζει, pro Spicula agnata ejaculatur. Ex Eod. Ἀποφυάδας τῶν ἐντέρων pro Appendices intestinorum. [Theophr. H. Pl. 1, 6, 6. 7, 2, 5. et 8. Fr. 13, 2.] Alterum autem VERBALE Ἀπόφυσις est Pars ossis extuberans. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς ἐπιφύσιος, quod hæc veluti quiddam sit ossi adnatum, nec tamen sit ossis cui adnatum est portio: ἀπόφυσις vero, Pars sit totius ossis productior et eminens, nihilque a reliquo osse differens, quam quod tuberculi s. gibbi instar ex osse procedit. Ea autem in quibusdam ossibus simplex est, ut in radio: in aliis multiplex, ut in utraque parte brachii, cubiti, femoris, tibiæ, in gena inferna, sphenoide, occipite, osse frontis, temporum, omoplata, et vertebris omnibus. Usus autem varius est, alibi ad tutandas articulorum insertiones, alibi ad firmanda capita musculorum, vel ad munimentum nervorum et reliquorum vasorum, ut docuit Gal. (4, 9.) Qui Græca in Latinum verterunt, ἀπόφυσιν Processum, Excessum, Explantationem, Additamentum subinde interpr. Dicitur et alio nomine in quibusdam ossibus ἔκφυσις. Gorr. [Theophr. H. Pl. 6, 4, 4. Πολυκάλαμον εἶναι καὶ ἀποφύσεις ἔχειν: 6, 5, 4. Ἀποφύσεις ἀφεμένη εἰς τὰ πλάγια: 8, 2, 3. καυλῶν.] Ἀποπέφυκα ponitur in alia etiam signif. in qua ἀπὸ Privandi vim habet. Eam Hesych. minime prætermisit: ἀποπεφυκέναι enim dicit esse ἀλλοτρίας φύσεως εἶναι. Synes. ita usus est, scribens in quadam Ep. Νῦν δὲ ἀδικούμενοι φίλοι βιάζονταί με μεταποιεῖσθαι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως πρὸς ἣν ἀποπεφυκὼς οἶδα, i. e. A qua me natura abhorrere scio, vel alienum esse, A qua naturam meam abhorrere scio, s. alienam esse. Nam si reddis, Ad quam me natura non satis aptum, vel, Ad quam natura ineptum, retines quidem præp. Græcam, sed minus significanter loqueris. "Ἀπόφυμι, i. q. ἀποφύω: unde "infin. ἀποφῦναι, quem Hes. exp. διαστῆναι." [Theophr. H. Pl. 1, 6, 4. C. Pl. 4, 8, 5.]

Διαφύω, Internascor. Sed ipsum potius præteritum διαπέφυκα hanc signif. sequitur. Unde διαπεφυκὸς partic. Quod est internatum, Quod natum est inter, ut ap. Theophr. C. Pl. 3, (7, 9.) Ἐν δὲ τῇ διακαθάρσει τά τε μὴ κάρπιμα διαιρετέον, καὶ ὅσα τῶν ἑτέρων τὴν αὔξησιν ἀφαιρεῖται, καὶ ὅσα διαπέφυκε. Affertur ex Eod. Διαπεφυκότα ἀφαιρέτεον ἐν τῇ διακαθάρσει, Nata inter brachia arborum. Quidam interpr. Pullulantia inter. Bud. pass. quoque διαφύεσθαι ex eo affert pro Enasci, Oriri, de herbis satis. In VV. LL. διαφύω redditur Inhæreo. Cui interpretationi subjungitur hic locus Herodoti, Οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ, ita redditus ab Interpr. Non ita multo interjecto tempore. Sed addunt, χρόνος διέφυ, videri potius reddendum, Tempus erupit. Ego vero, si mendo caret hæc scriptura, crediderim διέφυ dici quasi διαφυὴν ἔσχε accipiendo pro Intervallo, licet alioqui ne hoc quidem διαφυὴ de re hujusmodi usurpari existimem. Hes. διαφῦσαι exp. διελεῖν. Observa autem illud διέφυ tanquam a THEM. Διάφυμι. ["Inhæreo, Plut. 8, 215. Dione 12.

A Διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. Musgr. Ion. 778. Jacobs. Anim. 202. Anth. 7, 313. ad Plut. 6, 178. Hutt. Crusius ad Suet. 398. Διαπεφυκέναι τινὸς, Addictum esse alicui rei, Aliquid perspectum habere, Toup. Cur. Poster. in Theocr. Præf.; cf. Wyttenb. Select. 431." Schæf. Mss. Philostr. Icon. 2, 33. Διαπέφυκεν ἀλλήλων. Theophr. H. Pl. 3, 17, 2. Ὅταν ἤδη διαφύηται ἐν τῷ ὕδατι: 7, 13, 3. Βραδύτερον δ. ὅσα δυσφυῆ: C. Pl. 2, 17, 7. Διαφύεσθαι καὶ διαβλαστάνειν.] Διαφυὴ, ἡ, Interstitium inter artus, Intervallum. Plato Phædone (§. 47.) Καὶ τὰ μὲν ὀστᾶ ἐστὶ στερεὰ, καὶ διαφυὰς ἔχει χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, Interstitia, Intervalla artuum, Discrimina, Bud. subjungens et e Plut. (Cicer. 1.) de Cic. Κἀκεῖνος ἐν τῷ πέρατι τῆς ῥινὸς διαστολὴν ἀμβλεῖαν εἶχεν, ὥσπερ ἐρεβίνθου διαφυήν. [Rima, Fissura, Diod. S. p. 31. "Ad Eund. 1, 181. 347. et Ind. Villois. ad Long. 29. Wakef. S. Cr. 4, 67." Schæf. Mss. Theophr. Fr. 2, 63. Ἡ φλὲψ τῆς Σαμίας γῆς διαφυὴν ἔχει διὰ μέσου, καὶ ἡ δ. βελτίων ἐστὶ τῶν ἔξω. Xen. K. Ἀ. 5, 4, 29.
B Κάρυα οὐκ ἔχοντα δ. οὐδεμίαν. Διαφυὴ, * Διαφυὰς, Schæf. ad Longum p. 335. Lobeck. Phryn. 497.] Dicitur ETIAM Διάφυσις hac in signif. quod tamen et aliter redditur, sc. Fissura, Rima, Res intercurrens et discriminans. Gaza ap. Theophr. vertit Discrimen, Septum, Septum medium, Rima. Aristot. H. A. 6, 3. fin. Τὰ δὲ δίδυμα τῶν ᾠῶν δύο ἔχει λεκίθους, ὧν τὰ μὲν διείργει τοῦ μὴ εἰς ἄλληλα συγκεχύσθαι τὰ ὠχρὰ, τοῦ λευκοῦ λεπτὴ διάφυσις· τὰ δὲ οὐκ ἔχει ταύτην τὴν διάφυσιν, ἀλλὰ συμψαύουσιν: quæ Gaza ita vertit, Ova gemina binis constant vitellis: qui ne invicem confundantur, facit in nonnullis prætenue quoddam septum albuminis medium: aliis vitelli contactu mutuo sine ullo discrimine junguntur. Apud Diosc. de ebeno arbore, Διαφύσεις λευκὰς ἔχει, quidam interpr. Candidas habet Venas, Lineas, Segmenta, Intervalla, Pectines, Pectinum modo divisiones, Maculas. Ego malim, Intercurrentes lineas, aut Discriminantes, aut tale quid. Nisi voce illa Intervalla contenti esse velimus. Διάφυσις ab Hip-
C pocr. vocatur In commissura genu corpus quoddam νευροχονδρῶδες, quod in media commissura eminet, et processus femoris, qui in tibiam inseruntur, distinguit: ut annotat Gal. Comm. 2. εἰς τὸ περὶ Ἀγμῶν. Gorr. [Theophr. H. Pl. 4, 8, 7. 8, 1, 6. Lobeck. l. c. "Heringa Obs. 108." Schæf. Mss. "Διαφύσεις νευρώδεις appellavit Hierophilus τὰ πέρατα τῶν ἐπὶ τοῖς στόμασι τῆς καρδίας ὑμένων, δι' ὧν συμφύονται καὶ συνδοῦνται πρὸς τὴν καρδίαν, Gal. de Dogm. Hippocr. et Plat. 1, 8." Gataker. Mss.]

Ἐκφύω, Gigno, Produco, Edo, sicut et φύω, ac de iisdem, de quibus et hoc. Aristot. de Mundo, Ἡ γῆ κατὰ καιρὸν ἐκφύει πάντα, Omnia suo tempore edit. Theophr. H. Pl. 6, (4, 2.) Ὁ δὲ ἀσφάραγος ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρόν. Lesbonax, Ὁ δὲ υἱούς τε ἐφύτευσε καὶ ἐξέφυσε. Ubi tamen non immerito aliquis additum esse posterius istud miretur. At PRÆT. Ἐκπέφυκα redditur passivo vel neutro verbo, Editus s. Enatus s. Ortus sum, Extiti. Ex
D Eur. (Alc. 326.) ἐκπεφυκέναι μητρὸς pro πεφυκέναι ἐκ μητρὸς, Natum esse e matre. E Diosc. autem affertur, Ἐκπέφυκεν ἀπὸ κλωνίων, pro Exit a ramulis; sed malim, Oritur e ramulis, Enascitur, reddendo itidem per præsens. Invenitur autem et AOR. 2. Ἐξέφυν, eund. usum habens quem ἐκπέφυκα in illo Eur. loco, cum dicit Soph. (Aj. 1304.) μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, Natus es e matre Cretensi, Natus es matre, sine præp. Vel, Matre Cretensi prognatus es. Sic ap. Eund. (487.) ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς, Nata sum e patre libero. Simul autem observa ἐξέφυν tanquam a THEM. Ἔκφυμι. ["Eur. Phœn. 8. Fischer. Ind. Palæph. Wakef. Ion. 2. De matre, Porson. Phœn. 34. Ἐκπέφυκα, aet., Boiss. Philostr. 475. Ἐκφῦσαι, ἐκφῦναι, Musgr. Tro. 765." Schæf. Mss.] Ἐκφυὰς, άδος, ἡ, sicut ἀποφυὰς, Res quæ alii adnata est, ita ut sit velut appendix: unde redditur Appendix. Sonat tamen potius Res quæ ex alia nata est. Aristot. de Part. Anim. 3, 14. Οἱ δὲ πολλοὶ (τῶν ἰχθύων) παρὰ τὴν κοιλίαν ἐκφυάδας (ἔχουσι) πυκνὰς, ἵν'

ἐν ταύταις ὥσπερ ἐν προλακκίοις θησαυρίζοντες συσσήπωσι καὶ πέπτωσι τὴν τροφήν: quæ Gaza ita vertit, Major autem numerus appendices juxta ventrem frequentes obtinet, ut in iis quasi lacunis cibum conditum macerent atque concoquant. Quibus subjungit Aristot. Ἔχουσι δ' ἐναντίως οἱ ἰχθύες τοῖς ὄρνισι τὰς ἀποφυάδας, Sed pisces, contra quam aves, eas appendices sitas habent. AT VERO Ἐκφυὴς huc pertinentem signif. non habet. Redditur enim in VV. LL. Ingenio præstans; et ita ad classem derivatorum a φυὴ referendum fuerit. Sonabitque ἐκφυὴς (si vera est ista quæ illi datur signif., sed ἀμαρτύρως) quasi quis dicat, Qui extra naturam est, i. e. Qui tanto ingenio præditus est ut id consuetum naturæ modum velut egrediatur. [Plut. Mario p. 744. HSt. "Thom. M. 381." Schæf. Mss. *Ἐκφυῶς, Appian. 1, 863. Ἐκφ. ὀχυρωτάτη πόλις.] Ἔκφυμα, τὸ, exp. ἐξάνθημα, quod vide suo loco, [Hippocr. de Insomn. 377. ult.] Ἔκφυσις, q. d. Enascentia. Redditur alioqui Exortus, Ortus, Germinatio, Eruptio, Eruptio germinantium post sementem, a Gaza. Theophr. H. Pl. 8, 11. Σπέρματα ἄριστα πρὸς ἔκφυσιν καὶ σποράν. Aristot. de Mundo, Δένδρων ἐκφύσεις, Arborum enascentium incrementa. E Diosc. autem l. 4. affertur, Ἐκφύσεις πολλὰς ἔχουσα ῥίζα, pro Radix multis capillamentis fibrata. Ἔκφυσις, Galeno de Usu Partium, Exortus intestinorum, quem e pyloro intestinum excipit: et ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον vocant. Unde ap. Hes. post Ἔκφυσις, βλάστησις, reponitur, ἔντερον, ἐνίοις πυλωρός. Ἔκφυσις, inquit Gorr., est Intestinum a ventriculo pronum. Id ventriculo conjunctum est, nec protinus in circumvolutiones reflectitur, prius quam iis locum præbuerit, quæ in medio inter ventriculum et jejunum spatio locari necesse erat. Itaque cum intestinorum propria videatur esse circumvolutio, quidam ipsam ἔκφυσιν non dignantur intestini nomine, sed vel simpliciter ἔκφυσιν, vel ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον, vel absolute ETIAM Δωδεκαδάκτυλον appellant, quod duodecim fere digitorum longitudinem æquet. Sunt vero et qui non totum eum processum ἔκφυσιν appellandum censent, sed ipsius tantum orificium quo dependet a ventriculo. Ceterum ad hoc intestinum meatus defertur qui bilem ipsam ex hepate in ipsum dimittit. At in osse ἔκφυσις dicitur i. q. ἀπόφυσις. Ἔκφυσις active etiam, Generatio, Procreatio, VV. LL. absque exemplo. [Theophr. H. Pl. 7, 4, 3. 7, 8, 5. 8, 1, 5. 8, 4, 4. C. Pl. 4, 3, 1. 4, 8, 2. "Valck. Phœn. p. 641. Diatr. 128. Toup. Opusc. 2, 271. Append. in Theocr. p. 16. Thom. M. 315. Wakef. Phil. 698. Jacobs. Anth. 9, 497." Schæf. Mss. *"Ἔκφυτος, Athan. 1, 215. sed al. leg. ἔμφυτος: Dionys. Areop. 105. Ἔκφυτος τῆς θεσμοθεσίας, A lege abhorrens: (melius * ἔκφυλος?) * Ἀντεκφύω, Andr. Cr. 146." Kall. Mss. * Συνεκφύω, Philostr. Icon. 2. p. 851. * "Ὑπεκφύω, Emitto, Philes Anim. p. 14. gryphus ὄνυχας ὑπεκφύει, Unguibus armatus s. per naturam instructus est." Schleusner. Mss.]

Ἐμφύω, Ingenero. Apud Hom. Od. X. (348.) dicit Phemius cantor, Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν: Ingeneravit animo meo, Insevit animo meo s. menti meæ, sicut ap. Horat. Natura alicui vitia insevisse dicitur. Xen. (Ἀπ. 1, 4, 7.) Τὸ δὲ ἐμφῦσαι μὲν ἔρωτα τῆς τεκνοποιΐας, ἐμφῦσαι δὲ ταῖς γειναμέναις ἔρωτα τοῦ ἐκτρέφειν. Sic ἐνέφυσαν quidam interpr. Ingenerarunt, Indiderunt, in hoc disticho, quod extat ap. Athen. (337.) Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν, χὠ νόος ἐκπέταται. Sed de alia interpr. dicam infra. HINC Ἐμπεφυκέναι dicitur aliquid Ingeneratum s. Ingenitum esse, Innatum esse s. Insitum. Eur. (Iph. A. 839.) πᾶσιν ἐμπέφυκε τόδε, Id omnibus insitum est, ab ipsa natura est inditum. Sic et PASS. Ἐμφύομαι, Ingeneror, Innascor, Plut. in Colot. Ὧι μόνῳ ψεῦδος ἐμφύεται καὶ ἀπάτη. Quam signif. sequitur verbale NOM. Ἔμφυτος, Ingenitus, Innatus, Insitus, A natura insitus s. inditus. Redditur et Naturalis, ut Suidæ ἔμφυτον est τὸ ἐκ φύσεως: cui expositioni μῖσος ἔμφυτον subjungit, Διὰ τὸ προϋπάρχον αὐτῷ μῖσος ἔμφυτον. Exposuerat autem ἔμφυτον, et voce ἐγκάρδιον. Apud Dem. legimus itidem ἔμφυτον ἐπιθυμίαν, (1389.) Οἱ γὰρ τὴν ὑπάρχουσαν πᾶσιν ἔμφυτον τοῦ ζῆν ὑπερεῖδον ἐπιθυμίαν. Apud Eund. (295.) legimus, Οὐκ ἦν ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφυτα. ["Bergler. ad Alciphr. 128. ad Diod. S. 1, 301. ad Herod. 735. ad Charit. 635. 656. Luzac. Exerc. 30. T. H. ad Plutum p. 112." Schæf. Mss. Æschin. Dial. Socr. 2, 19. Phot. Bibl. Cod. 114. χάρις. * "Ἐμφύτως, Clem. Alex. 612. Andr. Cr. 316." Kall. Mss.] Invenitur autem et ADJ. Ἐμφυὴς, i. declarans q. ἔμφυτος: si quidem verum est quod Eust. scribit, sc. ἐμφυὲς ἦθος esse ap. Pind. (Ὀ. 11, 20.) τὸ ἐμπεφυκὸς καὶ φύσει ὄν. ["Bibl. Crit. 2, 2. p. 102." Schæf. Mss. Julian. Ep. 24. * "Ἐμφυῶς, Greg. Naz. Carm. p. 11., si vera est lectio." Kall. Mss.]

Ἐμφῦναι aor. 2. tanquam a THEM. Ἔμφυμι, (sicut φῦναι tanquam a Φῦμι,) itidemque PASS. Ἐμφύεσθαι, Inhærere, Amplexum inhærere. Cur autem ita malim quam simpliciter Amplecti, docebo mox. Hom. Od. O. (529.) et alibi, Ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί: ubi jungenda est præp. cum φῦ, ut sit ἐνέφυ. Quod non animadversum est in VV. LL., ubi postquam φῦ dictum est significare Adhæsit, et Attigit, affertur ille locus, eique subjungitur et hæc expositio, Tetigit s. Apprehendit illum manu, Amplexus est. Quibus additur, esse a verbo φῦμι, per abjectionem incrementi. At ego illam quidem interpr., qua redditur Tetigit, Apprehendit, minime probo. Sed nec Amplexus est, Adhæsit, reddiderim: verum utrumque conjungendo, Amplexus adhæsit, inhæsit, e Virg. Hunc enim mihi persuadeo ad illa Homerica verba respexisse, cum hunc versum scripsit Æn. 8. Accepitque manu, dextramque amplexus inhæsit. Quod si quis de eo quod dixi dubitat, sc. jungendam esse præp. cum φῦ, ut sit ἐνέφυ: Eustathii, ut alios omittam, testimonio probari potest, qui in hunc versum Il. Z. 253. Ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε, annotat ἐμφῦναι χειρὶ significare hic quoque χειρὸς λαβέσθαι, καὶ στερεῶς αὐτῆς ἅψασθαι: atque esse quodammodo simile illi, ἐμφῦναι χείλεσιν. In similem autem vel potius eund. versum Il. Σ. (384.) annotat ἐμφῦναι χειρὶ esse φιλικὸν, et eo declarari δεξιώσασθαι. At vero in hunc, qui legitur Od. A. (381.) οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, Τηλέμαχον θαύμαζον ὃ θαρσαλέως ἀγόρευε, scribit, ἐμφῦναι esse ἅψασθαι γενναίως, καὶ ἐμπλακῆναι, et velut εἰς ἓν γενέσθαι: quemadmodum cum quispiam polypum dicit petræ ἐμφῦναι, aut puerum collo matris. Sic etiam ἐμφῦναι χειρὶ, esse χειρὶ χειρὸς ἅψασθαι. Illud igitur, ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες poni pro ἐμπλακέντες μετὰ δαγμοῦ τοῖς χείλεσι, i. e. ἐνδακόντες τὰ χείλη: quem gestum, θάμβους et ἀπορίας indicem esse addit. Legitur porro ap. eund. Poëtam et præt. tem. PARTIC. Ἐμπεφυυῖα hac in signif. Il. A. 514. Θέτις δ' ὡς ἥψατο γούνων, Ὣς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, ubi annotat idem Schol. PRÆT. Ἐμπεφυκέναι, sicut et ἐμφῦναι, esse ἐγκρατῶς καὶ δυσαποσπάστως δράξασθαι: et ita polypum dici ἐμφύεσθαι τῇ πέτρᾳ. Sic, inquit, Thetis dicitur τοῖς γόνασι τοῦ Διὸς ἐμπεφυυῖα εἶναι. Quin etiam aliquis χερσὶν ἐμπέφυκεν, cum χειρὸς χειρὶ δράξηται. Itemque χείλεσιν ὀδὰξ ἐμφύεται, cum dentibus ἐνδάκῃ τὸ χεῖλος. Et paucis interjectis, Etymologia τοῦ ἐμφῦναι, inquit, talis est qualis τοῦ συμφῦναι. Siquidem ἐμφῦναι videtur esse εἰς ἓν φῦναι, et velut μίαν φυὴν unum fieri cum altero, ἐν τῷ στερρῶς δράξασθαι, ita ut non videantur ἅπτεσθαι, sed προσπεφυκέναι, i. e. κατὰ φύσιν ἡνῶσθαι, aut φύσει ἓν εἶναι: ut dicitur, τρίχες κρανίῳ ἐμπεφύασι. Quos Eustathii locos libuit in unum colligere, ut alter alteri lucem afferret, vel potius ut alter alterum confirmaret. Sunt porro diligenter observanda duo illa exempla quæ affert verbi ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι, in quibus possunt itidem reddi Virgiliana illa voce Inhærere. Nec enim dubium est quin ut dicitur puer τῷ τραχήλῳ τῆς μητρὸς ἐμφῦναι, ita dici queat Collo matris inhærere, cum etiam Humeris abeuntis inhærens, dixerit Ovid. At polypum ἐμφῦναι πέτρᾳ reddere possumus e Plin. Adhærescere. Quod vero attinet ad tertium illud exemplum, τρίχες κρανίῳ

ἐμπεφύασι, malim, ut hic ἐμπεφύασι ponitur pro φύσει ἔνεισι, sic et in ceteris ll. ἐμφῦναι exponere φύσει ἐνεῖναι, quam altero modo, quippe qui nescio quid longius petitæ subtilitatis habere videatur. Nihil certe magis adhæret quam quod natura insitum est. Invenitur porro et PASS. Ἐμφύεσθαι ap. hunc Poëtam usum eund. habens, in ultima Od. rhapsodia, (409.) Ὣς δ' αὐτῶς παῖδες Δολίου κλυτὸν ἀμφ' Ὀδυσῆα Δεικανόωντ' ἐπέεσσι, καὶ ἐν χείρεσσι φύοντο, ubi annotat idem Schol. positum hic esse κατ' εὐθὺ, quod alibi ὑπερβατῶς positum sit, cum dicit, Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί: sic tamen ut ne hic quidem sit φράσις συνήθης: siquidem τὸ κοινότερον esse ἐνεφύοντο χείρεσσιν. Hanc certe pass. vocem ἐμφύεσθαι, in soluta oratione multo frequentiorem esse puto quam ἐμφῦναι. In VV. LL. e Plut. Camillo (35.) Ἐμφυομένων αὐτοῖς τῶν Σουτρίνων, Eos amplectentibus Sutrinis. Ex Ejusd. Fab. Ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις, καὶ κατεφίλουν, Amplexi invicem jungebant oscula. Sed malim, Sibi impliciti hærebant. Tale est ap. Ovid. Implicuitque suos circum mea colla lacertos, τῷ ἐμῷ τραχήλῳ ἐνεφύετο. Apud Eund. Colla nectuntur lacertis, item cinguntur, aut circumdantur. Sed et Brachia vincta collo dixit Idem, quod paulo etiam magis verbi ἐμφῦναι vim exprimere videtur. Jam vero ut dicimus Gallice, metaphora utentes, S'attacher à quelque chose, sic etiam ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι nonnunquam metaphoricum hunc usum obtinet. Plut. de Def. Orac. Ἀγαπητῶς ἐμφύεσθαι τῷ ῥήματι. || Ἐμφύω quoque hanc τοῦ ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι signif. aliquando sequitur, si quidem iis credere velimus, qui in illo versu quem antea protuli, Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, volunt οὐκ ἐνέφυσαν significare, Non ita indiderunt ut adhæresceret. Sed ego non video quid obstet quominus simpliciter reddamus Ingeuerarunt, vel Inseverunt, sicut Insevisse vitia dicitur natura ab Horat. Sic ἔμφυτος, Insitus, uti dixi. [" Ἐμφύω, Wakef. Ion. 909. Heyn. Hom. 5, 245. 430. Boiss. Philostr. 475. Plut. Alex. p. 38. Schm., Bast Lettre 131. Toup. ad Longin. 357. Opusc. 1, 383. Lobeck. Aj. p. 384. Schol. ad Il. 22. p. 38. Valck., Wessel. ad Herod. 238. 735. Ilgen. ad Hymn. 450. Ἐμφυῇ, Xen. Hier. 7, 3." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 10, 19. Ἐμφ. τοῦ ῥήγματος, ὅπερ ὁ ἔχις: 14, 18. τοὺς ἐμπεφυκότας ὀδόντας. Eur. Iph. A. 839. Πᾶσιν τόδ' ἐμπέφυκε. Theophr. H. Pl. 1, 10, 7. Ὥσπερ ἐμπεφυκότα μίσχον: C. Pl. 5, 15, 4. Ἐμφυόμενα καθάπερ ὁ κιττός. * Ἐμπεφυκότως, Timæi Lex. Plat. 47. v. Ἀπρίξ. " Schol. Theocr. 15, 68." Boiss. Mss.]

Ἔμφυσις, Ingeneratio, Ipsa actio ingenerandi, [Æschylus Plutarchi 10, 474.] At de Ἔμφυτος dictum est supra.

[* " Διεμφύομαι, Procl. ad Hesiod. Ἀ. 349. p. 100. Heinrich." Schleusn. Mss.] Ἐνεμφύομαι, Innascor, Ingenitus sum, cum dat. VV. LL. [ex Aldina Ed. Herodoti 3, 80. Φθόνος ἀρχῆθεν ἐνεμφύεται ἀνθρώπῳ, sed vera scriptura est ἐμφύεται. * Μετεμφύομαι, unde] " Μετέμφυτος, quod ex Epigr. affertur pro Insitus. " Potius est Ex uno in aliud insitus." [" Cyllen. 1. Jacobs. Anth. 10, 250." Schæf. Mss.] " Παρεμφύομαι, Juxta s. Præter innascor: unde παρενεφύετο, " quod e Luciano (8, 313.) affertur pro Juxta pullu- " lavit."

Ἐπιφύω, Insuper produco s. edo. Sed major usus est præt. ἐπιπέφυκα, et quidem signif. neutra: unde ἐπιπεφυκὼς ap. Diosc. 4, 249. de chamædaphne, Καρπὸν δὲ (ἀνίησι) περιφερῆ, ἐρυθρὸν, τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα, ubi quidam interpr. Fructum emittit foliis innatum et adhærentem: Ruell. Annexum foliis: ἐπιπεφυκὼς a Plat. pro Agnatus s. Innatus, poni testatur Bud. Idem particip. PASS. Ἐπιφυεὶς exp. Agnatus, Post natus, ap. Greg. Naz. Ὃς πολλοῖς τοῖς ἐγγύθεν γενομένοις ἐπιφυεὶς, πάντας φιλανθρώπους ἀπέδειξε. At ἐπιφυέντες pro Complexi, Cohærentes, [In hostes incitati et illati,] in VV. LL. ex 2 Macc. 15, (17.) Ibid. affertur et THEMA Ἐπίφυμι pro Adnascor, Exto: unde sit ἐπιφὺς, Qui extitit. At de ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ, quod ap. Synes. legitur, dicam mox in Ἐπιφύομαι. || Ἐπιφύομαι, Insuper nascor, q. d. Supernascor. Redditur et Adnascor, Accresco. Interdum vero est Adhæreo, Adhæresco. Plut. (6, 19.) Καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι παραινέσαιμεν; Suidas locum quendam affert, in quo ἐπιφυόμενος exp. περιπλεκόμενος: quæ signif. illi vicina est. Verba autem illius loci sunt hæc, Τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος, ἐδεῖτο βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι. Ubi animadverte duplicem dat., sicut ap. Hom. habet verbum ἐμφῦναι, quoties dicit, Ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. Nec video quid obstet quin itidem illam exp., quæ huic ἐμφῦναι datur, illi ἐπιφύεσθαι tribuamus. Idem porro Suid. ἐπεφύοντο exp. κατήρχοντο, et ἐπεχείρουν, in hoc, quem subjungit, loco, Νυκτὸς γενομένης, ἐπεφύοντο τοῖς δυσίν. Idem in alio exp. ἐπιχειρῶ. Cujus usus exemplum et Bud. afferens, Ut Græci, inquit, ἐπιφύομαι pro ἐπιχειρῶ et Invado, sic nos Adorior dicimus. Greg. Naz. de Spir. Sancto, Μή μοί τις ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων: in Athan. Καὶ τοῖς κουφοτέροις ἢ δειλοτέροις ἐπιφυόμενος. Plut. (8, 774.) Ὅπερ οὖν εἰκὸς τοῦ λόγου λεχθέντος ἐπεραίνετο, τῶν μὲν, ἐπιφυομένων τῷ δόγματι, τῶν δ' ὑπερδικούντων. Ex Eod. affert in Pompeio (51.) Ἐπιφυομένου δὲ Πομπηΐῳ Μαρκελλίνου, ubi exp. etiam, In Pompeium insurgente. Ex Eod. in Antonio (58.) Ἐπεφύετο δὲ τῶν γεγραμμένων μάλιστα τῷ περὶ τῆς ταφῆς, ubi reddit Accusabat. Sed hujusmodi interpretatio vim Græcæ vocis nullo modo exprimit. Perinde enim est ac si dicas Gallice, Il s'attachoit principalement à ce point là: quod certe verbum nostrum similem etiam metaphoram habet. At Latine dixeris, sed non servata itidem metaph., Hoc urgebat maxime. Nec tamen nego aliquam interim Accusandi signif. s. Reprehendendi verbo illi subesse, adeo ut ita etiam reddi fortasse queat, Inter illa quæ reprehendebat s. accusabat, hoc urgebat maxime. Eodem sane modo quo hic dicitur ἐπιφύεσθαι scripto alicui, sic ab Eod. dici ἐμφύεσθαι τῷ ῥήματι, videbis supra in Ἐμφύομαι, ubi admonui itidem de illa Gallica voce S'attacher. Jam vero et ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ Idem ap. Synes. vertit Infestantibus Cyrenem, et impetentibus, ubi ille scribit, Σπαράττεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐνδεικτῶν κακῶς ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ. Sed non video quid obstet quominus ἐπιφύντες τῇ Κυρήνῃ sint οἱ ἐπιπεφυκότες, s. οἱ ἐπιφυέντες, eod. modo quo habuimus paulo ante e Greg. Naz. Ὃς πολλοῖς τοῖς ἐγγύθεν γενομένοις ἐπιφυείς. [" Plut. Mor. 1, 20. ad Charit. 297. (704.) Diod. S. 2, 631. Plut. Alex. 132. Schm., Wyttenb. Select. 258. 302." Schæf. Mss. Polyb. 12, 11. Ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ.]

Ἐπίφυσις, Accretio, Accrementum. Theophr. H. Pl. 1, 1. Ἀεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει τὰ δένδρα κατ' ἐνιαυτὸν, ὁμοίως ἔν τε τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰς ῥίζας, ubi ἐπίφυσιν λαμβάνει e Colum. redditur Capiunt incrementum. Est ἐπίφυσις et Quod agnascitur, ut inquit Bud., qui etiam subjungit ex Athen. (357.) Ὅσα τραχεῖαν ἔχει τὴν ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος, de iis piscium generibus quæ σαρτὰ vocantur, sunt autem in numero τῶν ταριχηρῶν. At VERO Ἐπιφυάδες pro Propagines e Theophr. [H. Pl. 1, 6, 6.] in VV. LL. || Ἐπίφυσις ap. Anatomicos, Unitio ossis cum altero osse, quasi os unum alteri innatum sit. In epiphysi enim ossa in se mutuo subeunt, quo securius uniantur, et fere ad ossis alterius finem portio hæc majoris ossis per ἐπίφυσιν agglutinatur, tanquam natura sui oblita os brevius fecerit, quod deinde epiphysi addita producat atque perficiat. Ceterum quid ἐπίφυσις differat ἀπὸ τῆς ἀποφύσεως, Gal. de Ossibus annotavit, scribens, ἀπόφυσιν Totius ossis partem esse; ἐπίφυσιν vero, non esse Partem ossis, sed Aliquid ossi adnatum. Hæc et plura Gorr., quem consule. [" Apoll. Dysc. 81. ad Lucian. 1, 299. Wakef. S. Cr. 5, 89. Bast Lettre 51." Schæf. Mss.]

[* Παρεπιφύω, Achill. Tat. 1, 15.] " Προσεπιφύο- " μαι, Insuper adnascor, Bud." [" Clem. Alex. 488." Wakef. Mss.]

[* " Καταφύω, Plut. Opp. Mor. sect. 442. T. 2. p. 808. Wytt. Τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε." Seager. Mss. Καταφύομαι, unde] " Καταφυὲν, Hesychio γεννηθὲν, Genitum, Or-

"tum." [Κατέφυ, Eid. ἐγεννήθη. Κατεφύοντο, Photio κατέτρεχον. * "Κατάφυσις, Psyllium, Diosc. Notha 467." Boiss. Mss. Κατάφυτος vide supra.]

[Μεταφύω, Postea nascor, Hippocr. de Carn. 251. sed leg. μεταφύντες pro μεταφύοντες.] "Μεταφύομαι, Transformor, Naturam muto, Plato Tim." [* Μετάφυμι, unde μεταφῦναι, Suidæ et Photio μεταπλασθῆναι: cf. Philostr. 19. 781. Boiss. 190.]

Παραφύω, q. d. Adgenero, i. e. Genero juxta, s. Gigno, aut Edo, vel Produco. Bud. pro ἐκφύω poni testatur a Theophr. H. Pl. 3. Πλὴν οὐδ' οὗτός γε ἐκ τοῦ πλαγίου παραφύει: 7. Πλὴν ἡ μὲν, ἀπογηράσαντος τοῦ πρώτου, πάλιν ἄλλο καὶ ἄλλο παραφύει· καὶ τοῦτο ποιεῖ παρ' ὅλον τὸν χειμῶνα. Vocis autem PASS. Παραφύομαι, exemplum extat ap. Diosc. 4, 83. ubi περὶ μυκήτων scribit, i. e. de fungis, Ἡ γὰρ ἥλοις κατιωμένοις, ἢ ῥάκεσι σεσηπόσιν, ἢ ἑρπετῶν φωλεοῖς παραφύονται, ἢ δένδρεσιν ἰδίως βλαπτικοὺς φέρουσι τοὺς καρποὺς, Adnascuntur, Agnascuntur, ut alii scribere maluerunt, aut Nascuntur juxta. Interdum vero sine dat. ponitur παραφύομαι, veluti cum dicitur παραφυόμενος δάκτυλος, Qui adnascitur, ut Plin. utitur hoc verbo, ita inchoans cap. 52. l. 11. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Sic ὀδόντες παραφυόμενοι. Sed interdum additur et hic dat., ut cum scribit Gal. Τινὰ δὲ πλεονάζει, καθάπερ ἕκτος δάκτυλος, αἵ τε ἐξοστώσεις καλούμεναι, καὶ τῶν ὀδόντων οἱ παραφυόμενοι τοῖς κατὰ φύσιν. Sic certe τὸν ἕκτον δάκτυλον dicemus παραφύεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν. Sed παραφύεσθαι dicuntur et quæ præter naturam nascuntur, q. d. παρὰ φύσιν φύεσθαι. Vide Παράφυσις. [Theophr. H. Pl. 3, 17, 3. Παραφύεται καὶ ἀναβλαστάνει. "Ælian. V. H. 196." Wakef. Mss. * "Παραφυὴς, (Propago,) Aristot. Rhet. 1, 2, (15.) Συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι." Seager. Mss.] Παραφυὰς, άδος, ἡ, Quod agnascitur arbori, Soboles adfruticans, Bud. Sunt παραφυάδες s. παραφύσεις (quæ et παραβλασταὶ, nec non παραβλαστήματα) Plinio Adnata, aliisque Adnascentia, s. Appendices, atque in plantis ramuli, qui justo germini agnascuntur et succrescunt, quasique proles nova atque ascititia e caule sponte pullulant. Quod si ab radice, potius Stolones Latine dicuntur, quæ ipsi Plinio sunt inutilis fruticatio. Ita VV. LL. Philo de Mundo, Τούτου τοῦ ἔρνους παραφυάδες οἱ εἰρημένοι βλαστοὶ, ubi quidam interpr. Soboles adfruticans. Sing. num. παραφυὰς ap. Theophr. (H. Pl. 2, 2, 4.) Ἁπάντων δὲ ὅσων πλείους αἱ γενέσεις, ἡ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἀπὸ παραφυάδος. Sunt qui et ἀποφυάδα nihil aliud esse putent quam παραφυάδα. ["Julian. 384." Boiss. Mss. "Jacobs. Anth. 12, 356. Wakef. S. Cr. 2, 105." Schæf. Mss. Aristot. Nicom. 1, 4. sed ap. Eund. de Part. Anim. 3, 10. παραφυάδες Schneidero vitiosum videtur. * Παραφυάδην, Lex. Upsal. ined. in Aurivilii Disq. de Gloss. Gr. Ms. in Bibl. Reg. Acad. Upsal. asservatis (Upsaliæ 1821.) P. 3. p. 24. Ῥάδαμνος· βλαστὸς, κλάδος, τρυφερὸς παραφυάδην ἢ — τὸ ἄνθος.] Παράφυσις, Agnatio. Et παραφύσεις, quæ Plin. Agnata membra vocat. Gaza ap. Aristot. Agnationes vertit, VV. LL. Bud. tamen, postquam dixit παραφύεσθαι poni ab Aristot. pro Nasci præter naturam, subjungit verbale παράφυσις, tanquam hanc signif. imitans: ex eod. Aristot. de Gener. Anim. 4. Περὶ μὲν οὖν ὀλιγοτοκίας καὶ πολυτοκίας, καὶ παραφύσεως τῶν πλεοναζόντων ἢ ἐλλειπόντων μορίων, εἴρηται. Et hunc, Τὰ δὲ πλεονάζοντα μόρια, παραφύσεις. Hunc quoque, de androgynis, Διαφέρουσι δ' αἱ μὲν παραφύσεις τῶν κυημάτων τῆς πολυτοκίας τὸν εἰρημένον τρόπον. [Theophr. H. Pl. 7, 2, 5.] Παράφυτος, ὁ, ἡ, Juxta consitus, Bud. afferens e Theophr. (C. Pl. 3, 10, 7.) Καίτοι συμβαίνει γ' ἐνίοτε, τῶν παραφύτων παραιρουμένου θατέρου, καὶ θάτερον αὐαίνεσθαι. Verum in VV. LL. habetur SUBST. Παραφυτὰ, quod exp., Quæ societate quadam consita sunt. At in novissimis exp. Agnatæ arbores. [* Συμπαραφύομαι, Etym. M. 411, 46. Phav. 342.]

Περιφύομαι, Circumnascor, [Theophr. H. Pl. 3, 7, 1.] Affertur tamen pro Excresco, in VV. LL. e Theophr. 8, (11, 4.) Οὐκ ἐσθίεται δὲ σῖτος, ὅταν ὑσθεὶς περιφυῇ, Frumentum non eroditur, cum pluviam perpessum excreverit. Sed videndum an locus talem interpr. compositi, tanquam simplicis, admittat. Bud. περιφύεσθαι vertit etiam Obduci, Complecti, ut in Περίφυσις docebo. Ibid. est περιέφυσαν tanquam a THEM. Περίφυμι, quod redditur Adnati sunt, Provenerunt: item Adhæserunt. Et ψυγείσῃ περιέφυσαν Περσικαὶ ex Aristoph. N. (151.) habent VV. LL. pro Calceamenta circumnata sunt mortuæ. Ibid. PARTIC. Περιφὺς, ύντος, pro Complexus, ["Xen. Ephes. p. 19." Schæf. Mss. Od. Π. 21. Πάντα κύσεν περιφὺς, Ω. 235. Κῦσσαι καὶ περιφῦναι ἑὸν πατέρ'. "Περιφύω, Circumnasci facio, Philostr. 63." Kall. Mss. Theophr. C. Pl. 5, 5, 4. Ὅσα βλάπτει περιφυόμενα ἢ ἐμφυόμενα.] Περίφυσις, q. d. Circumnascentia, ut περιφύομαι, Circumnascor. In VV. LL. redditur Circumcretio, Incrementum quod in ambitu fit. Gazam autem interpretari ajunt Incrementum obductum, et Corticis obductionem, sed rem neutro satis exprimi, latioremque hujus vocis signif. esse. Bud. postquam περιφύεσθαι dixit esse Obduci et Complecti, affert e Theophr. H. Pl. 5, (2, 2.) Τὸ γὰρ ὅλον φασὶ τὴν πολυοζίαν εἶναι ἔνδειαν εὐτροφίας· ὅταν δὲ κακοτροφήσαντα ἀναλάβῃ πάλιν καὶ εὐσθενήσῃ, συμβαίνει καταπίνεσθαι τοὺς ὄζους ὑπὸ τῆς περιφύσεως: i. e., inquit, numerosam nodositatem obduci ab incremento arboris et contegi. Rursum, (ibid. 3.) Ὅτι δὲ ἡ περίφυσις καταλαμβάνει τοὺς ὄζους, φανερώτατον ἐξ αὐτῆς τῆς αἰσθήσεως. In iisd. VV. LL. est ETIAM Περιφυής: nam afferunt e Diosc. Περιφυὴς τῇ γῇ, pro Terræ inhærens, Humilis. Locus autem Diosc. extat 4, 104. ubi scriptum est, Εἰσὶ δὲ καὶ φλομίδες διπλαῖ, δασεῖαι, περιφυεῖς τῇ γῇ, στρογγύλα ἔχουσαι τὰ φύλλα, Ruell. Sunt et phlomides duæ, hirsutæ, rotundis foliis, humiles. [* Περίφυτος, Appian. B. Hisp. 290. * "Συμπεριφύομαι, Oribas. de Fract. 109." Kall. Mss.]

Προσφύομαι, Adnascor, s. Agnascor, ut alii scribunt. Theophr. (H. Pl. 4, 14, 3.) Ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφυόμενοι κοχλίαι συκῆς εἰσί: pro quibus habet Plin. Impetigo et quæ adnasci solent cochleæ, peculiaria ficorum vitia. Προσφύομαι, Adnascor, Accresco, ut rami arbori, Bud. e Theophr. et Philone. Reddit etiam Coalesco, unde esse ait εὐπρόσφυτον. Pro eadem signif. affertur e Plat. Epist. Νῦν σοι ταῦτα προσφύσεται, Hæc tibi inolescent. Redditur etiam Adhæreo, Adhæresco: item Incubo. Quin etiam voci ACTIVÆ Προσφύω datur in VV. LL. illa passivæ vocis προσφύομαι signif., qua pro Adhæreo ponitur. Afferturque ex Aristoph. (N. 371.) προσέφυσας λόγῳ pro Adhæsisti, Incubuisti, nec non Amplexus es et secutus. Sed hæc interpr. mihi suspecta est, cum hic aor. ad activam signif. pertinere soleat, et Bud. ex illo ipso Poëta προσέφυσας afferat pro ἥρμοσας et προσεκόλλησας. Idemque προσφύω pro Agnasci facio, affert e Basilii Ep. quadam ad Libanium, ubi de rosa loquens, dicit, Ὅτι καθάπερ ἐρωτικά τινα κνίσματα τοῖς ἐρασταῖς, τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας ἡ φύσις τῷ ἄνθει προσέφυσε. Sic certe ex Alex. Aphr., Τὸ χρηστὸν τοῦ αἵματος προσέφυσε τῷ μορίῳ, activa, sed alia signif. affertur, sc. pro Adjunxit membro. At vero PRÆT. Προσπέφυκα, sicut et simplex πέφυκα, ceteraque compp., facile neutralem signif. admittit: et commode vel neutro vel pass. verbo, s. potius deponenti, ut vulgo loquuntur quidam Gramm., reddi potest. Atque adeo in iisd. VV. LL. redditur Adhærens. Sed et partic. passivo Adnexus, ap. Aristot. Προσπεφυκὼς ἐς τὸν μυκτῆρα, Nari adnexus. Redditur et Insitus: item Qui se immiscuit, ap. Plat. de LL. Denique et προσπεφυκὼς τῇ σκέψει pro προστετηκὼς, e Bud. afferunt Epist. Sed omittunt illam τοῦ προσπεφυκέναι signif. quæ prima est, qua sc. pro Agnatum esse ponitur. Aristot. de Gen. Anim. 4. de androgynis loquens, Τὸ δὲ ἄκυρον τῶν αἰδοίων ἀεὶ ἀμαυροῦται κατὰ τὴν τροφὴν, ἅτε παρὰ φύσιν ὄν· προσπέφυκε δὲ ὥσπερ τὰ φύματα· καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει τροφὴν, καίπερ ὄντα ὑστερογενῆ καὶ παρὰ φύσιν. Neutralem signif. habet ETIAM Προσφῦναι, tanquam a th. Πρόσφυμι: unde PARTIC. Προσφὺς, Agnatus. Item Inhærens, Adhærescens, ut cum Lu-

cian. dicit de polypo, Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσφὺς ἔχηται A κατὰ τὰς πλεκτάνας, ubi animadverte pro προσφὺς πέτρᾳ posse dici etiam ἐμφὺς πέτρᾳ, sequendo ea quæ in Ἐμφῦναι scripta fuerunt. Dixit porro idem Lucian. (3, 448.) Καὶ τὴν ῥῖνα προσφὺς ἀπέτραγεν, ubi quidam interpr. (non recedentes ab Adhærescendi signif.) Cum mordicus apprehendisset. Pertinent certe ad hunc usum participii προσφὺς, quæ dicta fuerunt de illo Homeri loco, ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. Sed his addenda est interpr., quam participio προσφύντα tribuit Cic. ap. Plat. Is enim, Τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, vertit, Cum illa, quæ ex igne, aëre, aqua atque terra, turbulenta et rationis expertia insederint. [“ Dawes. M. Cr. 461. Brunck. Aristoph. 2, 82. Marcell. de V. Thuc. p. 6. Abresch. Lectt. Aristæn. 107. Ilgen. ad Hymn. 450. Προσφύω λόγῳ, Dawes. M. Cr. 225.” Schæf. Mss. Æsch. Suppl. 291. Καὶ ταῦτ᾽ ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ, i. e. ἀποδείξω. “ Προσφύω, Applico, Annecto, Villois. Anecd. Gr. 1, 255. Im- B planto, Hierocles 276.” Wakef. Mss. Πρόσφυμί τινι, Jambl. V. P. 52.: προσπεφυκέναι, 184. Il. Ω. 212. τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι Ἐσθεμέναι προσφῦσα. * Προσφυὴ, i. q. πρόσφυσις, Aristot. H. A. 4, 4, 4. Lobeck. Phryn. 497.] Προσφυὴς, ὁ, ἡ, Coalescens, Bud. e Theophr. C. Pl. 1, (6, 3.) Apud Gal. autem sonare dicit i. q. συμφυὴς, ubi scribit, Ἡ γὰρ αἴσθησις οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ ζώῳ συμφυής. Idem a Greg. Naz. poni testatur pro Natura accommodatus, Congruens. In VV. LL. Adhærens, Aptus, Commodus. Item προσφυῆ, Quæ sedem, in qua hærent, nunquam mutare valent. Afferturque e Plat. Epist. 7. cum gen. Ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα καλὰ, μὴ προσφυεῖς εἰσὶ καὶ ξυγγενεῖς, pro Quicunque ab iis, quæ justa sunt et honesta, alieni sunt et abhorrent. [Dionys. H. de C. VV. 266. Schæf. “ Brunck. Aristoph. 2, 58. ad Mœr. 75. Toup. Opusc. 1, 69.” Schæf. Mss. “ Προσφυέστερον, M. Anton. 8, 12.” Kall. Mss. Acc. προσφυᾶ, ad Greg. Cor. 163.] Προσφυῶς, q. d. Cum quadam coalescentia, Ita ut coale- C scat, s. coalescant. Vel, Coalescendo, s. Cohærendo: Cohærenter. Item, Congruenter. [“ Jacobs. Anth. 10, 174. Abresch. Lectt. Aristæn. 107. Lucian. 1, 73. Bast Specim. 19. 33. Apte, Clark. ad Il. A. 43.” Schæf. Mss. “ Eust. 104, 47.” Seager. Mss. Ionice Προσφυέως, Herod. 1, 27. * “ Προσφυεστάτως, Tzetz. Ch. 8, 764. 9, 734. * Ἀπροσφυὴς, 8, 159.” Elberling. Mss. Niceph. Blemm. 277.] Sed et e præt. factum ADV. Προσπεφυκότως pro ead. signif. affertur. [“ Schol. Soph. p. 9.” Kall. Mss. * Πρόσφυμα, Demetr. § 55.] Πρόσφυσις, Agnatio, Coalitio, si hoc uti liceat. Item Adhæsio. Vel, Cohærentia, Connexio, s. Annexio et Nexus, ut Gaza vertit. Hæc Bud., afferens e Theophr. (H. Pl.) 8, (2, 2.) de fabis et lupino et ciceribus, Ταύτῃ μὲν οὖν πῇ διαφέρει, πῇ δ᾽ ὁμοίως ἔχει, τὸ πᾶν γε κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ λοβοῦ καὶ τοῦ στάχυος ἀφιέναι τὴν ῥίζαν. Ex Eod., de ortu leguminum post sationem loquente, (8, 2, 1.) Ὁ δὲ κύαμος καὶ τὰ χεδροπὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν καὶ τὸν καυλὸν ἀφιᾶσι· καθὸ καὶ ἡ πρόσφυσις αὐτῶν D ἐστὶ πρὸς τὸν λοβόν· ἐν ᾧ καὶ ἔχουσιν ἀρχήν τινα φανεράν. Ex Alex. Aphr. Probl. 2. affertur, Τὰ δὲ ὁμιλεῖ κατὰ πρόσφυσιν καὶ ὁμοίωσιν, ὡς αἷμα σαρκὶ, ἢ μυελῷ, ἢ ὀστῷ, cum hac interpr. Alia conjunguntur per agnationem et assimilationem, ut sanguis cum carne vel medulla vel osse. Gaza autem Agglutinationem interpretatus esse fertur. [“ Casaub. ad Athen. 125. * Πρόσφυτος, Wakef. Ion. 779.” Schæf. Mss.] Εὐπρόσφυτος, Facile coalescens s. coiens. Theophr. C. Pl. 1, (6, 2.) Εὐπρόσφυτον δ᾽ αἰεὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον.

Προφύω, Ante genero s. gigno, Ante edo. UNDE Πρόφυσις, Germinatio, Germen, ap. Hippocr. βλάστημα, teste Gal. ἐν Γλώσσαις. Apud Soph. autem LEGITUR Προὖφυ dictum pro προέφυ, Ante extitit, (Aj. 1291.) σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὖφυ πατήρ. [* Προφυὰς σταφυλῆς, Gl. Racemus.]

Συμφύω, Coalescere facio, Conglutino, Coagmento. Plato Symp. Εἰ γὰρ τούτου ἐπιθυμεῖτε, ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ, ὥστε δύο ὄντας, ἕνα γεγονέναι. Quæ verba, sunt de amicis qui divelli a sese nequeunt. Hæc Bud. qui addit, Aristot. Meteor. 4. init. pro συγκρίνειν usum hoc verbo esse: [Φαίνεται ἐν πᾶσιν ἡ μὲν θερμότης καὶ ψυχρότης ὁρίζουσαι καὶ συμφύουσαι καὶ μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ μὴ ὁμογενῆ.] Affertur e Plat. rursum, in quadam Epist. Συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν. Apud Medicos Συμφύοντα φάρμακα, Medicamenta quæ coalescere vulnera faciunt: unde συμφυτικὸν φάρμακον. At vero PRÆT. Συμπεφυκέναι, neutraliter, Coaluisse et concrevisse, Congenitum esse. Unde PARTIC. Συμπεφυκὼς, ότος, ὁ, Qui coaluit, Concretus, Congenitus, pro quo affertur ETIAM Συμπεφυὼς, e Nonno (Jo. 188. 191.) Aristot. de Gen. An. 4. Ἓν δὲ εἶναι τὸ ζῶον τὸ τερατῶδες ἢ πλείω συμπεφυκότα δεῖ νομίζειν, Aut plura concreta et conflata in unum naturæ opere, Aut plura congenita. Additur et e Diosc. Συμπεφυκυῖαι ῥίζαι ἀπὸ κεφαλίου, pro Radices a capite prodeuntes. Sed malim, Una prodeuntes, aut tale quid. [Theophr. H. Pl. 4, 12, 3. Κεφαλὴ συμπεφυκυῖά πως ἐκ πλειόνων εἰς ταὐτό: 9, 2, 6. Τὸ ξύλον ἀδύνατον συμφῦναι.] Συμφύομαι, cum proprie sonet Simul s. Una nascor, redditur tamen potius Coalesco, Conglutinor, Coagmentor. Item Cohæresco. Philo V. M. 3. Ἐκραυρώθη γὰρ ἡ ψάμμος, καὶ ἡ σπορὰς αὐτῆς οὐσία συμφυεῖσα ἡνώθη. Ex Aristot. Pol. συμφύεσθαι pro Sociari conflarique. Et Theophr. συμφύεσθαι de iis dixit, quæ κολλῶνται, inquit Bud. afferens ex illo, Δεῖ δὲ ὁμοιοπαθῆ εἶναι τὰ μέλλοντα συμφύεσθαι, καὶ μὴ ἐναντία, καθαπερεὶ λίθον καὶ ξύλον. Supra autem dixerat, Οὐχ ἅπτεται δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν κόλλησιν ὁμοίως τὸ δρύϊνον τῶν πευκίνων καὶ ἐλατίνων. Idem συμφύεσθαι esse dicit Una nasci, quasique concorporari, ut Gaza vertit, affertque ex Aristot. de Gen. An. 4. Ἓν δὲ εἶναι τὸ ζῶον τὸ τερατῶδες ἢ πλείω συμπεφυκότα δεῖ νομίζειν. Affert præterea συπφυόμενον et pro Compressum, Conclusum, subjungitque ex eod. Aristot. Συμβαίνει δὲ πολλάκις πολλοῖς ἤδη τῶν ἀναπήρων εἶναι δοκούντων, ἤδη τετελειωμένοις, τοὺς μὲν συμπεφυκέναι τῶν πόρων, τοὺς δὲ παρεκτετράφθαι· καὶ γὰρ θήλεσιν ἤδη τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν συμπεφυκὸς διετέλεσεν· ἤδη δὲ ὥρας οὔσης τῶν καταμηνίων, ταῖς μὲν αὐτομάτως ἐῤῥάγη, ταῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν διῃρέθη. Sed ego lib. ll. plane suspectos habeo, et συμμεμυκέναι pro συμπεφυκέναι, itidemque συμμεμυκὸς pro συμπεφυκὸς reponi debere censeo. Alibi vero affert pro Complector, ex Appiano, ubi de proscriptione loquitur, Γνάτιος δὲ πατὴρ καὶ υἱὸς συμφυέντες ἀλλήλοις, διὰ μιᾶς πληγῆς ἀπέθανον· καὶ αἱ αὐτῶν κεφαλαὶ ἀπετέτμηντο, καὶ τὰ λοιπὰ σώματα ἔτι συνεπέπλεκτο. In VV. LL. e Plut. Camillo, Συμφυόμενοι τοῖς χωρίοις ἀποτόμοις, ἐχώρουν ἄνω, pro Innitentes locis præruptis, sursum tendebant. [“ Villois. ad Long. 244. Callim. 1. p. 447. Boiss. Philostr. 356.” Schæf. Mss. “ Clem. Alex. 6, 8. p. 774. Const. Manass. Chron. 2634.” Kall. Mss. Hippocr. 830. Theophr. C. Pl. 5, 16, 3.] Συμφυὴς, Congenitus, Ingenitus, Innatus, A natura datus. Aristot. Eth. 4, (1.) Καὶ συμφυέστερον ἀνελευθερία τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀσωτίας. Polyb. (6, 10, 3.) Καθάπερ σιδήρῳ μὲν ἰὸς, ξύλοις δὲ θρῖπες συμφυεῖς εἰσὶ λῦμαι. Paulo post συγγενόμενα appellat. Redditur etiam Adhærens, ut sc. testa adhæret ostreo. Item, Qui coaluit cum aliquo. Afferturque e Plut. Lycurgo (25.) Τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντες. Metaphorice et ap. Greg. Naz. dicentem de se et Basilio, Ὁμόστεγοι, ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς, τὸ ἓν βλέποντες, Unanimes, Idem sentientes, Mutuo consentientes. Bud. [“ Qui est ejusd. generis, Mich. Apost. Prov. 6, 98.” Schleusner. Mss. “ Wakef. Herc. F. 350. Trach. 69. Antiphil. 8. Heyn. Hom. 6, 252. ad Diod. S. 1, 14.” Schæf. Mss. Accus. συμφυᾶ, ad Greg. Cor. 163.] “ Ἀσυμφυὴς, Non coalescens. “ Suid. ἀσυμφυῆ exp. ἀνοίκεια, ἀνόμοια, ap. Anon. “ Ὑπὸ τοῦ ἀσυμφυῆ τὰ ὑποκείμενα ἔσεσθαι τοῖς ὑποτι-“ θεμένοις. Hes. vero ἀσυμφυὲς κτίσει affert pro “ ἐκτὸς κτίσεως.” [“ Clem. Alex. 223.” Wakef. Mss.] Συμφυῶς, q. d. Congenite, More eorum quæ congenita sunt, Cum tali coalitu s. coalescentia qualis est rerum congenitarum. [“ Ælian. H. A. 693.” Wakef.

Mss.] Συμφυΐα, Cohærentia s. Connexio duorum quæ coalescunt, vel Ipsa concretio, Coalitus, Bud. qui etiam utitur hac postrema interpr. ap. Philon. de Mundo, Λίθων μὲν οὖν καὶ ξύλων, ἃ δὴ τῆς συμφυΐας ἀπέσπασται, δεσμὸν κραταιότατον ἕξιν εἰργάσατο, sic vertens, Lapidum igitur et lignorum, quæ abstracta sunt a coalitu, vinculum validissimum Deus fecit habitum. Sed et in alio ejusd. Scriptoris loco hæc ipsa vox συμφυΐα redditur ab Eod. Coalescentia, ubi is ita scribit, Ἔπειτα ἀμήχανον ἔξω τι σῶμα, τοῦ ὅλου διακριθὲν τῆς συμφυΐας σκεδασθῆναι: quæ ille ita reddit, Deinde non est inire rationem qua corpus aliquod ab universi coalescentia direptum usquam dispergi possit. Affert præterea e Greg. Naz. de elementis loquente ante orbem conditum, Τίς κοινωνία τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ συμφυΐα, καὶ σύμπνοια; Item ex Eod. hæc de Trinitate verba, Τριῶν ἀπείρων ἄπειρον συμφυΐαν, Naturæ consensum. Ab Eod. in l. περὶ Ἀνθρώπου dici testatur de Coalescentia corporis et mentis. Apud Dionys. Areop. autem dicit videri significare Consensum naturæ. Sic a Basil. ἀδελφῶν συμφυΐαν vocari ait Fratrum consensum atque concordiam, et addi καὶ συμψυχίαν. Sic Greg. Naz. de se et Basilio, Ὅθεν τε καὶ ὅπως ἡμῖν κἀκ τίνος ἀρχῆς σύνεστι τὸ τῆς φιλίας, εἴτουν συμπνοίας καὶ συμφυΐας, εἰ χρὴ προσειπεῖν οἰκειότερον. Quidam συμφυΐαν e Plin. posse reddi putant Unitatem. [Plut. 10, 573. Arato 24. "Ad Thom. M. 107." Schæf. Mss. Philo 1, 266. P. * Συμφυή, Plato de LL. 5. p. 22. Ælian. H. A. 14, 16. Συμφυή, Συμφυΐα, Lobeck. Phryn. 497. * Συμφυὰς, Connexio, Hippocr. 778. Schol. Ven. Il. X. 191.], Σύμφυσις, i. q. συμφυΐα, quod proxime præcedit. A Bud. redditur itidem Coalescentia et Coalitio, nec non Concretio, Consociatio, afferente e Theophr. Ἔνια δὲ καὶ αὐτομάτως λαμβάνει τοιαύτην σύμφυσιν. Apud Medicos autem σύμφυσις est Naturalis ossium unio. Naturalis quidem, ut ait Gal., dicta est, quod quæ parum vel omnino luxata sunt, inter se quidem cohæreant, fractaque inducto callo uniantur, sed non secundum naturam. Est secunda species conjunctionis ossium, siquidem omnia inter se conjunguntur vel κατ' ἄρθρον, vel κατὰ σύμφυσιν. Est autem σύμφυσις [ξύμφ.] ap. Hippocr. i. q. συνάρθρωσις. Suntque συμφύσεως duæ primæ differentiæ; aliqua enim ossa sibi invicem connascuntur, alia materiæ alterius interventu. Quæ enim fungosiora molliora que sunt, mutuo inter se coalescunt; sicciora vero et duriora, aliorum interventu. Rursus eorum quæ per alia coalescunt, tres sunt differentiæ, συγχόνδρωσις, συννεύρωσις, συσσάρκωσις. Hæc Gorr. [Theophr. H. Pl. 9, 2, 6. C. Pl. 5, 5, 3. Fr. 1, 79.] Σύμφυτος, ὁ, ἡ, sicut et συμφυής, Congenitus, Ingenitus, Innatus, A natura insitus. Aristot. Metaph. 2. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ τυγχάνει σύμφυτος οὖσα, θαυμαστὸν πῶς λανθάνομεν ἔχοντες τὴν κρατίστην τῶν ἐπιστημῶν: de Gener. Anim. 1. Οὐ γὰρ μόνον τὰ σύμφυτα προσεοικότες τοῖς γονεῦσι γίνονται οἱ παῖδες, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπίκτητα: ubi ἐπίκτητα, quæ opp. τοῖς συμφύτοις, sunt ea quæ Lat. vocant Adventitia. Aphthon. Prog. Καὶ σοφία δὴ τὴν δυναστείαν πιστοῦται· καὶ θεοὶ μὲν αὐτὴν ἐκτήσαντο σύμφυτον. Σύμφυτος a Bud. redditur Qui coire potest, Consociabilis, afferente e Theophr. 5, (5, 2.) Σύμφυτον γὰρ πᾶν τὸ ζῶν τῷ ζῶντι, καὶ μάλιστα ὁμογενὲς, ὅταν ἀφελκωθῇ, καὶ γένηται μία φύσις. Sic dicitur ἀνδρία esse σύμφυτος τόποις τισί. Paulus ad Rom. 6. (5.) Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Ubi vet. Interpr. σύμφυτοι reddidit Complantati, Erasm. Insititii. Sed malo cum novissimo Interpr. Cum eo plantati coaluimus. At vero, Σύμφυτός εἰμι τοκῆος, quod Nonni esse puto, (Jo. 183.) redditur Ejusdem cum Patre sum essentiæ. ‖ At neutro GENERE, Σύμφυτον, τὸ, Symphyton herba, παρὰ τὸ συμφύειν, accipiendo pro Conglutinare, et συμπήσσειν s. πηγνύειν: talis enim est ejus facultas. Duorum generum est σύμφυτον, quod Argallicum vocat Cæl. Aurel. Chron. 5, 2. Symphytum πετραῖον, quod in petris nascatur: quod Cotoneam et Halum videtur vocasse Plin. 26, 7.: alterum symphytum majus, quod πηκτὸν dixit appellari Diosc. Mira ejus radicis vis adversus anthraces.

A Hæc e VV. LL., quæ ad Diosc. remittunt, 4, 9. et 10. Σύμφυτον etiam dictam fuisse a quibusdam τὴν γλυκύῤῥιζαν, Diosc. auctor est, inquit Gorr., fortasse propter effectus similitudinem. Habet enim symphytum quamplurima glycyrrhizæ affinia, ut recte inter ἀντιβαλλόμενα censeri possint. [Theophr. H. Pl. 9, 18, 2. n. Glossæ: Σύμφυτον· βοτάνη τις. Σύμφυτον, τὸ * πολύφυτον· Amœnum, Opacum. "Σύμφυτος, Jacobs. Anim. 149. Boiss. Philostr. 356. Toup. Opusc. 2, 246." Schæf. Mss. "Σύμφυτος ἀγγέλων, Cognatus angelis, Amphil. 23." Kall. Mss. Theophr. Fr. 1, 1. Σύμφυτόν ἐστι πᾶσι τοῖς αἰσθητοῖς τὰ συγγενῆ γνωρίζειν. * "Συμφύτως, Marin. c. 3." Kall. Mss. * Ἀσύμφυτος, Non coalescens, Haud congenitus, Hippocr. p. 6, 22.] "Εὐσύμφυτος, Facile concrescens "et coalescens, ῥᾷστα συμφῦναι δυνάμενος. Theophr. "(C. Pl. 3, 7, 10.) Τότε γὰρ μάλιστα εὐσύμφυτος, "ξηραντέρας οὔσης τῆς ὥρας οὐ δυναμένη συμφῦναι." Συμφυτικὸς, Quo fit ut quid coalescat: ut συμφυτικὸν φάρμακον, Gal. sicut et κολλητικὸν, Quod coalescere

B facit. Et συμφυτικὸν κατάπλασμα, ex Aristot. Probl. Οὕτω γὰρ ἀφλέγματον ἂν εἴη καὶ συμφυτικόν. Perperam vero in VV. LL. Συμφυτικὸς, Facile coalescens, Unitati opportunus. [* Προσυμφύω, Hippocr. 455, 44.]

[* "Ὑπερφύω, s. Ὑπέρφυμι, unde aor. 2. ὑπερέφυν, Antecello, Supero. Dio Cass. 56, 2. Πάντας ἀνθρώπους εὐανδρίᾳ ὑπερέφυμεν. Herod. 6, 127. Τοῦ ὑπερφύντος Ἕλληνας ἰσχύϊ. Hes. vero Ὑπερφὺς interpr. "ὑπεργεννηθείς." Schw. Mss. Ὑπερφύομαι, Aristæn. 1, 6. Ed. Samb., Aristid. 3, 250.]

Ὑποφύομαι, Subnascor, Succresco, Suppullulo. Potest etiam reddi Clanculum nascor; aut certe, Sensim et paulatim nascor. Sed ex Aristot. affertur ὑποφυῶσι pro Enascantur, minime servata vi præpositionis. [" Musgr. Suppl. 443. Ilgen. ad Hymn. 450." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 4, 15, 2. "Jambl. V. P. 31. * Ὑποφυὰς, Hes. v. Μόλσον." Wakef. Mss.] Ὑπόφυσις, q. d. Subnascentia. E Suidæ auctoritate exp. παραφυάς. Veruntamen ejus Lexicographi locus est ejusmodi, ut ex eo non satis

C certo colligi hujus vocis expositio queat. [* Συνυποφύομαι, Una subnascor, Plut. 8, 191. Schol. Eur. Or. 1.]

[* "Φύσσομαι, Nascor, Manetho 4, 256. (Πρὸς δέ τι φύσσονται τούτοις * καρποσπόροι ἄνδρες.)" Schleusn. Mss.]

¶ Φυτὸν, τὸ, Planta, Stirps, ut Cic. vertit. Is enim de Finn. 5. Theophrastus, inquit, stirpium naturas, omniumque fere rerum quæ e terra gignerentur, causas atque rationes (persecutus est.) Scimus autem hujus libros inscribi περὶ Φυτῶν Ἱστορίας, et περὶ Φυτῶν Αἰτιῶν. Aristot. Eth. 1. Τὸ μὲν γὰρ ζῆν, κοινὸν εἶναι φαίνεται καὶ τοῖς φυτοῖς. Traditur et de homine dictum ab Euripide. Plato quidem certe hominem appellavit non simpliciter φυτὸν, sed οὐράνιον φυτόν: nimirum, inquit Plut., ὥσπερ ἐκ ῥίζης ἄνω τῆς κεφαλῆς ὀρθούμενον. Ad hanc autem φυτοῦ signif. pertinet h. l. ejusd. Plat. de LL. 6. Παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως, κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τῶν

D τε ἄλλων φυτῶν καὶ τῶν ζώων ἡμέρων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνθρώπων. Quibus subjungit, hominem, cum sit animal ἥμερον, tamen μὴ ἱκανῶς ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, esse ἀγριώτατον ὁπόσα φύει ἡ γῆ. [Synes. 100. Basil. 1, 81.] Archilochus autem φυτὸν usurpavit etiam pro φῦμα, Tuberculum, ea signif. de qua dictum supra fuit, in hoc quem Schol. Theocr. affert loco, Ἐσθλὴν γὰρ ἄλλην οἶδα τοιούτου φυτοῦ Ἴασιν. Quem gen. esse illum ipsum crediderim, quem Hes. quoque exp. φύματος. Meminit porro hujus signif. ille Schol. in hunc Theocr. versum, 2, (48.) Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι, ubi dicit et ipsum Theocritum fortassis ἀντὶ φύματος usum hoc vocabulo esse. Est denique φυτὸν et Genus herbæ, quæ etiam κυνόγλωσσον vocatur, ut e Diosc. VV. LL. annotant. [" Jacobs. Anth. 6, 102. 9, 490. 10, 257. Heyn. Hom. 5, 229. Valck. Hipp. p. 234. ad Callim. p. 146. 153. Pro φῦμα, Tuberculum, Toup. Append. in Theocr. p. 8. Φ. et χρῆμα inter se permutata, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 50. Φ. κλήματος, φυτὰ μηλεῶν, Villois. ad Long. 40." Schæf. Mss. " De

genere humano, Eur. in Euseb. Pr. E. 466." Wakef. Mss. Eur. Med. 234. Hipp. 634. Theocr. 28, 7. χαρίτων. "Cynoglossum, Diosc. Notha 442. 451." Boiss. Mss.]

[* Φυτοειδὴς, adv. * Φυτοειδῶς, More plantarum, Diog. L. 7. p. 451=417. Forma contracta, * Φυτώδης, Erotian. v. Ἐγχλοιουμένη.]

Φυτοεργὸς, ὁ, VEL Φυτουργὸς, (illud in carmine, hoc in prosa,) q. d. Qui circa plantas opus facit, Qui plantis laborem impendit, s. plantarum culturæ. [" Φυτοεργὸς, Dionys. P. 997." Wakef. Mss. " Jacobs. Anth. 9, 317. ad Charit. 342. Φυτουργὸς, Jacobs. l. c. Wakef. Eum. 841. Philostr. 258. Boiss. Valck. Diatr. 29. Plut. Mor. 1. p. 5. Ox." Schæf. Mss. Pater, Eur. Tro. 481. Iph. A. 949. Plato de Rep. 10. p. 288=597.] Φυτουργέω, Circa plantas opus facio, Plantis laborem impendo. Bud. vertit Plantas colo, et sero, curoque. At vero in h. Philonis l. Τούτων οὐδὲν οὐδεὶς ἱκανὸς ἐντὸς φυτουργῆσαι, vertit φυτουργῆσαι Instar plantæ pangere. Plato, inquit Idem, de Rep. 10. φυτουργεῖν plus esse ait quam δημιουργεῖν, Deumque φυτουργὸν appellat quasi Formarum, h. e. Idearum, conditorem. [" Lobeck. Aj. p. 305." Schæf. Mss.] Ejus VERBALE Φυτούργημα ap. J. Poll. (7, 140.) invenitur pro Ipsa actione plantas colendi. Diciturque eadem forma, qua γεώργημα pro Agricolatione. In VV. LL. redditur Plantatio, Consitio: item Locus consitus. [Athan. 2, 389.] Idem porro valet et NOMEN Φυτουργία, sed hoc est potius tanquam a φυτουργός: quod φυτουργία Bud. reddit Consitio, ap. Philon. de Mundo, Τούτοις ἀκόλουθος ἡ τοῦ παραδείσου φυτουργία. [Theophr. C. Pl. 3, 9. " Diod. S. 2, 411." Schæf. Mss. * Φυτούργιον, τὸ, Gl. Seminarium, Diod. S. 2. p. 70, 16. 21. 71, 35. 72, 1. * Φυτουργικὸς, Tzetz. Chil. 3, 52.] Itidem vero ADJ. Φυτουργικὸς est potius ab eod. illo φυτουργός. Estque φυτουργικὸς, Ad φυτουργίαν pertinens. Et φυτουργικὸς πόνος, Labor qui culturæ plantarum impenditur, ut dicitur γεωργικὸς πόνος. Alioqui ut γεωργικὸς interdum sonat Peritus agri colendi, s. agriculturæ, sic φυτουργικὸς sonare potest Peritus culturæ plantarum. [Ἡ φ., sc. τέχνη, i. q. φυτουργία, J. Poll. 7, 140. * " Καταφυτουργέω, Eumath. 11. p. 524." Schleusner. Mss. " Theod. Prodr. 445." Boiss. Mss.]

Φυτοκόμος, ὁ, SIVE Φυτηκόμος, Plantas s. Stirpes curans, Curans quæ ad Plantarum culturam pertinent, Culturæ plantarum peritus et studiosus. In VV. LL. Serendi studiosus. Bud. autem exp. Arborator ap. Basil. At quomodo φυτηκόμος esse possit σύνδενδρος τόπος, ut legitur ap. Hes., alii viderint. [" Nonn. Jo. 18, 8." Wakef. Mss. Lobeck. Phryn. 653-4. " Matth. ad Gloss. min. p. 22." Schæf. Mss.] Hinc VERB. Φυτοκομέω, SIVE Φυτηκομέω, Plantas curo, i. e. Plantarum culturam. In VV. LL. Plantandi studio teneor. [Φυτοκομέω, Eust. Od. I. p. 337, 18. Φυτηκομέω, Opp. K. 1, 122. 4, 254. Liban. Decl. 4, 606. 608. Synes. Enc. Calv. p. 66. " Vide me ad Marin. Boiss. 158. * Φυτηκομία, Fab. Æsop. 139. Fur. Lips." Schæf. Mss. Opp. Ἁ. 1, 309. K. 4, 331. Nonn. D. 47, 72. Geop. Proœm. 7. Lobeck. l. c.] Φυτόσκαφος, ITEM Φυτοσκάφος. Est autem φυτόσκαφος, ἡ τὰ φυτὰ ἐσκαμμένη γῆ, si Etym. credimus, vel potius ejus exemplaribus vulgatis. Mihi quidem certe suspecta hic est eorum fides, existimanti scribendum esse περὶ τὰ φυτὰ, ut eo significetur Terra circa plantas s. stirpes effossa. Cujus tamen signif. exemplum desidero, e quo etiam cognosci queat masculinone an potius neutro genere usurpetur. Illud autem φυτοσκάφος dicitur de Eo qui terram circa plantas fodit s. effodit: ὁ τὰ φυτὰ περισκάπτων γεωργὸς, inquit idem Etym. In VV. LL. e Theocr. Qui arbores depangit ac succidit. [* Φυτοσκαφέω, unde * Φυτοσκαφία, Anal. 3, 202.] Φυτοσπόρος, ὁ, ἡ, q. d. Plantam s. Stirpem serens. In VV. LL. Prolificus, ubi affertur hic versus ex Epigr. Σχῆμα δὲ πᾶσιν ἔφαινε φυτοσπόρον ἄρσενος αἰδοῦς. Annotant accipi et pro Patre, item pro Matre. [Soph. Tr. 359. et Wakef. " Argum. Œd. Tyr." Schæf. Mss. " Nonn. Jo. 8, 105." Wakef. Mss. " Φυτόσποροι masculi, Philes p. 46. bis: p. 250. pater nempe mas vipera φυτοσπόρος dicitur." Schleusn. Mss. * Φυτοσπορία, Manetho 4, 432. * Φυτοτρόφος, Apoll. Rh. 3, 1401. " Const. Manass. Chron. p. 116." Boiss. Mss. * Φυτοτροφέω, Stob. Serm. 141. p. 251. Brunck. ad Aristoph. Λ. 704. * Φυτοτροφία, Geop. 9, 5, 11.]

Φυτοφόρος, ut φυτοφόρος γῆ, q. d. Plantifera terra, s. Stirpifera, Ferens plantas s. stirpes. Vide Φυταλιά. [* Φυτώνυμος, Achill. Tat. 2, 14. " Huschk. Anal. 293." Schæf. Mss.]

[* " Ἰδιόφυτον, * Φυτοβασίλα, Leontopodium, Diosc. Notha 471. * Ὁλόφυτον, 448." Boiss. Mss. * Πολύφυτος, Orac. Sib. 5. p. 568.]

Φυτικὸς, Ad plantam s. plantas pertinens, veluti cum Theophr. libri ab Athen. vocantur περὶ Φυτικῶν Αἰτίων. Sic ap. Aristot. Eth. 1, 13. Τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ· λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι καὶ τοῦ αὔξεσθαι· τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις θείη τις ἂν καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις. Hic enim φυτικὸν redditur Stirpibus attributum, Stirpibus proprie conveniens. Sed Bud. vertit Vegetativum, item Quod crescendi dat vim. Itidemque φυτικὴν δύναμιν, Vegetativam facultatem s. Vegetatricem. Exp. φυτικὸν et voce θρεπτικὸν, ex eod. Aristot., nec non e Damasceno. Sic autem φυτικὸν fuerit immediate a φύω, non autem a nomine φυτὸν derivato ex illo φύω. [" Matth. Anecd. 1. p. 40. Boiss. Philostr. 469. Meurs. ad Apoll. Dysc. p. 90. Τὰ φ., Heyn. ad Apollod. 827." Schæf. Mss. * " Φυτικῶς, Plantarum ritu, Dionys. Areop. 304." Kall. Mss.]

Φύτιος, Epith. solis s. Jovis, Hes. Quidam interpr. Germinationis auctor. Vide Athen. 2., s. potius eorum quæ ex illo excerpta sunt. Idem porro de hujus vocis, quod et de proxime præcedentis (habentis posteriorem illam signif.) derivatione dici possit. [" Ad Anton. Lib. 119. Verh. (Ἄρτεμις.)" Schæf. Mss.]

Φυταλιὰ, ἡ, Terra plantas s. stirpes ferens: sequendo expositionem Eustathii, qui scribit esse φυτοφόρον γῆν, q. d. Plantiferam terram, s. Stirpiferam. Alibi autem tradit esse δενδρόφυτον χωρίον, i. e. Locum arboribus consitum. Copulatur porro ab Hom. cum ἄρουρα, Il. Z. (195.) Καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων, Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο, M. (314.) Καὶ τέμενος νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας, Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο. Utitur et Il. Υ. (185.) præfixo versu simili ei quem ex Il. Z. attuli; sed ibi Eust. φυταλιὰν esse dicit τὴν ἀμπελόφυτον καὶ τὴν δενδροφόρον, ut et Suid. φυταλιῆς exp. ἀμπελοφύτου γῆς. A quibusdam redditur etiam Arbustum, item Hortus, quod sc. ab Hes. φυταλιῆς exponatur κῆπον, et δενδροφόρον γῆς. Sed affertur et pro Plantatione ex Apoll. Rh. (2, 1003.) Φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος, Plantatio fructus, i. e. arborum fructiferarum, quæ nominis φυταλιὴ exp. alio exemplo probanda fuerit. Additur et ex Epigr. φυταλιὴ καλάμων. || Φυταλιὰ, Hyemis pars postrema, sic dicta a veteribus quod eo tempore insitiones optime fierent. Nam tota hyems plusquam quatuor mensium est apud Medicos. Quod quidem spatium plerique secuti Hippocr. περὶ Ἑβδομ. in tres partes dividunt, ac mediam quidem eo tempore comprehendunt, quod circa solstitium est: nec alio, opinor, quam χειμῶνος nomine designant. Primam autem ab initio hyemis ad hoc usque tempus, quam σπορητὸν, h. e. Sementem, vocant: postremam autem a medio illo tempore ad finem hyemis, quam φυταλιὰν, h. e. Inserendi tempus, appellant. Hæc Gorr. [" Jacobs. Anth. 7, 81. 11, 394. (* Φύταλος, ibid.) Epigr. adesp. 528. Heyn. Hom. 5, 229. 6, 328. Wakef. Herc. F. 1277. ad Moschum, 2, 70. Brunck. Apoll. Rh. 90. ad Callim. 1. p. 124. ad Diod. S. 1, 180." Schæf. Mss. * Φυτάλιος, J. Poll. 1, 24. θεοί.]

Φυταλίδαι, Familiæ cujusdam nomen ap. Athenienses, Hes. Afferunt vero VV. LL. et e Plut. Theseo (12.) Sed in Iisd. dicitur φυταλίδαι esse etiam Nomen herbæ, nec non significare omnia quæ nascuntur. Sed mihi hæc credere durum est.

Φυταλίζω, Planto, φυτεύω. Sed Hes. et Suidas non tantum exp. φυτεύω, verum etiam πλησιάζω, i. e. Appropinquo. Nisi potius verbo πλησιάζω in alia signif. uti voluerint. [" Toup. Opusc. 1, 555." Schæf. Mss.] In VV. LL. habetur etiam VERB. Φυταλιάζω, pro ead. signif., quod tamen ap. illos non reperio.

Φυτάλιμος, ὁ, ἡ, ab Hes. exp. φυτευτικός: quod quidam interpr. Aptus ad plantationem, ut φυτευτικὸν χωρίον, Locus aptus ad plantationem. At in VV. LL. redditur Sativus. Suidæ Φυτάλιμος est Nomen propr. AT VERO Φυτάλμιος, Jovis epith. esse traditur: est tamen ap. Plut. (8, 914.) Epithetum Neptuni, quod fortasse convenit cum Φύτιος, quod et ipsum Jovis, sicut et Solis, epithetum esse, ex Hes. docui. Credibile est autem dictum fuisse φυτάλμιος pro φυτάλιμος, per literarum ὑπερβιβασμὸν, metri causa. Sed ap. Soph. Œd. C. (151.) p. 276. meæ Ed. Ἒ ἔ, Ἀλαῶν ὀμμάτων ἄρα καὶ Ἦσθα φυτάλμιος, exp. φυτάλμιος a Schol., ἀπὸ φύτλης, et ἀπὸ γενέσεως. Ubi item, ut de hoc quoque obiter lectorem moneam, lubentius legerim ἀλαὸς ὀμμάτων, si lex metri talem scripturam admittere queat: [de h. l. vide Coraium ap. Schn. Lex. Suppl. p. 180.] Ceterum de hac quoque voce merito quis dubitet an a φυτὸν, an potius immediate a verbo φύω derivetur: [ut Almus ab Alo. Genitalis, Eur. Rhes. 920. " Brunck. Soph. 3, 532. Coray in Herod. Larcher. 3. p. 443. Paus. 1, 303. Casaub. Athen. 1, 31." Schæf. Mss. Lycophr. 341. χθών. Vide Blomf. Gloss. in Æsch. Ag. 318. * " Φοιτάλμιος, Herod. Epimer. 147." Boiss. Mss.]

[* Φυτάριον, Plantula, Arbuscula, Athen. 210. Ζωΰφια καὶ φυτάρια, Schol. Aristoph. Ὄρν. 663. " M. Anton. 5, 1." Kall. Mss.]

Φυτεύω, Planto. Od. Σ. (358.) καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων. Apud Hesiod. ponitur etiam sine adjectione. Redditur item Arboribus consero; sed tunc jungitur accusativo γῆν, aut χωρίον, vel alii hujusmodi. Sic particip. pass. Πεφυτευμένος, Plantatus, Arboribus consitus, ut πεφυτευμένη γῆ, Arboribus consitus ager. Cui opp. γῆ ψιλή. [Luc. Evang. 13, 2.] || Φυτεύω, metaph. Gigno, Procreo, Sero. Hesiod. (Ἀ. 29.) ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεῦσαι. Eur. Or. init. Οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ, ubi eadem est utriusque metaphoræ ratio, sc. ejus quam verbum φυτεύει, et ejus quam verbum ἔφυ habet. Sic et ap. Aristoph. Σφ. (1133.) Ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν. Huc pertinet Diogenis dictum ap. Diog. L. || Φυτεύω metaph. est etiam Molior, Struo, Machinor, ut κακὰ δὲ μνηστῆρσι φύτευεν, Od. Ξ. (110.) Sic Soph. (Aj. 953.) dixit φυτεύειν πῆμα. Ubi annotat Schol. φυτεύειν esse initium alicui rei dare. Latini verbo Serere sic utuntur, cum dicunt Serere discordias s. lites, et Serere bella. [" Thom. M. 851. 905. Brunck. Antig. 645. Aj. 1296. Apoll. Rh. 168. Lobeck. Aj. p. 408. Xen. Mem. 1, 1, 8. ad Anton. Lib. 119. Verh., Valck. Adoniaz. p. 396. Toup. Opusc. 1, 555. Wakef. ad Moschum 2, 156. T. H. ad Lucian. Dial. p. 103. Diod. S. 1, 325. Musgr. Med. 834. Porson. 830. Alc. 295. 1140. Φυτεύσας, Valck. Phœn. p. 15. Diatr. 29." Schæf. Mss. " Φυτεύομαι, Locor, Fundor, de monte, Philostr. (V. A. 2, 8.) p. 56. Cum gen. personæ, Pind. Π. 4, 256." Wakef. Mss. " Φυτεύω, Produco, de creatione, Mich. Apost. Prov. 10, 50." Schleusn. Mss.]

Φυτεία, ἡ, Plantatio, Consitio, Satio, Satus. Plut. Alex. (35.) Φιλοκαλῶν Ἑλληνικαῖς φυτείαις διακοσμῆσαι τὰ βασίλεια καὶ τοὺς περιπάτους, Græcanicis plantationibus, Græcanico plantandi artificio. Nisi malis Græcanicis plantis. Accipitur enim interdum pro φύτευμα, ut ap. Athen. 5. Ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι θαυμασίως ἦσαν περιβάλλοντες ταῖς φυτείαις διὰ κεραμίδων ἢ μολυβδαινῶν, Quas etiam ipsas simul ambientes horti omni genere stirpium complectebantur fictilibus in vasis et plumbeis consitarum. Bud. Vide et Φυτευτήριον. [" Valck. ad Ammon. 123." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 1, 8, 2. 3, 8, 4. 3, 10, 3. C. Pl. 1, 1, 3. 5, 17, 6.]

Φύτευμα, τὸ, idem. E Bud. enim affertur pro Plantatione s. Loco plantis consito. Alioqui accipitur potius pro Planta quæ deponitur, et conseritur, quam Semen etiam Lat. appellant. Bud. e Theophr. (H. Pl. 3, 11, 5.) Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ μοσχεύματα δεῖν εἰς τὰς ἐπομβρίους μᾶλλον ἐμβάλλειν ἢ τὰ φυτεύματα πάντων τῶν δένδρων, ὅτι τὰς ῥίζας τὰς καθιεμένας τῶν φυτευμάτων πάσας ἐκσήπει· τῶν δὲ μεμοσχευμένων ἰσχυρότεραι. Itidem pro Planta usurpavit Plato de LL. || Φύτευμα est etiam Nomen proprium herbæ s. Plantæ ap. Diosc. 4, 130. cujus Plin. quoque meminit 27, 12. [Theophr. C. Pl. 3, 5, 2. 3, 24, 1.]

Φύτευσις, ἡ, i. q. φυτεία, Plantatio, Consitio. Aristot. de Mundo, Γῆς ἀρόσεις καὶ φυτεύσεις. [* Φυτεύσιμος γῆ, Terra in qua plantæ et herbæ crescere possunt, Diod. S. p. 22=42.]

Φυτευτέον, Plantandum s. Serendum est, [Geop. 3, 3. 4, 1. 5, 2." Kall. Mss.]

[* Φυτευτὴρ, unde] Φυτευτήριος, Plantarius, Seminarius, i. e. Qui plantari seminarique potest, vel solet, ut φυτευτήριος κλάδος. Sed plerumque neutro genere et substantive DICITUR Φυτευτήριον pro φυτευτήριος κλάδος s. φύτευμα, Planta, Plantarium, Seminarium, Planta et viviradix quæ in terram deponitur; vel etiam Surculus, Stolo, Talea: quæ sc. ex arbore excisa vel avulsa in terram depanguntur, aut in aliam plantam inseruntur; nam αἱ γενέσεις τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματοι ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνὸς, ut docet Theophr. H. Pl. 2. init. Merito igitur J. Poll. 1, c. 12. conjunxit σπέρματα, φυτὰ, φυτευτήρια: addens tamen φυτευτήρια præcipue dici ἐπὶ ἐλαιῶν, de oleis, s. de plantis et seminibus oleaginis, quales ap. Latinos rei rusticæ Scriptores sunt Taleæ oleaginæ, s. Clavolæ oleaginæ, quæ sc. de ramo tenero ex utraque parte æquabiliter præcisæ in terram demitti solent, ut Varro tradit. Et forsan J. Poll., cum ista verba addidit, respexit ad Dem. (1251.) Φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων κατέκλασε, Confregerunt oleaginas plantas, s. seminaria oleagina, ubi de seminibus jam deplantatis intelligi potest, cum Harpocr. quoque περιστοίχων exponat τῶν κύκλῳ περὶ τὸ χωρίον ἐν στοίχῳ πεφυκότων. (Bud. vero de loco consito dici ait.) Et Gal. Lex. Hippocr. φυτευτηρίων exposuit τῶν εἰς τὴν γῆν φυτευομένων ξύλων. Theophr. C. Pl. 3, c. 6. Τὰ δὲ φυτευτήρια δεῖ λαμβάνειν ἀπὸ νέων τε τῶν δένδρων ἢ ἀκμαζόντων, καὶ ὅλως λεῖα ταῦτα καὶ ἰθύτατα, ut Plin. de talearum satu præcipiens, servandum in eo ante omnia ait, ut e feracibus fiant arboribus: ne curvæ, ne scabræ, aut bifurcæ: ut illibato cortice. Et H. Pl. 2, 8. Ἐν δὲ ταῖς τῶν ἄλλων φυτείαις τἀνάπαλιν τίθενται τὰ φυτευτήρια, καθάπερ τῶν κλημάτων: dixerat enim initio capitis, Τῶν δὲ φοινίκων ἴδιος ἡ φυτεία παρὰ τὰ ἄλλα· φυτεύουσι γὰρ πλείους εἰς ταυτὸ τιθέντες, δύο ἄνω καὶ δύο κάτω ἐπιδοῦντες. Quibus in ll. nota etiam φυτεία pro Plantatione s. Satu, ut et in Geop. (9, 6, 2.) Βοθρεύειν δὲ χρὴ μάλιστα ἐνιαυτὸν πρότερον τῆς φυτείας, pro his Columellæ, Ante annum quam semina ponere et pomaria disponere voles, scrobes fodito. Et cap. 2 ejusd. libri, Ἀπὸ φυτευτηρίων πεφυτευμένα πάντα δοκεῖ τοὺς καρποὺς ἐξομοιοῦν, E plantis deposita et sata. Rursum C. Pl. 3, 7. Τὸ πρέμνον τοῦ φυτευτηρίου, ut Xen. (Œc. 19, 13.) Ὁρᾷς δ' ὅτι πρέμνα πᾶσι τοῖς φυτευτηρίοις πρόσεστιν. || Φυτευτήριον accipi ajunt etiam pro Loco in quo sunt plantæ e semine enatæ, quæ postea transplantantur in viridariis, sicut et Bud. dixi supra φυτευτήρια ἐλαιῶν accipere pro Loco olivis consito. [Gl. Seminarium, Plantarium. " Aristoph. Fr. 254." Schæf. Mss.] Ead. signif. in Geop. LEGITUR Φυτώριον, SIVE Φυτώρειον, 5, (3.) Φυτώριον καλεῖται ἐν ᾧ τὰ φυτὰ μεταφυτεύεσθαι μέλλοντα κατατίθεται, In quo deponuntur plantæ quas transferre in alium locum volumus. Et alibi, (3, 2, 1.) Τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ μεταθήσομεν ἀπὸ τοῦ φυτωρίου τὰς ἐνρίζους ἀμπέλους: pro his Columellæ, Inter nonas et idus Februarias maturæ plantæ de seminariis in scrobes transferendæ. Item 11, (9.) de buxo, Πύξος φυτεύεται ἔκ τε ἀποσπάδων καὶ κορυνῶν καὶ ἀκρεμόνων ἀποτιθεμένων ἐν φυτωρείῳ μετὰ εἰδῶν Νοεμβρίων.

[" Φυτώριον, Clem. Alex. 288(=338.)" Kall. Mss. * Φυτούριον, Gl. Seminarium.]

[* Φυτευτὴς, Gl. Pastinator.] Φυτευτικὸς, Hesychio i. q. φυτάλιμος: per illud enim φυτευτικὸς, veluti notius, exp. hoc φυτάλιμος. VV. LL. interpr. Ad sationem aptus, Sativus. Videndum tamen ne active potius significet Sator. [" Brunck. Soph. 3, 532." Schæf. Mss.]

[* Φυτευτὸς, Plantatus, Plato de Rep. 6. p. 510= 122.] Ἀφύτευτος, ὁ, ἡ, Qui plantatus s. satus non est. Metaph. Theophyl. Ep. 75. ad Polyxenam meretricem, Ἄπιστα τὰ τῶν σῶν χειλέων φιλήματα· ἀφύτευτος γὰρ πόθος θᾶττον μαραίνεται. Exp. etiam Non consitus, ut cum de horto dicitur. [Ἀ. χῶρος καὶ ἀγρὸς, Minime consitus et incultus ager, Xen. Œc. 20, 22. * Καλλιφύτευτος, Nicet. Ann. 21, 9.]

[* Ἀναφυτεύω, Gl. Resero.]

Ἀντιφυτεύω, Vicissim planto s. sero, Vicissim gigno s. genero. Phocyl. (73.) ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. [* " Ἀντιφύτομαι, Amphil. p. 63.: forte leg. ἀντιφυτεύομαι." Kall. Mss.].

B Ἀπόφυτεύω, Stolonem evulsum sero, Avulsam arboris partem sero: utraque interpretatio est Bud. Gaza vertit, Avulsione sero. Exp. etiam Transplanto. Ἀποφυτεύομαι, pass. invenitur ap. Aristot. de Juventute et Sen. Δι' ἣν δ' αἰτίαν τὰ μὲν οὐ δύναται διαιρούμενα ζῇν, τὰ δ' ἀποφυτεύεσθαι τῶν φυτῶν, ἕτερος ἔσται λόγος. [Theophr. H. Pl. 7, 2, 1.] Ἀποφυτεία, ἡ, Transplantatio hujusmodi, sc. cum stolo evulsus seritur. Aristot. περὶ βραχυβιότητος, Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀποφυτείᾳ τρόπον τινὰ φαίη ἄν τις ταῦτα συμβαίνειν· μόριον γάρ τι τὸ ἀποφυτευθὲν· ἐν μὲν οὖν τῇ ἀποφυτείᾳ χωριζομένων. συμβαίνει τοῦτο. [Theophr. C. Pl. 1, 4, 3.]

[* Διαφυτεύω, Hephæst. 42. Πλάτανον εὖ διαφυτεύσομεν, Philostr. 304. Τὴν νῆσον διεφύτευσε δένδρεσι, Athen. 83. Theophr. H. Pl. 4, 4, 2. " Aristoph. Fr. 226." Schæf. Mss.]

Ἐκφυτεύω, Translatum s. Exemtum alicunde semino s. planto: ἐκφυτεύω εἰς συκῆν, ex Aristot. Probl. pro In ficum insero. [Heraclid. Pont. c. 11.]

ΧΑΖΩ, vel potius voce PASS. Χάζομαι, Recedo, Retrocedo. Il. Π. 707. Χάζεο, διογενὲς Πατρόκλεις: P. 13. Χάζεο, λεῖπε δὲ νεκρὸν, ἔα δ' ἔναρα βροτόεντα. Quibus in Il. sine adjectione ponitur, sicut et in aliis nonnullis. Sunt vero et aliqui, ubi adjicitur præp. εἰς, aut ἐκ, aut etiam gen. solum habet, i. e. sine præp. ἐκ. Exempla ordine subjungam: Il. Γ. 32. Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων. Cui loco plane similis est hic N. (165.) αὐτὰρ ὅγ' ἥρως Ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο. Sed hic nisi dicamus vacare particulam ἂψ, reddendum erit ἐχάζετο simplici Cedebat, cum ἂψ sonet Retro. Nisi quis vertere malit, Retro se recipiebat in suorum agmen. Exemplum autem verbi χάζεσθαι juncti præpositioni ἐκ, habes in hoc versu, Π. 122. Χάζετο δ' ἐκ βελέων. Ubi reddere item possis, Se subduxit e telis. Cum gen. denique, absque præp. extat in hoc 504 versu Il. Λ. Οὐδ' ἄν πω χάζοντο κελεύθου δῖοι Ἀχαιοί. Eand. constr. habet Il. Π. 736. Ἧκε δ' ἐρεισάμενος· οὐδὲ δὴν χάζετο φωτός: ubi Eust. Ὁ μὴ χαζόμενός τινος, inquit, ἀλλ' ἐγγὺς δηλαδὴ γεγονὼς, δύναιτ' ἂν καὶ γενναίαν ἐκείνῳ ἐκτινάξαι πληγήν. Est tamen et alia lectio, sc. ἄζετο: quam et Didymus aut potius quicunque alius est Schol., insertam suis Scholiis habet, cum tamen non hanc, sed alteram sequi ac probare videatur, quippe qui exponat ἀπείχετο. Prima certe interpr. Latina lectionem illam χάζετο secuta itidem fuerat; at posteriores alteram secutæ fuerunt, reddentes, Veritus est, Reveritus est. Verum ne quis duplicem hanc lectionem miretur, afferam Eur. locum in quo itidem ambæ istæ lectiones habentur; et una quidem in textu est, alteram autem Schol. sequitur: cum tamen ejus Scholiis lectio contextus inserta fuerit. Is locus in Alc. (327.) extat, Θάρσει· πρὸ τούτου γὰρ λέγειν οὐ χάζομαι. Hic enim Schol. exp. οὐκ εὐλαβοῦμαι, tanquam legens οὐχ ἅζομαι, non autem οὐ χάζομαι. Ac ne quis hoc in dubium revocare possit, obstat hemistichium Homeri, quod subjungit, μηδ' ἅζεο θοῦρον Ἄρηα. Quod autem ibi interjicitur post οὐκ εὐλαβοῦμαι, sc. καὶ οὐκ ἀπέρχομαι, non dubium est quin sit ascititium alius cujuspiam Scholium. Hes. hanc passivam vocem ubique exp. verbo ἀναχωρεῖν, quo significatur Retrocedere, s. Recedere, præterquam uno in loco, ubi exp. ὑποχωρεῖν, quod affinem signif. habet. Affert Idem et activam vocem Χάζειν, quam itidem explicat verbo ἀναχωρεῖν: sed et verbo φυλάσσεσθαι, i. e. Cavere. Cum porro Poëticum sit hoc verbum, in voce præsertim activa, tamen utraque usum esse in compositione Xen. docebo in Ἀναχάζω. Sed ποιητικωτέροις nonnullis vocabulis delectatum supra ceteros hunc Scriptorem fuisse, apparet ex aliorum quorundam verborum enumeratione, quam calci Editionis meæ apposui. || Venio ad aliam verbi χάζω signif., vel potius ad alias signiff. Il. Λ. (334.) Τοὺς μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς Διομήδης Θυμοῦ καὶ ψυχῆς κεκαδὼν, κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα, ubi κεκαδὼν exp. στερήσας, Postquam privavit; ita tamen ut huic expositioni Eust. addat, μᾶλλον δὲ ὑποχωρῆσαι ποιήσας: indicare, ut opinor, volens hujus signif. originem. Quisquis enim vita
B privat aliquem, illam ab eo ὑποχωρεῖν ποιεῖ. Idem scribit, hoc PARTICIPIUM Κεκαδὼν esse aoristi secundi. Nam a verbo Χάζω, DICI Ἔχαδον: e quo sit partic. χαδὼν, et Ionice κεχαδὼν: eod. modo quo λελαχὼν, λελαβὼν, et similia. At vero Hes. κεκαδὼν exp. non solum στερήσας, sed etiam χωρήσας, et φροντίσας: et ita quidem, ut illud στερήσας inter hæc duo interjiciat. Et ad χωρήσας quidem quod attinet, quin pro illo reponi debeat χωρίσας per ι, minime dubito, cum ibid. κεκαδησόμεθα [ex Il. Θ. 353.] explicetur χωρισθησόμεθα. Scio alioqui χάσις itidem ap. eum exponi χώρησις, sed vel hoc fut. χωρισθησόμεθα, utrobique reponi debere ι pro η, manifesto arguit. Tertia autem illa exp. φροντίσας, non ad hoc κεκαδὼν spectat, meo quidem judicio, sed ad κεκαδὼν quod est a verbo Κήδω. Neque vero quenquam ad exp. illam recipiendam impellere debent VV. LL. Nam quod χάζω in illis dicitur poni etiam pro μεριμνῶ, Cogito, Solicitus sum, ab Apoll. Rh., in eo lapsum esse aliquem, (quicunque illa scripsit,) ob non
C satis attente considerata Schol. verba, docebo paulo post. Ut autem nunc de κεκάδοντο dicam, sciendum est exponi et ipsum Privarunt; sed nullum hujus usus exemplum afferri. Apud Hom. quidem certe suam illam τοῦ ὑποχωρεῖν signif. habet, Il. Δ. 498. ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο Ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος. Nam κεκάδοντο, inquit Eust., est medium aor. posterius, Ionicum, cujusmodi est τετύκοντο, pro quo κοινῶς dicitur ἐχάδοντο. Atque hæc quidem de formatione AORISTI Κεκαδόμην. Verum et hoc observandum hic est, de quo tamen tacent Eust. atque alii, videri hic jungendam esse præp. ὑπὸ verbo κεκάδοντο, ut sit ὑποκεκάδοντο ab ὑποχάζομαι. In hoc autem COMP. Ὑποχάζομαι talem usum habebit præp. ὑπὸ, qualem in Ὑποχωρῶ habet, ut Ἀναχάζομαι respondet τῷ Ἀναχωρῶ: simplici χάζομαι interim nudam τοῦ χωρεῖν signif. habente. Legitur κεκάδεσθαι (sed malo κεκαδέσθαι) ap. Hes., expositum etiam φείδεσθαι, et ἐντραπῆναι. Et, quod quis magis etiam miretur, χάζει illi est etiam προσδεῖται, χαλᾶται, ubi vereor
D ne vel pro χάζει aliud reponendum sit, vel aliæ expp. reponi debeant. Porro quod attinet ad χάζω in VV. LL. expositum μεριμνῶ, e non attente consideratis Schol. verbis, ut modo dicebam, natus est error. Nisi potius mendosum esse illius locum dicendum est. In hunc enim versum, qui extat Argon. 4, (190.) Μηκέτι νῦν χάζεσθε, φίλοι, πάτρηνδε νέεσθαι, hanc exp. affert, ἀναχωρεῖτε καὶ μεριμνᾶτε περὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα ἀνακομιδῆς. Quibus subjungit, aliquos scribere φράζεσθε, sc. pro χάζεσθε: (id quod mihi in memoriam reducit illum Hom. locum, in quo legitur, Φράζεο, Τυδείδη, καὶ χάζεο:) ad quam lectionem minime dubium est quin posterior illa exp. μεριμνᾶτε pertineat. Sed hoc nequaquam consarcinatores illi animadverterunt, qui verbo χάζεσθαι signif. τοῦ μεριμνᾶν tribui dixerunt: quod sc. addat καὶ μεριμνᾶτε. Sed crediderim eum potius disjunctiva particula utentem scripsisse, ἢ μεριμνᾶτε. Illis porro quæ de κέκαδον dicta fuerunt, addendum est, extare ETIAM Κεκαδεῖν ap. Hes., et illi dari duas expp., quas et participio κεκαδὼν tribuit. Nam ut hoc parti-

cip. exp. χωρήσας (pro quo repono χωρίσας) et στερήσας, sic quoque κεκαδεῖν, χωρῆσαι (pro quo scribo χωρίσαι) et στερῆσαι. Quibus addit σκεδάσαι. Atque ut κεκαδεῖν exp. σκεδάσαι, ita fut. PASS. Κεκαδησόμεθα, poni ait pro διασκορπισθησόμεθα, (scimus autem σκεδᾷν et διασκορπίζειν de eadem re dici,) cui addit χωρισθησόμεθα. || Χάζομαι ap. Greg. Naz. Carm. Cedo, Non repugno. Imitatus est autem Greg. Euripidem in hoc usu verbi χάζομαι: ap. hunc enim legimus Or. (1116.) Καὶ μὴν τόδ' ἔρξας, δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι, Non repugno bis mori, Non repugno quominus bis moriar, vel, Non recuso. Aut etiam, Causam nullam dico quin bis moriar, Causæ nihil dico quin bis moriar. Similem autem verbi χάζομαι usum habes supra in hoc Eur. versu, Θάρσει· πρὸ τούτου γὰρ λέγειν οὐ χάζομαι: ubi Schol. legere οὐχ ἅζομαι, admonui. [" Χάζω, Heyn. Hom. 5, 497. 6, 201. 526. Valck. Adoniaz. p. 255. Phœn. p. 353. Wessel. Probab. 44. Wakef. S. Cr. 1, 92. ad Il. Λ. 539. Musgr. Or. l. c. Alc. l. c. Capio, Wakef. Phil. 328. Jacobs. Anth. 9, 16. Heyn. Hom. 4, 559. 8, 629. De Homerico κεκαδὼν, Herm. Metr. Pind. p. 337. Heyn. Hom. 6, 177. χάζομαι, Wakef. Alc. 333. Heyn. Hom. 4, 652. 5, 154. 476. 6, 303. 7, 260. Χάζεσθαι δουρὸς, 6, 212." Schæf. Mss. Χάζω et μάζω conf., Spitzner. Mantissa Obs. in Quint. Sm. 234. Χάζομαι, cum gen., Il. N. 194. Vide Schn. Lex.]

Χάσις, Discretio, Segregatio, VV. LL. cum ab Hesych. exponatur διάκρισις et χώρισις. Quod χώρισις reddi etiam potest Separatio. Habet certe χώρισις (pro quo perperam ap. eum scriptum est χώρησις per η) magis affinem signif. ei quæ verbo χάζεσθαι data fuit. Vide Κεκάδοντο paulo ante. [Geminus ad Arat. D. 5. * Χάδην, Hippocr. 234, 46.]

Ἀναχάζω, VEL Ἀναχάζομαι, Retrocedo, Cessim eo, Iter inhibeo, vel Gressum, inquit Bud.: Xen. K. 'A. 4, (1, 12.) Ἐπιδιώκοντες καὶ πάλιν ἀναχάζοντες πορεύεσθαι. Idem, (ib. 4, 7, 7.) Ἀνεχάζετο εὐπετῶς, Cessim ibat. Est tamen Poëticum potius hoc verbum, ut antea docui in simplici Χάζομαι. Il. O. (728.) Ἀλλ' ἀνεχάζετο τυτθὸν, ὀϊόμενος θανέεσθαι Θρῆνυν ἐφ' ἑπταπόδην: præcedit autem hic versus, Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσιν. Notandum porro, ut Hom. dicit οὐκέτ' ἔμιμνε, ἀλλ' ἀνεχάζετο, ita dicere Xen. K. Π. 7, (1, 17.) Οὐκ ἐδύναντο ἀντέχειν, ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο, ut sit idem ἀντέχειν et μίμνειν. Dicitur et ὀπίσω ἀναχάζεσθαι ab eod. Poëta, Il. Π. (710.) Ab Hesiodo autem ('A. 336.) Ἂψ ἀναχάσσασθαι, ubi supervacanea sunt ὀπίσω et ἄψ, ut si quis Latine dicat Retrocedere retro. [" Wakef. S. Cr. 1, 61. Brunck. Soph. 3, 492. Heyn. Hom. 5, 353." Schæf. Mss. Il. E. 822. Φ. 403. ad Pind. N. 10, 129.] "Ἄγχασδε, Dorice pro ἄγχαζε: hoc autem Æolica syncope pro ἀνάχαζε, ut ἀγχάσαι et ἀγχάσασθαι pro ἀναχάσαι et ἀναχάσασθαι, sicut inter Anomala etiam annotavi." [Ἄγχαζε, ἀντὶ τοῦ ἀναχώρει· οὕτως Σοφοκλῆς. Lex. Sangerm.] "Ἐπαγχάσασθε, Hes. ἐπαναχωρήσατε: poëtica sync. pro ἐπαναχάσασθε, ab ἐπαναχάζομαι, Retrocedo." · Ἀποχάζω, Abscedo, Recedo: ἀπόχασον, Hes. ἀποχώρησον. Usitatior est tamen vox PASS. Ἀποχάζομαι, Od. Λ. (94.) Ἀποχάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ φάσγανον ὀξύ. Ubi habet gen. vi præpositionis ἀπὸ, quasi χάζεο ἀπὸ βόθρου. [Manetho 2, 483. * Διαχάζω et Διχάζω conf., Xen. K. 'A. 4, 8, 15. K. Π. 7, 1, 16. Vide Lex. Xen. v. Διαχωρεῖν. * " Ἐγχάζω, Wakef. S. Cr. 1, 92. Phil. 328." Schæf. Mss.] " Ἀνεπιχάδην, Hes. " οὐκέτι χωροῦν: sonat tamen potius χωρὶς τοῦ * ἐπιχάσαι, et nihil cedendo." [* Μεταχάζομαι, Retrocedo, cum gen., Apoll. Rh. 3, 436. * Παραχάζομαι, Hes. Παράχασον· ἀναχώρησον. Παρεχάζετο· παρεχώρησεν.] " Προχάζοιο, Hes. προβαίνοις, ἀναποδίζοις." " Συγχάσαι, Concedere, συγχωρῆσαι, Hes." Ὑποχάζομαι, vide Χάζομαι, ubi ago de aoristo Κεκαδόμην, [" Heyn. Hom. 4, 646. 7, 95." Schæf. Mss.]

Ceterum activa illa vox Χάζω, significans χωρῶ, i. e. Capio, Capax sum, habet posterius AOR. Ἔχαδον, quo usus est Hom. Il. Δ. (24.) Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα. Sed legitur etiam κέ-
A χαδε: de qua scriptura dicam paulo post. Item Λ. (462.) Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤϋσεν ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτὸς, i. e. ἐχώρησε, Eust. addens, esse aoristi secundi, a THEM. Χῶ, Χάζω, τὸ χωρῶ, quemadmodum deducitur et Χάζω, quod est ὑποχωρῶ. Hinc est et INFIN. Χαδέειν, quod signif. Capere, i. e. Capacem esse s. Capax. Il. Ξ. init. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας Αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν· στείνοντο δὲ λαοί: i.e. Nam litus, licet spatiosum, naves omnes capere non poterat, Navium omnium capax non erat. Sic Auctor brevium Scholl. χαδέειν exp. χωρῆσαι, itidemque Eust. ita scribens, Hujus χαδέειν præsens est χάζω: cujus secundum aoristum est Ἔχαδον: a quo sec. FUT. Χαδῶ: unde Χαδεῖν et Χαδέειν. Hæc autem ejus verba tam diligenter refero, quod quidam constituant THEMA Χάδω, ITEM Χαδέω, quæ et in VV. LL. habentur. A Χάζω est etiam med. PRÆT. Κέχανδα: cujus PARTIC. Κεχανδώς: Od. Δ. (96.) καὶ ἀπώλεσα οἶκον Εὖ μάλα ναιετάοντα, κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά. Ubi licet κεχανδότα exponatur
B itidem χωροῦντα, non tamen intelligendum est, Domum quæ capiebat multa bona, i. e. capax erat multorum bonorum, s. multarum opum; sed Quæ sua capacitate continebat. Ita enim malo reddere, ad primam signif. respiciendo, quam simpliciter Continebat. Idem dicendum et de κεχάνδει præt. plusquam perfecto. Il. Ω. (192.) de thalamo, ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει, i. e. πολλὰ ἐχώρει κειμήλια γλήνης ἄξια, inquit. Eust. Is autem annotat præterea, manifestum hinc esse, scribi debere in illo quem attuli loco, Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε, non οὐ κέχαδε. Alioqui enim κέχανδεν scr. fuisse, interjecto ν, ut ex eo formaretur plusquamperf. κεχάνδει. Sed idem Gramm. sibi non satis constat, p. 1487.; ibi enim scripturam illam οὐ κέχαδε alteri præfert, exemplarium etiam auctoritate nitens, et illud ν, e quo ἔχαδε rectius scribi arguebat, metrico pleonasmo addi tradens. In suis autem in illum ipsum locum Il. Θ. Scholiis, rem in ambiguo relinquit, dicens esse vel κέχαδε cum κ, ut sit med. præt., a Χῶ, Χάζω, τὸ
C χωρῶ, (ut Φράζω, πέφραδα: et Χλάζω, κέχλαδα, ap. Pind.) vel ἔχαδε, secundum aoristum. His certe addendum est, quod ab Eod. scribitur, hoc κέχανδα esse a Χάζω, non autem a Χαίνω, utpote habens ν e pleonasmo. Unde apparet fuisse, qui a Χαίνω deducendum putarent. [" Χαδεῖν s. Χαδέειν, Arat. 695. Nicander 'A. 58. Opp. K. 3, 503. 4, 209." Wakef. Mss.] " Χανδάνω, poëtice, Capio, i. e. Capax sum, " factum e Χάδω, s. Χαδῶ, de quibus supra," [" Jacobs. Anth. 9, 16. Heroic. adesp. 8. Κεχανδὼς, Dawes. M. Cr. 182. Heyn. Hom. 8, 408." Schæf. Mss. Aristoph. B. 261. Theocr. 13, 57. Καὶ ῥόπαλον, τό οἱ αἰὲν ἐχάνδανε δεξιτερὴ χείρ. * " Ἀχανδὴς, Anacr. Carm. 64. v. 1062." Kall. Mss. " Ad Charit. 528." Schæf. Mss. * " Εὐχανδὴς, Patulus, Manetho 6, 463. χαλκῷ." Schleusn. Mss. Conf. cum * Ἐγχανδὴς, Nicander 'A. 63. νηδύν. * Περιχανδὴς, Fr. 4. ex Athen. 372. χύτραν.] " Πολυχανδὴς, Multum capiens, Valde capax, a χανδάνω," [" Wakef. Phil. 783. S. Cr. 4, 10. Gesner. Ind. in Orph."
D Schæf. Mss. Barker. Ep. Cr. ad Boiss. 281. Theocr. 13, 46. " Const. Manass. Chron. p. 76. Amat. 4, 30." Boiss. Mss. Nicander Θ. 951. " Greg. Naz. Carm. 1. p. 32." Kall. Mss. Quint. Sm. 3, 728. 4, 475. Themist. Or. 23. p. 299.]

ΚΑΚΟΣ, Malus, Improbus. Apud Hom. sæpe κακὸς est ὁ δειλὸς, Ignavus, Timidus. Et quoniam existimatur κακὸς deductum esse a v. χάζω, s. χάζομαι, (quam etymologiam hic sequens, alioqui non satis mihi verisimilem, istum locum illi dedi,) videri queat prima ejus hæc signif. esse. Nihil enim magis convenit ignavo et timido quam ὑποχωρεῖν, quod est χάζειν. Et ita merito fuerit dictus κακὸς, quasi χακός. Sed quia improbos refugimus, et ab eis recedimus, ideo huic etiam signif. etymum illud convenire videri queat, non minus quidem certe quam illi. Eust. utrique signif. ipsum accommodat; cum enim aliquot in Il. κακὸν dici testetur τὸν δειλὸν, a χάζω, quod est ὑποχωρῶ καὶ ἀναποδίζω: non minus νοῦσον κακὴν exp. τὴν φευκτην, a χάζω, quod est ὑπο-

χωρῶ: quam sc. φεύγομεν, i. e. Fugimus, ὡς ὀλεθρίαν. Auctor autem Etym. scribit κακὸς quidem ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, esse a χάζω, ut sit ὁ ὑποχωρῶν καὶ φεύγων: at vero ἐπὶ τοῦ ἄλλου, usurpari καταχρηστικῶς: quoniam omnes illum ὑποχωροῦμεν. Ubi per ἐπὶ τοῦ ἄλλου videtur intelligere alteram illam signif., qua de improbo dicitur. Sed non satis placet illud καταχρηστικῶς: potius enim κακὸς pro δειλὸς esset a χάζω, ex eo quod refugiat: at cum ponitur pro πονηρὸς, i. e. Improbus, inde quidem esset, sed passive accipiendo de eo qui refugitur ab aliis. Sic sane Eust., postquam dixit νοῦσον κακὴν esse τὴν φευκτὴν, a χάζω, quod est ὑποχωρῶ, nimirum quam φεύγομεν, tanquam ὀλεθρίαν: itidemque ἔριν κακὴν, et πόλεμον κακὸν esse, ἐξ ὧν ἄν τις χάζοιτο: addit versa vice dici κακὸς pro δειλός: sc. ὃς χάζεται τῆς μάχης ἀναχωρῶν καὶ φεύγων, εἴτε καὶ ἀναδυόμενος. In meo vet. Lex. hæc tantum scripta sunt, Κακὸς, εἴτε ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, εἴτε ἐπὶ τοῦ πονηροῦ παρὰ τὸ χάζω, χακὸς, καὶ κακός. Utut sit, (neque enim hic aliud possum quam liberum cuique suum judicium relinquere,) non video quid obstet quominus κακὸς pro Malo, i. e. Improbo, s. Nequam, primo loco ponatur, cum hujus quoque signif. exempla ap. Hom. extent; præsertim tamen, ubi rei tribuitur. Nam ubi personæ tribuit hanc vocem, frequentius ἐπὶ τοῦ δειλοῦ poni haud negarim. Et sunt quidem aliqui loci qui utramque signif. admittere fortassis queant; verum Od. Λ. (383.) per κακὴν γυναῖκα non puto aliud quam improbam mulierem quenquam existimaturum intelligi: in isto loco, Οἳ Τρώων μὲν ὑπεξέφυγον στονόεσσαν ἀϋτὴν, Ἐν νόστῳ δ' ἀπόλοντο κακῆς ἰότητι γυναικός. At hic, qui extat Χ. (414.) Οὔ τινα γάρ τίεσκον ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ὅτις σφέας εἰσαφίκοιτο, quamvis aperte videatur voci κακὸς Improbi signif. dare, Eust. tamen in dubium id revocat, cum dicit κακὸν posse etiam significare τὸν ταπεινόν: et ἐσθλὸν, τὸν μὴ τοιοῦτον. In isto quoque loco Od. Ρ. (217.) Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει· Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, non simpliciter accipit pro Improbo; dicit enim γενικῶς hic positum esse, et declarare τὸν ἀγεννῆ καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν μὴ ἀρετῶντα, καὶ ὅλως τὸν οὐδὲν ὑγιὲς ἔχοντα. Et ita quidem ap. Hom. Apud Hesiod. autem aperte κακὸς pro Improbo aut etiam Scelerato homine ponitur, et eo quem nos appellamus Un méchant homme, in isto Ergων versu (1, 238.) Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, Sæpenumero universa civitas ob virum improbum s. sceleratum pœnas luit. Non contentus autem dixisse κακοῦ, addit, Ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται. Apud eund. Poëtam in eod. opere, κακὸς γείτων opp. ἀγαθῷ γείτονι, (344.) Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. At vero e soluta oratione hujus usus exempla, sc. nominis κακὸς positi pro Improbo, supervacaneum fuerit afferre, cum passim extent. Plato de LL. 4. τὸν κακὸν dicit esse ἀκάθαρτον τὴν ψυχὴν, ut vicissim, ei contrarium, esse καθαρόν: quibus subjungit, Παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, οὔτε θεὸν ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι. Ubi Cic. reddidit Improbum, de LL. 2. Donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant: qui vetantur dubitare qua mente sit futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. In ejusd. Plat. Timæo, hæc verba, Τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ, ita interpr. Sed haudquaquam boni est ratione vinctum velle dissolvere. Est denique κακὸς ap. hunc pariter et Aristot., nec non ap. alios Scriptt., cui inest κακία, ut vicissim ἀγαθὸς, vel ἐσθλὸς, cui inest ἀρετή. Aristot. Eth. 2, 6. postquam dixit τῆς μὲν κακίας esse τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, at vero τῆς ἀρετῆς, esse τὴν μεσότητα, subjungit hunc versum, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ, ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Alicubi κακὸς et πονηρὸς copulata inveniuntur, Plut. (8, 189.) Μήτε τοὺς ἄλλους ἐκ κακῶν καὶ πονηρῶν ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ μεγαλωφελεῖς γενομένους. Schol. Thuc. in quodam ejus loco κακὸς exp. κακότροπος. Verum ut ad Plat. redeam, sciendum est illum in Cratylo scribere, vocabulum hoc κακὸς esse ἄτοπον,

A atque adeo ejusmodi quod βαρβαρικὸν censeri possit.

Rei etiam tributa κακοῦ appellatio valde frequens est. Et interdum quidem dicitur κακὸν de re quæ ab improbo proficiscitur, ut κακὸν ἔργον, Improbum factum. Interdum vero κακὸν est Perniciosum, Infaustum, Infelix, quali signif. et ap. Latinos Res mala dicitur. Legimus ap. Hom. κακὰ ἔργα, Improba facta: itidemque κακὸν ἔπος, nec non κακὴ βουλή? quod et ap. Hesiod. extat, in hoc Ergων versu, qui postea in Proverbium abiit (1, 264.) Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, pro quo dixerunt olim Lat. Malum consilium consultori pessimum. Alterius autem usus exempla esse possint, κακὸν ἦμαρ, et κακὴ αἶσα, atque alia. Sed ab eo jungi sciendum est cum quibusdam etiam subst., quæ talem signif. habent, ut non itidem alterum quoque adjectivum admittant. Nam ut κακὸν ἦμαρ, et κακὴ αἶσα, sic quoque ἀγαθὸν ἦμαρ et ἀγαθὴ αἶσα dici potest; at vero ut πῆμα κακὸν dicit, et οἶτον κακὸν, et ὀδύνας κακὰς, et κακὴν νοῦσον, itemque ἀτασθαλίας κακὰς, et
B pleraque alia, nequaquam vicissim dicere quis possit ἀγαθὸν πῆμα, et ὀδύναι ἀγαθαὶ, itidemque de ceteris. De quibus ll. aliud dicere nequeo, quam habita ratione ejus de quo in unoquoque eorum agitur, reddi debere κακὸν, Grave, Dirum, Tetrum, Exitiosum, Pestiferum, Funestum, Horrendum, aut aliis hujusmodi esse utendum. *Illud* certe κακὴν νοῦσον Il. initio, commode redditum iri puto Dirum s. Tetrum morbum. Sed et vocem Malus alicubi in carmine talem usum habentem legisse mihi videor. Eustathii quidem certe expp. nullo modo mihi satisfaciunt, qui dicit κακὴν νοῦσον esse τὴν φευκτὴν, ut docui antea, cum de etymo vocis hujus agerem, vel ἐναντίαν τῇ ἀρετῇ τοῦ σώματος, τῇ ὑγείᾳ. Aut certe κακὴν νοῦσον, sicut et ἔριν, posse intelligi τὴν κακωτικήν: quemadmodum κακὰς ὀδύνας ap. Eund. exp. κακωτικάς. Sed nec quæ de θάνατος κακὸς tradit, satis probare possum, Il. Γ. (173.) ubi Helene dicit, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς, ὁππότε δεῦρο Υἱέϊ σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα. Vult
C enim appellari θάνατον κακὸν, vel τὸν τοῖς πλείοσι τοιοῦτον, et propterea φευκτόν: vel ad differentiam καλῶν θανάτων, quales multi in historiis commemorantur. Imo vero, aut ego valde fallor, aut κακὸς talem emphasin habet, qualem Gallicum Male, (quod est e Malus factum, et ejus signif. habet, sed certis quibusdam subst. duntaxat adhibetur,) cum dicimus La male mort, præsertim *in imprecationibus*: *sicut et Helenæ verba ad imprecationem trahi possunt: perinde ac si diceret illam sibi potius debuisse mortem imprecari.* Sed et sibi ipsis imprecantes quidam, longe quidem certe ab hominum Christianorum officio discedendo, dicere solent, La male mort me puisse venir, si etc. Sic Latini quoque emphatice Malam pestem oppetam, dicunt. Dicimus præterea Une mauvaise maladie, vel Une méchante maladie, de tetro morbo. Sic vero et aliis quibusdam hoc adj. adhibemus.

Κακὸς, Ignavus, Timidus, δειλός. Reddi etiam potest, Minime generosus, Nihil generosi habens. Hac
D in signif. frequens est ap. Hom., uti dixi; sed ego paucis contentus locis ero, in quibus manifestissima hæc signif. esse potest. Il. Ρ. (180.) Ἠὲ πανημέριος κακὸς ἔσσομαι, ὡς ἀγορεύεις, Ἤ τινα καὶ Δαναῶν ἀλκῆς μέγα περ μεμαῶτα Σχήσω ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλοιο πεσόντος. Fuisse autem objectam isti δειλίαν, et eo pertinere ὡς ἀγορεύεις, patet ex iis quæ ibi præcedunt: objectam, inquam, fuisse δειλίαν, i. e. objecta fuisse quæ ad δειλίαν pertinerent: (631.) Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται ὅστις ἀφείη, Ἢ κακὸς, ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει: Ζ. (488.) Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Apertius tamen in sequentibus ll., si modo quicquam apertius desiderandum est, in quibus κακὸν et ἀνάλκιδα s. ἄναλκιν copulat: quod posterius velut per epexegesin illi subjungit. Il. (Θ. 153.) Εἴπερ γάρ σ' Ἕκτωρ γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσει, Ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες καὶ Δαρδανίωνες. Itidemque Od. Γ. (375.) Ὦ φίλε, οὔ σε ἔολπα κακὸν καὶ ἄναλκιν ἔσεσθαι. Extat vero et locus

quidam ap. eund. Poëtam, ubi quem vocarat δειλὸν, statim post appellat κακόν. Is est Il. N. (278.) Ἔνθ' ὅ,τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη. Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ, κ.τ. λ. In soluta quoque oratione aliquis est nominis κακὸς usus hac in signif., sicut et τοῦ ἀγαθὸς in contraria. E Thuc. quidem utriusque exemplum habes in Ἀγαθὸς, T. 1, col. 10. Potest autem addi et hoc τοῦ κακὸς exemplum, e Plat. Apol. (16.) de Achille, Ὁ δὲ, τοῦτ' ἀκούσας, τοῦ μὲν θανάτου καὶ τοῦ κινδύνου ὠλιγώρησε· πολὺ δὲ μᾶλλον δείσας τὸ ζῆν κακὸς ὢν, καὶ τοῖς φίλοις μὴ τιμωρεῖν κ. τ. λ. Nisi forte de iis loquens, quæ ab Hom. commemorantur, hoc potius quam alio vocabulo uti voluit Plato. Hoc equidem constat, minus frequens esse κακὸς solutæ orationi hac in signif., quam ἀγαθὸς in contraria. Unde etiam videmus factum esse ἀνδραγαθία, e quo ἀνδραγαθίζεσθαι. Sic nos Gallice dicimus Il y avoit beaucoup de bons hommes, pro vaillans hommes; at non versa vice Ignavos appellare solemus Mauvais, vel Méchans. Ceterum his omnibus et hoc addo: quemadmodum κακὸς, quod proprie Malum s. Improbum significat, (propriam enim et primam esse hanc signif. persuasum habeo,) Ignavi et Timidi signif. plerumque accipit, ita vicissim δειλὸς, quod proprie de Timido s. Ignavo dicitur, pro Improbo nonnunquam accipi, præsertimque ap. Theogn., quantum quidem meminisse possum. Quod etiam magis me in illa mea sententia confirmat, de prima et maxime propria nominis κακὸς signif.

Κακὸς, Ignobilis. Nimirum q. d. Genere malo natus; si ita loqui liceat, ut vicissim dixit Plautus, Genere bono natus, i. e. nobili s. claro. Quo et nos modo dicimus, Qui est de bonne maison. Hujus autem signif. exempla e solo Homero habeo, ap. quem Nausicaa dicit Ulyssi, Od. Z. (187.) Ξεῖν', ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας· Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Καί πού σοι τάγ' ἔδωκε. Ubi etiam observa duplicem usum hujus nominis κακὸς in uno eodemque loco. Neque enim ut κακῷ pro δυσγενεῖ ponitur, ita et κακοῖς significare potest δυσγενέσι: nec dubito quin primam illam signif. habeat, qua sc. dicitur de improbis. Quod enim quidam ἐσθλοῖς et κακοῖς tanquam in neutro genere posita intellexerunt pro ἐν ἐσθλοῖς πράγμασι καὶ κακοῖς, ne refutatione quidem dignum esse censuerim. Extat porro et alius locus ap. Hom., ubi evidentior etiam possit esse hic nominis κακὸς usus pro δυσγενής: Od. Δ. (64.) Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ διοτρεφέων βασιλήων Σκηπτούχων· ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν. Ceterum meminisse hic oportet cujusdam loci, quem in primo themate attuli, in quo Eust. putat κακὸν posse accipi ἀντὶ τοῦ ταπεινοῦ, quod certe magis est quam δυσγενής. At vero in isto versu Od. Φ. (324.) Μήποτέ τις εἴπησι κακώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν, Eust. vult κακώτερος esse ἀσθενὴς, s. δυσγενής.

Κακὸς, Humilis, Abjectus, Pauper, vide Κακίων.

Κακὸς, Vilis, Vilis vetusque, ea signif. qua dicitur Vilis vetusque vestis, ab Ovidio. Od. Ξ. (506.) Νῦν δέ μ' ἀτιμάζουσι κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα, Λ. (190.) κακὰ δὲ χροῒ εἵματα εἷσαι. Sed et κακὰ εἱμένος dicit sine adjectione, T. (327.) Εἴ κεν ἀϋσταλέος κακὰ εἱμένος ἐν μεγάροισι Δαινύῃ. Eodemque modo quo κακὰ εἵματα, dicit etiam κακὸν ῥάκος, Ξ. (343.) Ἀμφὶ δέ μοι ῥάκος ἄλλο κακὸν βάλον, ἠδὲ χιτῶνα, Ῥωγαλέα. An autem vilis vetusque vestis, sive trita vestis, dici itidem Latine queat Mala vestis, alii viderint; ego certe ita loqui minime ausim. At Gallice eod. modo dixeris Un méchant habillement, Une méchante robe.

Κακὸς, Deformis, Qui est mala forma: si malam formam, itidem ut bonam, dicere concedatur. Sed nitor, quod ad hanc nominis κακὸς signif. attinet, sola Eustathii auctoritate, qui in hunc versum Homeri Il. K. (316.) Ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης, annotat, τὸ δὲ κακὸς δηλοῖ μὲν τὸν δύσμορφον, ἀντίκειται δὲ τῷ καλῷ, ὡς αἰσχρός. Sed nisi nitatur ipse Eust. alius loci auctoritate, haudquaquam ei subscripserim, cum non κακὸς sine adjectione, sed κακὸς εἶδος hic dixerit Poëta. Leges et in compar.

A Κακίων aliquid de hac signif. At vero κακοῦ βίου φεύγειν, pro Turpis vitæ accusari, ex Hermog. affertur.

Κακὸς, Imperitus, ut dicitur aliquis esse malus artifex. Il. P. (487.) Ἵππω τώδ' ἐνόησα ποδώκεος Αἰακίδαο Ἐς πόλεμον προφανέντε σὺν ἡνιόχοισι κακοῖσι, ubi exp. ἀτέχνοις, sed additur Vel δειλοῖς, ab Eust.: imo vero hanc exp. illi præfigit. Sed et soluta oratio multa hujus signif. exempla suppeditare potest, ubi dicitur κακὸς τεχνίτης, sicut Lat. Malus artifex.: dicitur κακὸς ἰατρὸς, ut Latine Malus medicus, pro Imperito: dicitur κακὸς στρατιώτης, Malus miles, ut sæpe legimus Bonus miles: dicuntur itidem alia. Sed infin. interdum addi sciendum est, et dici quempiam κακὸν ποιεῖν, ut vicissim ἀγαθὸν ποιεῖν τι. Apud Eur. Med. κακὴ infinitivo junctum exp. ἀσθενὴς, (264.) γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα, (ita enim leg., non φόνου,) Κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν. Sed ego malim accipere simpliciter, ut nos diceremus, Une femme n'est pas bonne à faire telle chose. Apud
B Thuc. autem κακοὶ προφυλάξασθαι exp. διὰ κακίαν ἀδύνατοι. At vero ap. Hom. gradu comp. κακώτερον, licet cum infin. itidem junctum, hanc Imperitiæ aut etiam ἀδυνασίας signif. habere nullo modo potest, Od. Θ. (138.) Οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κακώτερον ἄλλο θαλάσσης Ἄνδρα τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη. Talem certe usum habet ap. nos compar. Pire, (quod sonat κακώτερος s. κακίων,) cum dicimus Il n'y a rien pire pour ruiner un homme. Vel, Il n'y a rien pire pour engendrer des maladies.

Gradus COMP. Κακώτερος, SIVE Κακίων, Pejor, Deterior: at vero superl. Κάκιστος, Pessimus, Deterrimus. Est autem κακώτερος Poëtarum potius quam aliorum Scriptorum: cujus usum habemus in Hom. loco quem modo protuli, itidemque in isto, Od. O. (342.) Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσι, Nihil pejus est. At vero Φ. (324.) videtur hunc compar. κακώτερος pro positivo accipere Eust., quippe qui vult esse positum pro ἀσθενὴς, s. δυσγενὴς, ut supra docui, cum agerem de κακὸς
C significante δυσγενής. Altero quoque comparativo Κακίων utitur hic Poëta, Ξ. (56.) Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, Ξεῖνον ἀτιμῆσαι. Sed hic κακίων, si Eustathio credimus, ponitur pro πενέστερος, i. e. Pauperior; vel pro εἰδεχθέστερος, i. e. Deformior. Sed illam exp. huic præfero, utpote habentem aliquid affinitatis cum ea quæ data fuit supra huic vocabulo in aliquot ejusd. Poëtæ locis, ubi dictum est significare δυσγενῆ. At pro Deformis, non puto fuisse dicturum κακὸς sine adjectione, sed potius adjecturum fuisse vel εἶδος, (ut in eo quem supra attuli loco,) vel alium ejusmodi accusativum. Adde quod describitur Ulysses ab Hom. πένης potius quam εἰδεχθής. Sed ego tamen si a πενέστερος discedendum et aliud aptius vocabulum quærendum sit, malim uti generaliori aliquo, quod humiliorem vel abjectiorem s. magis abjectæ sortis hominem, aut viliorem, declaret: ut supra idem Schol. exposuit ταπεινόν. Operæ pretium est autem considerare quam fuerit etiam olim probrosa paupertas, et quam
D vicissim in pretio pretium fuerit, si pauperes, aut etiam generalius, humiles abjectique homines, κακοὶ vocabantur. Minus certe mirum esse debet appellari vicissim a nostratibus hodieque Un homme de bien, eum quoque, qui proprie loquendo vocandus potius esset Un homme de biens. Cum enim proprie illud Homme de bien, a virtute hominem laudet, vulgi usus paulatim obtinuit (initio quidem jocantis potius quam serio loquentis) ut in tribuenda hac appellatione sola opulentia, aut etiam solus cultus corporis elegantior, tanquam opulentiæ testis, spectaretur, et ita corpus vel potius res ad corpus pertinentes animo laudem suam eriperent. Sed ut ad κακίων redeam, Scholiorum brevium Auctor aliam exp. affert, quæ nullo modo mihi arridet: vult enim κακίων σέθεν significare μᾶλλόν σου κεκακωμένος τὴν ψυχήν. Ceterum in usu est, uti dixi, hic compar. prosæ quoque Scriptoribus. Xen. K. II. 2, (1, 6.) Ψυχάς τε οὐδὲν κακίονας ὑμῖν προσήκει ἡμῶν ἔχειν, Nihilo deteriores.

Superl. est Κάκιστος, uti dixi, Pessimus, Deterrimus. Apud Hom. pro Ignavissimus, Timidissimus, ut dictum est κακὸν pro Ignavo poni. Item aliquid dicitur esse κάκιστον, Pessimum, Deterrimum. Et τὰ κάκιστα, Pessima quæque, ap. Lucian. (1, 342.) Νῦν οὖν ἐγὼ καθεδοῦμαι, τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι.

Κακὸν, τὸ, subst. Malum. Il. B. (195.) Μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν, Ne iratus aliquo malo afficiat Achivos. Eodem loquendi genere utens, Hesiodus scribit, (Ἔργ. 1, 325.) Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει. Sic κακὰ in plur. ut in hoc Proverbiali versu, Ὅς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει, Qui alii malum struit s. molitur, suo ipsius jecinori malum struit. Sumtus est autem ille versus ex isto Hesiodi (263.) Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. Idem vero (189.) dixit ἀνέρα κακῶν ῥεκτῆρα. Et κακὰ φέρειν cum dat. ap. Hom. rursus, ubi κακὰ reddi etiam potest Clades. In prosa quoque κακὸν ita usurpatur substantive; et ut vides Poëtas illos Homerum et Hesiodum dicere ῥέξαι κακὸν, cum accus. personæ, sic prosæ Scriptores dicunt δρᾷν κακὸν, vel ποιεῖν, cum eadem constr. Thuc. 8. Καὶ τὰ πλεῖστα κακὰ ἐπιστάμενοι τὴν χώραν οὗτοι ἔδρασαν, ubi accus. χώραν non solum ad participium, sed ad verbum quoque fertur. Ex Eod. Κακὰ πολλὰ τῶν Ἑλλήνων, pro Mala multa quæ Græci intulerunt. Ex Eod. Κακὸν ποιῶ, Scelus admitto. At in isto loco Od. O. (73.) Ἶσόν τοι κακόν ἐσθ' ὅστ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ, quidam κακὸν interpr. Peccatum.

Κακὸν, Malum, Calamitas. Præsertim vero usitatus est Pluralis, κακὰ, Mala, Calamitates, Ærumnæ. Od. B. (179.) μή πού τι κακὸν πάσχωσιν ὀπίσσω: Il. Γ. (99.) ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε: Od. Θ. (137.) ἀλλὰ κακοῖσι συνέρρηκται πολέεσσι. Frequentem et in soluta oratione signif. hanc habet. Thuc. 2. Ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. Et μεγάλα κακὰ, ap. Eund. Aristoph. Πλ. init. Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.

[" Κακὸς, Brunck. Œd. T. 1062. ad Herod. 651. Wakef. Herc. F. 496. Burm. ad Phædr. p. 45. Mit., Pierson. Veris. 219. Ammon. 80. Ignobilis, Humilis, Abjectus, Wakef. Alc. 192. Timidus, 713. Phil. 1306. S. Cr. 3, 197. Heyn. Hom. 6, 418. Brunck. Aristoph. 2, 169. Male ominatus, Idem ad Soph. El. 61. In compp. Infelix, Wakef. Phil. 692. Conf. c. καλὸς, ad Charit. 686. Markl. Iph. p. 274. Musgr. Tro. 713. Ion. 450. Schw. Lex. Polyb. v. Καλὸς, Jacobs. Anth. 7, 27. ad Dionys. H. 1, 135. 3, 1328.: cum ἀγαθὸς, ad Charit. 686.: cum κοινὸς, Jacobs. Anim. 177.: cum κακόνους, Koen. ad Greg. Cor. 228=481. Sequ. inf., ad Xen. Œc. 4, 3. Porson. ad Hec. 336. Wakef. Diatr. p. 20. Κακὸς ὣς, Heyn. Hom. 5, 433. Κακὸς κακῶς, Eur. Tro. 446. Wakef. Phil. 1069. Timon Epigr. Porson. Med. p. 63. Soph. Aj. 839. Plut. 6, 259. Hutt. Κακὰ κακῶς, Aristoph. Λ. 162. Kuster. ad h. l. Γένος κακὸς, Heyn. Hom. 6, 545. Νὺξ κακὴ, 6, 38. Κακὸν ποιεῖν τινὰ, Kuster. V. M. 43. Κακὸν ποιεῖν, Wakef. S. Cr. 5, 47.: ῥέζειν, de leone, Heyn. Hom. 7, 97. Ὅσον κακὸν, cum gen.; Brunck. Aristoph. 3, 125. Κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι, Lobeck. Aj. p. 278. ad Herod. 223. Οἷον κακὸν, Toup. Opusc. 1, 486. ad Xen. Eph. 179. ad Herod. 624. Μέγα κακὸν, T. H. ad Lucian. 1, 220. Brunck. Bacch. 267. Ἀτηρὸν κακὸν, Andr. 353. Ἀπὸ τοῦ κακοῦ, Dionys. H. 2, 780. Ἐπὶ κακῷ, Boiss. Philostr. 421. ad Diod. S. 1, 4. ad Dionys. H. 4, 2294. Ἐν κακῷ χειμῶνος, Musgr. ad Eurip. 215. Κακὰ et κατὰ conf., Jacobs. Anth. 9, 488. ad Charit. 611=316. Wyttenb. ad Plut. 1, 656. Τὰ κακὰ, Malitia, Wakef. Phil. 448. Στομάχων κακὰ, Jacobs. Anth. 9, 414. Κακὰ κακῶν, Toup. Opusc. 2, 226. Κακῶν τὰ κ., Lucill. 121. Κακὰ κακοῖς, Porson. Hec. p. 38. Ed. 2. ad Dionys. H. 5, 361. Κακίων, Monthly Review, Aug. 1799. p. 437. Heyn. Hom. 5, 669. De quant., Phryn. Ecl. 162. Κάκιον, Theogn. 21. Herodian. Philet. 436. et n., Od. T. 120. Κάκῖον, Valck. Phœn. p. 277. Οὐ κάκιον, ad Herod. 126. Xen. Œc. 7, 25. Κακιότερος, sic scr. ap. Jacobs. Anth. 10, 57. (Schæf. Meletem. Crit. in Dionys. H. 102.) Κακώτερος, ibid.

A Heyn. Hom. 8, 259. Τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατα, Brunck. Œd. C. 1189. Dawes. M. Cr. 333." Schæf. Mss. Κακώτερος, Apoll. Rh. 3, 421. Theocr. 27, 21. Alciphr. 3, 62. Κάκιστος φαγεῖν, Phrynichus Bekkeri p. 48. Κακὸς, Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr., Valck. Schol. in N. T. 1, 239.: κακὰ ἐκ κακοῦ, 2, 297. " Theophyl. Ep. 3. Κακὰ, εἴτε τὰ κακύνοντα, εἴτε τὰ κακοῦντα." Gataker. Mss. " Mendax, Fraudibus et technis utens, Soph. Trach. 468., ubi opp. ἀψευδεῖν ἀεί." Schleusn. Mss.]

[* Κακοαίσχης, Greg. Naz. 2, 162. * " Κακοαίτιος, Manetho 1, 355." Wakef. Mss. * " Κακοβίωτος, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 3, 233. T. H. ad Plutum p. 338." Schæf. Mss. * Κακοβόρος, Ælian. H. A. 10, 29. Κακόδουλος, unde * Κακοδουλέω, e quo * " Κακοδουλία, Dio Chrys. 2, 136. * Κακόμαχλος, Valde lascivus, Theod. 1, 129. * Κακόπνευστος, Schol. Od. N. 99." Wakef. Mss.] " Κακοποιὸς, Maleficus, Malis " afficiens. Epigr. in Fures, Τίς πρῶτος κακοποιὸς ἐλή- " λυθε; Quis primus venit maleficus et noxius? A-
B " ristot. Eth. 4, 3. Οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι " οὐδὲ οὗτοι· οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν. Itidem et Synes. " Ep. 57. Αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις, Maleficæ potestates, " Mali genii." [" Valck. Diatr. 112." Schæf. Mss. " Vet. Poëta de Vir. Herb. 95. ἕλκη." Schleusn. Mss. LXX. Prov. 12, 4. 24, 18. * Κακοποιέω, Polyb. 4, 6, 10. 8, 14, 1. Xen. Œc. 3, 11. K. Π. 8, 8, 7. Ἀπ. 3, 5, 26. Schn. ad K. Ἀ. 2, 5, 3. Diod. S. 11. p. 275. 15. p. 480. Schleusn. Lex. in N. et V. T. * Κακοποίησις, LXX. Esdr. 4, 22. Cod. Pseud. V. T. 688. Εἰς κακὸν ποιεῖν ἐλαύνει, al. εἰς κακοποίησιν. * " Κακοποιητικὸς, Method. 445." Kall. Mss. Aristot. de Rep. 7. p. 446.] " Κακοποιΐα, ἡ, Maleficentia, " (ut Cæs. dicit, Iter facere per provinciam sine " ulla maleficentia,) Malorum illatio s. importatio, " etiam Maleficium. Isocr. ad Dem. Ὁμοίως αἰσχρὸν " νόμιζε, τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ " τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις: Panath. Ἐκ- " βολὰς ὧν ἐγέννησαν, καὶ καταποντισμοὺς καὶ τυφλώ- " σεις, καὶ τοσαύτας τὸ πλῆθος κακοποιΐας." [Inc. Prov.
C 22, 16. Esai. 53, 8. * Κακοσταθὴς, Greg. Naz. 2, 73. * " Κακοσύμβουλος, Joseph. Hypomn. 69." Schleusn. Mss. * " Κακοσυνάντητος, Schol. Opp. Ἀ. 1, 370. 2, 388." Wakef. Mss. * " Κακόσφαιρος, Tzetz. Ch. 11, 494." Elberling. Mss. * " Κακόταφος, Schol. Opp. Ἀ. 5, 346. * Κακότυχος, Hes. v. Κρείττονας. * Κακόϋπνος, Hes. v. Ἀΰπνους." Wakef. Mss. * " Κακόφρουρος, Const. Manass. Chron. p. 100. var. lect." Boiss. Mss.] " Κακοχράσμων, Improbus, VV. LL." [e Theocr. 4, 22. * Κακέγκακος, adv. * " Κακεγκάκως, Const. Manass. Chron. p. 120. Meurs." Schæf. Mss.]

Ἄκακος, ὁ, ἡ, Homo minime malus, Ab omni malitia abhorrens s. alienus. Vel brevius, a malitia, Homo simplex et apertus. Dem. (1153.) Καὶ προσποιούμενος ἄκακος εἶναι, ἐξηπάτησε τοὺς δικαστάς. Polyb. 3, (98, 5.) Πρὸς τοῦτον ἄκακον ὄντα τὸν ἄνδρα καὶ πρᾷον τῇ φύσει. Hæc e Bud., qui ἄκακον interpretans Hominem minime malum, Ciceronem sequi voluit, ut opinor; nam is tanquam Græcum hoc voca-
D bulum exprimere volens, Hominem minime malum dixit, pro Simplici et fraudis ignaro: [ad Div. 10, 21, 7. cf. Ep. 23, 2.] Plut. (6, 147.) Οἱ θαυμαστικοὶ καὶ ἄκακοι ὑπὸ τῶν λεγόντων μᾶλλον βλάπτονται. Dionys. ad Demophilum scribens, ut ann. VV. LL., ostendit ἀκάκους esse τοὺς μὴ προεννοοῦντας τὰ κακά. || Ἄκακος ex LXX. affertur pro Innocenti. [" Jacobs. Anth. 9, 408. 12, 132. 296. ad Diod. S. 1, 162. Valck. Adoniaz. p. 202. ad Mœr. 78. Bergler. ad Alciphr. 36. Timæi Lex. 16. et Ruhnk., Wessel. Probab. 82. Toup. Opusc. 2, 207. Ammon. 80. Musgr. Hipp. 942." Schæf. Mss. Greg. Cor. 342. Æsch. Pers. 666. Plato Alcib. 2. p. 81. Dio Cass. 12, 1. de Commodo, Πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἀνθρώπων, ἄκακος: 51, 13. de Cleopatra, Μὴ ἄκακος γυνὴ, δραστηρία καὶ συνετή. Anaxilas Athenæi 6. p. 475. Schw. Ἄκακον ἀνθρώπου τρόπον.] Ἀκάκως, Simpliciter et aperte, Sine fraude, [Dem. 1154. 1162. Polyb. 5, 20, 5. 7, 17, 9. 8, 31, 8. Plut. Thes. 8. Ἀκ. καὶ παιδικῶς.] Ἀκακία, ἡ, Mens ab-

horrens a malitia, s. malitiæ ignara, Mens minime malitiosa, Simplicitas, Candor quidam simplex, Ingenium hominis simplex, et fraudis ignarum. Demosth. (1372.) Καὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀκακίαν τὴν ἑαυτοῦ τοῦτον πάρεδρον ποιήσαιτο. Et paulo post, Ἅμα μὲν καὶ ἐλεήσασα αὐτὸν ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ διὰ τὴν ἀκακίαν τοῦ τρόπου. Apud Plut. Demetr. (init.) poni testatur Bud. pro Simplicitate atque innocentia, non electione et judicio certo prædita, sed doli ac fraudis nescia, Τὴν ἀπειρίᾳ τῶν κακῶν καλλωπιζομένην ἀκακίαν οὐκ ἐπαινοῦσιν, ἀλλ' ἀβελτηρίαν ἡγοῦνται. Apud Cic. de Fin. 5. pro ἀκακίαν quidam Codd. ἀκαμίαν, alii, quos sequi malui, ἀθαμβίαν habent. Nam Ciceronem scripsisse, Democritum εὐθυμίαν et ἀκακίαν pro eod. dixisse, sc. pro Animo terrore libero, nullo modo mihi fit verisimile. [* Ἀκακία, Hes. βοτάνη, Lat. Acacia, Diosc. 1, 133. Plin. 24, 67. Sprengel. Hist. Rei Herb. 183. * Ἀκάκης, ὁ, Æsch. Pers. 860. Εὖθ' ὁ γεραιὸς Πανταρκὴς, ἀκάκας, ἄμαχος βασιλεὺς Ἰσόθεος Δαρεῖος ἦρχε χώρας, Schol. ὁ μὴ κάκην καὶ δειλίαν ἔχων. "Vox contra analogiam peccat. Dicebant ἄκακος: sed hoc vocab. recentioris ævi fuit: quare corrigendum puto ἀκάμας, Invictus." Blomf.]

At vero Poët. Ἀκακήτης, Non nocens, Nihil mali faciens, Pacificus. Mercurii epith., Il. Π. (185.) et Od. Ω. (10.) Ἑρμείας ἀκάκητα, ubi ἀκάκητα pro nominativo ponitur, Bœotica et Æolica formatione, sicut et μητίετα. Unde etiam ἀκάκητα scribitur προπαροξυτόνως. Quidam volunt ἀκακήτης AB Ἀκάκης ἀκάκητος formatum esse, sicut γυμνήτης a γυμνῆς γυμνῆτος. || Apud Hesiod. Θ. (614.) ἀκάκητα exp. a nonnullis, Nullo malo dignus, Nihil mali promeritus, Bonus, Mitis et placidus, cum dicit, Ἰαπετιονίδης ἀκάκητα Προμηθεύς. Hes. quoque exp. ἀκάκητα, ὁ μηδενὸς κακοῦ ἄξιος, et ait esse pro ἀκακήτης. || Apud Suid. legitur etiam, Ἀκάκητος, ὁ Ἑρμῆς: ["Non nocens, Eudocia p. 154." Schleusn. Mss. "Probabilius est Mercurium Ἀκακήτην et Ἀκακήσιον, ut Cyllenium a Cyllene, monte, ita dictum esse ab * Acaco monte Arcadiæ: de quo v. Paus. 8, 36. etsi is nomen ab heroë Acaco ducit 8, 3. cf. Spanhem. ad Callim. in Dian. 143." Heyn. ad Il. Π. l. c.: vide etiam Ernestium, et Schn. Lex. "De accentu τοῦ Ἀκάκητα, Wolf. ad Hesiod. p. 116. 134." Schæf. Mss.]

"Ἀκακίαγος, ap. Hes. legitur, expositum ὁμοῦ "δυνάμενος: item Ἀκακίεις expositum συνίεις. Sed "hæc mendo non carent." [Vide Interpr.]

Ἀρχέκακος, ὁ, ἡ, Qui initium dedit malorum, vide T. 1, 554. [* "Ἀρχαιόκακος, Herodian. Epimer. 167." Boiss. Mss.]

[* "Αὐτόκακος, Procl. Th. Plat. 1, 18. Maxim. Schol. in Dionys. Areop. D. N. 4, 31." Kall. Mss. * Αὐτόκακον ἔοικε τῷδε, pro δεινῶς, Phrynichus Bekkeri p. 8.: cf. Theopompum Comicum ibid. 83. "Αὐτοκακὸν, Toup. Opusc. 1, 58." Schæf. Mss.]

"Ἡμίκακον, Phryn. (336. Lob.) dicere vetat, di-"cere jubens pro eo ἡμελημένον," [imo ἡμιμόχθηρον.] "Euclidem tamen et Sophoclem dixisse ἡμίκα-"κον, et Aristoph. * Ἡμικάκως, testis J. Poll. 6, c. "36." ["Heringa Obs. 296. Brunck. Soph. 3, 514." Schæf. Mss.]

[* Λυσίκακος, Malorum sedator, Epith. Somni, Theogn. 476.]

Πάγκακος, ὁ, ἡ, Omnino malus, Pessimus, Improbissimus, Deterrimus, ut in hoc Proverbiali versu, Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς. Item πάγκακον, Res omnino mala, pessima, ut vicissim πανάγαθον, Res optima. Plato Epist 8. Δουλεία δὲ καὶ ἐλευθερία, ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα, πάγκακον· ἔμμετρος δὲ οὖσα, πανάγαθον. ["Theogn. 149. Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν." Seager. Mss.] || Hinc ADV. Παγκάκως, quod redditur Improbissime. SUPERL. Παγκάκιστος, q. d. Omnino pessimus s. improbissimus. Sed videri possit vacare particula πᾶν cum hoc superl.; nisi potius reddatur Omnibus modis improbissimus s. pessimus. Soph. Ant. (742.) p. 244. meæ Ed. Ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί. ["Wakef. Herc. F. 247. Jacobs. Anim.

A 164. 203." Schæf. Mss.]

[* Περίκακος, Procl. Paraphr. Ptol. 2, 3. p. 98. * Πρόκακος, Æsch. Pers. 992=980. κακὰ πρόκακα, Mala malorum præsaga, Stanl. Mala præsentia, Schutz.]

Κακῶς, Male, Prave, Vitiose. Isocr. Nicocl. (2.) Οὐθ' ὅλως τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους ψέγειν, ὅσοι τοῖς ἀγαθοῖς κ. χρῶνται, ubi fortasse cum περὶ τῶν πονηρῶν hoc dicat, possumus κακῶς reddere etiam Improbe. Idem Isocr. ad Phil. Τὴν ὑπ' ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ κακῶς τεθραμμένου κατασταθεῖσαν, Male educati et instituti s. Prave: ut dicitur etiam Prava educatio. Aliam vero adverbii Male signif. habet κακῶς, cum dicitur κακῶς ἔχειν, Male se habere. Sed et alios usus habet κακῶς, cum aliis verbis, (sicut Lat. illud adverbium,) veluti cum dicitur κακῶς ἀπόλοιτο. Quidam Comicus apud Athen. (559.) Κακῶς ἀπόλοιθ' ὅστις γυναῖκα δευτέραν Ἔγημεν, Male pereat, Horat. Sæpe vero dicunt κακὸς κ. ἀπόλοιτο. Synes. Κακὸς κ.
B ἀπόλοιτο Κερεάλιος. Plut. Erotico, ἀπόλοιο τοίνυν κακὸς κ. Itidemque in reliquis temporibus. Dem. de quodam qui in mari perierat, Ἐκεῖνος μὲν οὖν, ὥσπερ ἦν ἄξιος, κακὸς κ. ἀπώλετο. Greg. Naz. Ἀπολεῖται κακὸς κ., de eo quem dicit damnatum iri in perpetuum. Dicitur vero et ἀπολέσαι κακῶς, vel ἀπολέσαι κακὸν κακῶς. Quidam ap. Athen. (150.) Κακὸν κακῶς σε, ἔφη, ὦ Αἰγύπτιε, ἀπολέσειαν οἱ θεοὶ, Male te perdant dii. Aristoph. Πλ. (65.) Εἰ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. Quibus e ll. aliisque quamplurimis, quos proferre possem, reprehendere debemus eos qui in isto Homeri versu, Od. I. (534.) Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι ὀλέσας ἀπὸ πάντας ἑταίρους, jungunt κακῶς cum ἔλθοι, non cum ὀλέσας, s. potius ἀπολέσας. Jungitur et cum aliis verbis hoc adv., adjunctum itidem suum illud nomen habens. Greg. Naz. Καὶ κακοὶ κ. τότε πρῶτον ἡττηθέντες. At vero κακὰ κακῶς ap. Aristoph. Ἱππ. (188.) Ἀλλ', ὦ 'γαθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς, Proverbialiter dictum est, si Scholiastæ credimus, et
C ἐστὶ pro ἐπεὶ legimus.

Κακῶς, ut Lat. Male, alium præterea atque alium usum habet: unde ap. Thuc. Schol. alicubi ἀτέχνως exp. alicubi ἀτάκτως, alicubi ἀνοήτως. Certe ut κακὸς dicitur interdum de imperito, ut κακὸς ἰατρὸς, et κακὸς στρατιώτης, et κυβερνήτης, non dubium est quin itidem κακῶς pro Imperite accipi nonnunquam possit, veluti cum dicitur κακῶς κυβερνᾷν. Sed et hoc sciendum est, κακῶς cum eod. verbo posse aliquando duplicem usum habere; nam ap. Thuc. quidem κ. φρονεῖν, exp. μωροὺς εἶναι: et ap. Plut. κ. φρονοῦσι redditur Imprudentibus, in Camillo, Ἃ κακῶς φρονοῦσι συνέβη παθεῖν ἐκείνοις: at vero in versu isto (Od. Σ. 167.) Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι, aliud significatur per κακῶς φρονεῖν, sc. Male cogitare. Habet denique κακῶς et alios usus, quales sunt ap. Ovid. adverbii Male, cum dicit, Vir male dissimulat, tectius illa cupit: item, Quod male fers, assuesce, feres bene. At vero πεινᾷν κακῶς, sonat quod Gall. dicimus, Mourir de male faim, item, De
D male rage de faim. Sed talia in nostro sermone vulgo duntaxat conceduntur.

Κακῶς habet præterea quosdam usus, in quibus nullo modo reddi potest adverbio Male, licet varie et ipsum usurpetur, sicut in præcedentibus docui. Il. A. 25. Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει. Hic enim nequaquam κακῶς ἀφίει, reddideris Male dimittebat, sed potius Contumeliose dimittebat. Plut. vero κακῶς exp. ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς. Si tamen adverbium libeat periphrastice exponere, possis reddere non solum Contumeliosis verbis exceptum, vel Verbis asperis, sed etiam, Verbis malis. Sed et cum jungitur κακῶς participio εἰδότες, a Xen. et Isocr., vix reddi queat Male. Habet certe negandi vim, si sequamur eos, qui κακῶς εἰδότες exp. ἀγνοοῦντες. Sed crediderim aliquid minus sonare, perinde sc. ac si dicamus, Haud satis, Parum.

Κακῶς junctum verbo ποιῶ, vel λέγω, item verbo πάσχω, non adverbio, sed nomine reddi solet. Nam κακῶς ποιῶ est Malo afficio s. Damno; aut etiam

Injuria. Est vero et ubi κακῶς ποιεῖν reddere possis Incommodo afficere, vel uno verbo Incommodare. Sic κακῶς λέγω, Maledictis aliquem prosequor, s. Contumeliosis verbis, s. Contumeliis, Convitia dico. Aut etiam simplicius, Maledico alicui. Illud autem κακῶς πάσχω, (ad verbum Male patior,) Malo afficior, s. Malis, vel Incommodis, Malis conflictor. Possis vero πάσχω ad verbum quoque reddere Patior; sed adverbium mutando in accus., Mala patior. At vero κακῶς πράττω est, Adversa fortuna utor, Infelix sum s. Calamitosus. Aut etiam, Rem male gero s. infeliciter.

Grad. COMP. Κάκιον, Pejus, Deterius, sicut sc. e κακὸς fit κακίων. Potest autem, prout huic vel illi verbo jungitur, varie reddi, imitando interprr. quæ positivo κακῶς datæ fuerunt. Idem dicendum et de SUPERL. Κάκιστα, Pessime, Deterrime. Qui superl. cum alios plerosque usus positivi κακῶς sequitur, tum vero eum quo jungitur cum ἀπόλεσθαι. Unde est etiam κάκιστ' ἀπολούμενος. Aristoph. Εἰρ. (init.) δὸς αὐτῷ τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ. Sic etiam κάκιστ' ἀπολουμένη, ap. Eund. (Πλ. 456.) Σὺ δ', ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη, τί λοιδορεῖ; Bud. κάκιστ' ἀπολούμενος vertit Perditissimus, Quem Deus perdat, indignantis esse dicens. Sed ego adderem Pessime, aut tale quid, hoc modo, Quem Deus pessime perdat.

[" Κακῶς, Markl. Iph. p. 100. Wakef. S. Cr. 1, 161. 5, 53. Conf. c. καλῶς, ad Charit. 686. K. ποιεῖν τινὰ, Kuster. V. M. 43. Schneid. Anab. 119. K. γεγονέναι, Humili loco natum esse, Heind. ad Plat. Theæt. 390. K. δουλεύειν, ad Lucian. 1, 277. : εἰδέναι, Act. Traj. 1, 233.: ἐρᾷν, Abresch. Lectt. Aristæn. 261. Alciphr. 158. 192. K. γίνεταί μοι, κ. πάσχω, ad Herod. p. 5. Lennep. ad Phal. 148. Κακὸς κακῶς, Jacobs. Exerc. 1, 12. Valck. Hipp. p. 241. Wakef. S. Cr. 2, 52. Wyttenb. ad Plut. 1, 814. Soph. Œd. T. 248. Phil. 1369. Musgr. Cycl. 267. Brunck. ad Med. 804. 1386. Alciphr. 382. Κακὴ κ., ad Charit. 213. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 42. Κάκιστα, Brunck. Œd. C. 1189. Cum superl., Porson. Hec. p. 40. Ed. 2." Schæf. Mss. " Κακῶς ὑποβλέπεσθαι, Torve aspicere, Apollon. Lex. v. Κάκ' ὀσσόμενος." Schleusn. Mss. Philostr. 888. K. ἰδεῖν γυναῖκα. " K. πράττειν, Senescere et interire; de fortuna civitatis, 1, 13. (Vell. Paterc. 2, 11, 3. Gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire.) Καὶ οὐ κ. γε, Rectissime vero, 2, 6." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr.]

Κακότης, ητος, ἡ, Improbitas, Vitium, Scelus, Flagitium. Il. Γ. (366.) τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος. Ab Hesiodo κακότης opp. τῇ ἀρετῇ, ut vitium virtuti: Ἔργ. (1, 285.) Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἰλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι. Ex Eod. affertur, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος. || Ignavia, Timiditas. Il. B. (368.) Γνώσεαι δ' εἰ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις, Ἢ ἀνδρῶν κακότητι, καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο. A Thuc. copulantur κακότης et δειλία, 1. 5. Est alioqui Poëtarum potius quam aliorum Scriptorum hoc vocab. || Κακότης, sicut κακὸν, Malum, Calamitas, Ærumna. Hesiod. (Ἔργ. 1, 93.) Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. [" Jacobs. Anth. 11, 212. Heyn. Hom. 6, 389. 7, 124. Brunck. Anal. 2, 301. Theogn. 814. ad Herod. 436." Schæf. Mss. Il. A. 382. M. 332. Æschin. Dial. Socr. 3, 5. Αἱ ἐντὸς κακότητες, Interna vitia, Interni morbi, de corpore. * Κακοσύνη, Greg. Naz. 2, 255.]

Bud. quoque annotavit. Opp. K. 3, (414.) ὁππότε γάρ τις Θηρῶν λευγαλέων εὕδῃ, τρίστοιχα πετάσσας Χείλεα, καὶ χάος εὐρὺ, καὶ ἄσπετον αἰόλον ἕρκος. Ubi nota χάος dici ut supra χάσμα θηρὸς habuimus pro Rictu feræ, cum sc. os magno hiatu diducit, ut cum vel dormit vel prædam appetit. Loquitur autem ibi Poëta de ichneumone, qui observans crocodilum similesque alias bestias dormientes, et magno hiatu rictum diducentes, Πυλεῶνα διαπτάμενος θανάτοιο Τολμηρῇ κραδίῃ διὰ εὐρέος ἤλυθε λαιμοῦ, Ἥπατί τ' ἄγχι μάλιστα παρήμενος εἰλαπινάζει, Ὀψὲ δέ τοι προλιπὼν κενεὸν δέμας ἔκθορε θηρός: [cf. 4, 161.] Quomodo et Plin. 8, 25. de crocodilo, Hunc saturum cibo piscium et semper esculento ore, in litore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum, pabuli sui gratia os primum ejus assultim repurgans, mox dentes et intus fauces quoque, ad hanc scabendi dulcedinem quammaxime hiantes. In qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, ut telum aliquod, immissus, erodit alvum. || Peculiariter vero χάος dicunt Philosophi Hiatum illum cæcum et immensum, qui erat ante conditum orbem, ut docet Ovid. Met. init. Ante mare et terras et quod tegit omnia cœlum, Unus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles. Et Hesiod. Θ. 116. Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος,—Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης. Unde Festus, Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem hiantem patentemque in profundum, ut Moses quoque, initio creationis mundi, scribit terram fuisse ἀόρατον καὶ ἀκατασκεύαστον, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου: deinde Dei jussu lucem extitisse, eamque a tenebris fuisse divisam: postea στερέωμα, quo aquæ dividerentur a se invicem, i. e. cœlum: inde terrestres aquas suis terminatas limitibus, ut appareret ἡ ξηρὰ, illudque mare vocatum fuisse, hoc terram: tum stirpes herbasque producere terram jussam esse, nec non quadrupedes et serpentes, mare pisces et reptilia: ita paulatim μεμεταμορφῶσθαι rudem illam et indigestam primo molem. Notandum tamen quosdam hoc χάος non a χάω significante χαίνω derivare, sed a χαδέω, alios a χέω. A χαδέω Aristot. et Plato; hic enim id appellat πανδεχῆ φύσιν, innuens oportuisse τόπον ὑποστήσασθαι δεξόμενον τοὺς ἐν αὐτῷ γεννηθησομένους, ut ille etiam χάος putat locum esse, quoniam necesse erat τὸ δεξόμενον προϋποκεῖσθαι τῷ σώματι: scribit enim Phys. 4. init. videri Hesiodum ὀρθῶς λέγειν, ποιήσαντα πρῶτον τὸ χάος· ὡς δέον πρῶτον ὑπάρξαι χώραν τοῖς οὖσι, διὰ τὸ νομίζειν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, πάντα εἶναί που καὶ ἔν τόπῳ. Stoicorum vero quidam χάος dicunt esse τὸ ὕδωρ, παρὰ τὴν χύσιν τοὔνομα πεποιῆσθαι νομίζοντες, ut Philo testatur in suo libro περὶ Ἀφθαρσίας Κόσμου, et in eo quem περὶ Κόσμου scripsisse creditur. Idem sequuntur etymon, qui eo nomine accipiunt τὸν ἀέρα τὸν κεχυμένον ἐν τῷ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ, ut Aristoph. N. [cf. Ὀρν. 192.] Sed simplicior ea est etymologia quæ a χάω hoc vocab. derivat, eoque nomine Vastum quendam hiatum intelligit, qui erat ante conditam terram et cœlum, digestamque postea et exornatam rerum omnium molem, quem κόσμον dixere. Quamobrem recte Lat. Poëtæ hoc ipsum chaos vocavere deforme, densum, horrendum, atrum, cæcum, Cimmerium. Plut. vero (9, 752.) interiora terræ scribit vocari χάος, ᾅδην, ὄρφνην: atque adeo ἔρεβος illud Poëtarum, esse χθόνιον καὶ ἔγγαιον σκότος: nam solam terram e ceteris corporibus esse semper ἀφώτιστον et ἄτρωτον ὑφ' ἡλίου καὶ σελήνης τῷ φωτίζοντι: et θάλπεσθαι quidem ὑπ' αὐτῶν, sed τὸ λαμπρὸν οὐ παριέναι ὑπὸ στεῤῥότητος, ἀλλ' ἐπιπολῆς περιφωτίζεσθαι. Quo sensu Silius dixit Imum chaos, Stat. Tartareum chaos, Claudian. Durum chaos: et ante hos Virg. Æn. 6. Dii quibus imperium est animarum, umbræque silentes, Et chaos et Phlegethon, loca nocte silentia late. Nec non Seneca Med. Fas est precari noctis æternæ chaos, Adversa superis regna manesque impios. [" Brunck. Aristoph. 2, 93. Jacobs. Anth. 12, 37. Wakef. Ion. 473. Luzac. Exerc. 97. Huschk. Anal. 107. Ruhnk. Ep. Cr. 91. Pierson. Veris. 216. Gierig. ad Ovid. Met. 1. p. 2. Wolf. ad Hesiod. p. 120. Græv. Lectt. 631. (ad Θ. 700.) Valck. Diatr. p. 11." Schæf. Mss. " I. q. χάσμα, Opp. K. 4, 92." Wakef. Mss. M. Anton. 4, 3. Τὸ χ. τοῦ αἰῶνος: cf. Ἀχάνεια. Jungitur cum ὄρφνη, Quint. Sm. 2, 614. Locus ap. Inferos, Æschin. Dial. Socr. 3, 21. I. q. ἀὴρ, Valck. Schol. in N. T. 1, 233. * " Χαώδης, Damasc. ap. Wolf. Anecd. Gr. 235." Kall. Mss. * " Χαόω, i. q. ἀπόλλυμι, ap. recentiores, Nicetas, et Simpl. ad Epict. 173. Schw." Schn. Lex. " Schol. ad Eurip. p. 40. Matth." Schæf. Mss. Spitzner. de med. Syll. Pentam. Gr. 328. " Χαόομαι, Hiatu absorbeor, Athan. 2, 9. 346." Kall. Mss.] AT VERO Χαὸς Lacedæmoniis peculiaris vox est significans ἀρχαῖος, nec non εὐγενὴς, item ἀγαθὸς, Schol. Theocr. 7, (5.) ὁ Φρασίδαμος Καντιγένης, δύο τέκνα Λυκώπεος· εἴ τί περ ἐσθλὸν Χαῶν τῶν ἔτ' ἄνωθεν ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ Χάλκωνος: quæ sic exp. paraphrastice, εἴ τι ἐστὶν ἀγαθὸν ἀπὸ τῶν ἔτι ὄντων ἀρχαίων ἀγαθῶν τῶν ἀπὸ τῆς Κλυτίας τε καὶ αὐτοῦ τοῦ Χάλκωνος, οὗτοί εἰσι τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο. Fueritque hoc χαὸς idem CUM Χάσιος: id enim χάσιος quoque ab Hes. exp. ἀγαθὸς, χρηστὸς, Bonus, Frugi. [" Χαὸς, Jacobs. Anim. 52. Toup. Add. in Theocr. 393. Valck. Adoniaz. p. 102." Schæf. Mss. Χαὸς, Χαιὸς, Χάϊος, Lobeck. Phryn. 404. Vide Lex. VV. Peregr. " Aristoph. A. 1157. Οὔπα γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν." Seager. Mss. * Βαθύχαιος, Æsch. Suppl. 865. Schol. μεγάλως εὐγενής· χαοὶ γὰρ οἱ εὐγενεῖς. " Olear. ad Philostr. p. 6." Kall. Mss. * " Βαθύχαος, Const. Manass. Amat. 2, 71. 6, 13." Boiss. Mss. * Εὔχαιος, compar. εὐχαιότερος, Hes. πλουσιώτερος.]

Χάνος porro a χαίνω potius derivatum est quam a χάω cum χάσκω et χάος: significat vero et ipsum, ut χάσμα et χάος, Rictum s. Os apertum et magno diductum hiatu. Scribit enim J. Poll. 2, (97.) χάνος ap. Comicos usurpatum legi pro στόμα, quippe cujus proprium sit χαίνειν, χανεῖν, ἀναχάσκειν, ἐγχανεῖν. AT Χάννος Piscis cujusdam nomen est, qui et ipse a χαίνω denominatur, ut ex Etymologis annotat Eust. dicens eum Æolice διπλασιάζειν τὸ ν. Meminit ejusd. piscis Athen. quoque (327.) ubi non solum masc. gen. dicitur χάννος, sed etiam FEM. Χάννη: quo in genere ap. Aristot. passim, sed alicubi SCRIPTUM Χάνη, unico ν, ut H. A. 4. circa finem, et de Gener. Anim. 3, 5.: duplici autem ν, H. A. 5, 13. ubi etiam de sexu horum piscium dubitatur, sicut et τῶν ἐρυθρίνων, quoniam sc. πάντες ἁλίσκονται κυήματα ἔχοντες, ut et Ovid. ap. Plin. sub fin. l. 32. tradit channen e seipsa concipere. Alicubi vero ET Χαύνη perperam ap. eum (H. A. 6, 13.) legitur pro χάννη. Rursum Athen. (l. c.) ab Aristot. eam vocari ποικιλέρυθρον, μέλαιναν, et ποικιλόγραμμον, annotat, διὰ τὸ μελαίναις γραμμαῖς πεποικίλθαι. || Præterea ap. Alex. Aphr. legimus τὸν γαργαρεῶνα a quibusdam nominatum fuisse χάνην, sc. διὰ τὸ ἄνωθεν μὲν εἶναι εὐρὺν, κάτωθεν δὲ στενὸν, ὥσπερ χωνεῖον, quia gurgulio supra amplior sit, infra autem arctior in modum infundibuli. Sed videndum ne pro eo χάνη sit scr. χώνη: id enim Infundibulum declarat. [" Jacobs. Anth. 9, 414." Schæf. Mss.] Ex hoc Χάνος, (vel etiam e χάνη significante τὸν γαργαρεῶνα,) queat derivari VERB. Χανύω SIVE Χανύσσω, utpote quod denotet Vociferor, Clamo, s. potius Clamo os magno hiatu diducens, Rictum immani hiatu diducens vociferor. Hes. tamen simpliciter χανύειν exp. βοᾷν: et Χανύσσει, βοᾷ, καλεῖ. Paulo infra habes Χηνυστεῖν. [* Χανόω, Athanasius ap. Fabric. Cod. Pseudep. V. T. 316. * Χαμᾶσθαι, Hes. χασμᾶσθαι, leg. * χανᾶσθαι.]

Χανδὸν quoque a χαίνω derivatum est, significans Ore hiante, Faucibus hiantibus, Faucibus magno hiatu diductis. Od. Φ. (294.) Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅστε καὶ ἄλλους Βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ, Qui magno hiatu diductis faucibus eo se ingurgitarit, ut Hes. quoque χανδὸν πιεῖν exp. κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ στόματι. Sic Callim. ap. Athen. (477.) Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀπηύστο

χανδὸν ἄμυστιν Ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. Et Lucian. X. ἐμφοροῦμαι, Plenis hiantibusque faucibus, ut et ap. Suid., de Eutropio, sed metaph. Καιροῦ καὶ τύχης ἀμέτρως τε καὶ χ. ἀρνόμενος καὶ * κατεμφορούμενος, ubi ipse exp. non solum ἀθρόως, ἀπλήστως, sed etiam χωρητικῶς, innuens a χάζω vel χανδάνω derivari: qua in re ei minime assentior. [" Thom. M. 911. Wakef. Ion. 97. Jacobs. Anth. 11, 223. Matth. ad Gloss. Min. p. 25. ad Mœr. 404. Valck. Callim. 248. 254. Athen. 1, 17." Schæf. Mss. " Eunap. 69. Quint. Sm. 12, 13." Wakef. Mss. Nicander Θ. 341. Bast. Ep. Cr. 277. * " Χανδὸς, Hians, Capax, Athen. 436. ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος, nisi leg. ἐκ ζωρῆς * χανδοποτῶν κύλικος." Schn. Lex. " Jacobs. Anth. 7, 36. 11, 223. * Χανδοπότης, ibid. Χανδοποτέω, 9, 308. * Χανδοχάρυβδις, 11, 223." Schæf. Mss. * Χανδόθεν, i. q. χανδὸν, Hipp. Gland. 4. Schneidero susp.]

" Κάχλος, et Καχήνης, ap. Comicos Ridiculus, " Stupidus, παρὰ τὸ χαίνειν, quod stultorum sit esse " semper ore hiante, VV. LL."

Sequuntur duo derivata, in quibus α in η versum est, tanquam a Χάω faciente fut. χήσω.

Χήμη, ἡ, Hiatus, Oscitatio quæ fit ore hiante; ab Hes. enim exp. χάσμη. || Alioqui χήμη est etiam Ostrei quædam species ap. Aristot. (H. A. 5, 15.) et Athen., quorum hic (93.) annotat hoc quoque κογχύλιον videri denominatum παρὰ τὸ κεχηνέναι, ab hiando, sicut et χάννας, s. χάνας. Quidam Chamas Latine vocant hos pisces, nonnulli Chemas; sunt et qui Hiatulas appellent. Gaza tamen χάννας s. χάνας maluit Hiatulas nominare, χήμας autem Chamas. || Χήμη est etiam Mensura liquidorum ap. Atticos; sed ea duplex: major, quæ est vigesima pars τῆς κοτύλης, pendens drachmas tres: minor, quæ est vicesima, pendens drachmas duas, sicut Cleopatra docet his verbis, Χήμη μεγάλη ἔχει δραχμὰς γ', καὶ ἡ μικρὰ δραχμὰς β': h. e., Cheme major pendet drachmas tres: minor, duas. [Phryn. Ecl. 387. Lob., Xenocr. 18. 31. Ælian. H. A. 15, 12. Plin. 32, 5, 53. Chamæ striatæ, Chamæ læves. " Opp. 'A. 5, 602." C Wakef. Mss.] E primo autem χήμη DERIV. Χήμωσις, qui est Affectus albi oculi, sc. cum album oculi ita super nigrum intumuit, ut nigro subsidente et albo eminente hiatus cujusdam similitudo oriatur, si quidem album nigro supereminet, ipsumque multis partibus longeque excedit. Ergo cum nigrum cavum sit et subsidat, album autem undique tumeat et attollatur, non inepte veteres Medici malum hoc τῆς χήμης nomine designarunt, sive illi eo Animal intellexerint, quod inter ostrea numeratur hiatque semper, sive simpliciter Hiatum qui χήμη et χάσμα dicitur. Ceterum affectum hunc duo maxime symptomata consequuntur: unum, rubor oculorum propter inflammationem; alterum vero, palpebrarum ἐκτροπὴ, h. e. Perversio s. Contorsio, adeo ut oculos tegere claudereque non possint: itaque laborantes oculi perpetuo manent aperti. Hæc inter alia Gorr., qui etiam annotat alicubi LEGI Χύμωσις, per υ, perperam, cum Gal. quoque ἐν τῷ 'Ιητρῷ, s. quicunque alius Auctor est illius libri, ἀπὸ τῆς χήμης derivari D scribat. Præterea ap. eund. Gal. extremo Comm. secundo, εἰς τὸ Κατ' 'Ιητρεῖον, ubi de contractis et hiantibus agitur, male scribi χήμωσις pro φίμωσις, et negligentius a Vidio interprete animadversum fuisse hunc locum. Quod duobus colligit argumentis: primum, quod affectus hic, de quo ibi Gal. agit, ad palpebras, non ad album oculi pertineat; deinde quod scribat oculos per eum affectum aperiri non posse: quod ut τῇ χημώσει contrarium est, ita est τῇ φιμώσει proprium. [Vide Paul. Æg. 3, 22.] " 'Εγχη" μώμενοι, Hes. ἐγχάσκοντες." [* Χήμιον, dimin. a χήμη, Xenocr. 190. Cor.]

¶ Χὴν, ηνὸς, ὁ, ἡ, Anser, dictus παρὰ τὸ χαίνειν καὶ χανδὸν ἐσθίειν, teste Eust. Nisi forte quoniam χάσκει adversum eos a quibus invadi se putat. Il. B. (460.) ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ Χηνῶν ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων, O. (692.) de aquila, Ἔθνος ἐφορμᾶται ποταμὸν πάρα βοσκομενάων Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων: Od. O. (161.) Αἰε-

A τὸς ἀργὴν χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον Ἥμερον ἐξ αὐλῆς. Ubi Eust. ait feminino genere usurpasse nomen hoc Poëtam, Ionum more, ut alibi quoque, χῆν' ἥρπαξ' ἀτιταλλομένην ἐνὶ οἴκῳ. Alioqui frequentius masculino usurpatum reperitur, idque tam a Poëtis quam a prosæ Scriptoribus: inter quos Athen. (384.) dicit χῆνες σιτευτοὶ, Saginati s. Altiles anseres, ap. quem (519.) Eubulus Comicus dicit χῆνα πλαταγίζοντα καὶ κεχηνότα, Anserem gratitantem et hiantem ore. Ubi nota eorum esse πλαταγίζειν, (si modo hoc verbo tanquam illis peculiari usus esse putandus sit,) ut gratitare ap. Auctorem Philomelæ: cum alii παπάζειν eos dici tradant. Nota et τὸ χαίνειν eis ibi tribui, unde et denominati sunt. Apud Plut. vero Χηνὸς ἀφρονέστερος, Prov. quoniam stolidum præ multis aliis est hoc animal. [" Jacobs. Anth. 9, 150. Toup. Opusc. 2, 58. Tumulo impositus, Huschk. Anal. 5. De anseribus et carne anserina, ad Diod. S. 1, 82. Ἡ χ., Heyn. Hom. 7, 118. * Χένας, Jacobs. Anth. 12, 240. (Anal. B 3, 293.)" Schæf. Mss. Greg. Cor. 662. " Dorice Χὰν, χανὸς, ap. Athen. 57., ubi ᾠεα χανῶν, ex Epicharmo." Schw. Mss.]

Χηνοβοσκὸς, ὁ, Qui anseres alit s. pascit. Cratin. ap. Athen. (384.) χηνοβοσκοὶ, βουκόλοι, Anserum pastores, bubulci. [Gl. Anserarius. * Χηνοβοσκέω, unde Χηνοβοσκία, (SIVE Χηνοβοσία,) ἡ, Anserum pastio, s. pastura: quorum illud ap. J. Poll. legitur, teste Bud. nec non ap. Hes. qui ipsum per χηνοβοσκία exp. veluti notius. [Lobeck. Phryn. 521. " Ad Diod. S. 1, 82. Mœr. 403. et n." Schæf. Mss. Illud Χηνοβοσία derivandum esset e * Χηνοβότης, unde * Χηνοβοτέω.] AT Χηνοβόσκιον, τὸ, Grex anserum qui pascuntur; solent enim gregatim pasci, ut συοβόσιον dicitur Grex porcorum qui simul pascuntur. [" Anserarium, Geop. 1019." Wakef. Mss.] Qua signif. ET Χηνοβοτία legitur ap. Plat., e cujus Politico (8.) Bud. h. l. affert, Καὶ μὴν χηνοβοτίας τε καὶ * γερανοβοτίας, εἰ καὶ μὴ πεπλάνηται περὶ τὰ Θετταλικὰ πεδία, πέπυσαι γοῦν καὶ πιστεύεις εἶναι, Greges anserum et gruum, Anseres et grues qui gregatim pascuntur, ut et ex Hom. supra attuli, de aquila, Ἔθνος ἐφορμᾶται ποταμὸν πάρα βοσκομενάων Χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων. Ubi quod dicit Poëta ἔθνος χηνῶν καὶ γεράνων ποταμὸν πάρα βοσκομενάων, Plato comp. voce nominavit χηνοβοτίαν et γερανοβοτίαν. [Lobeck. Phryn. 521. " Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 201. ad Mœr. 404." Schæf. Mss.] SED ET Χηνοβοσκεῖον dicitur Locus in quo aluntur οἱ σιτευτοὶ χῆνες, Altiles anseres. Anserarium id vocant nonnulli, ut Gallinarium, Leporarium. Colum. 8, 14. de anseribus educandis, Qui vero greges nantium possidere student, chenoboscēa constituant. Quomodo autem ea sint ordinanda, ibi docet. [" Ad Diod. S. 1, 82." Schæf. Mss. * Χηνομεγέθης, Strabo 1. p. 1037. * " Χηνοτρόφος, Etym. M." Wakef. Mss.] Χηνοτροφεῖον, τὸ, i. q. χηνοβοσκεῖον, Chors in qua aluntur educanturque anseres. Colum. 1. de villaticis pastionibus, Rursus circa villam ponuntur μελισσῶνες καὶ χηνοτροφεῖα: quin etiam λαγωτροφεῖα studiose administrantur: quæ nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria; vel nantium volucrum, quæ stagnis piscinisque lætantur, aviaria; vel etiam pecudum sylvestrium, quæ nemoribus clausa custodiuntur, vivaria.

Χηναλώπηξ, εκος, ἡ, Vulpanser, ut quidam vocant Latine. Avis nomen ap. Herod. (2, 72.) Aristot. H. A. 8, 3.) Ælian. Aristoph. Ὄρν. (1295.): et ap. Latinos. Plinius 10, 22. Anserini generis sunt chenalopeces et, quibus lautiores epulas non novit Britannia, chenerotes, fero ansere minores. Ubi etiam NOTA Χηνέρωτες. Ab Eod. in Herbarum genere NUMERANTUR Χηνόμυχον ET Χηνόπους: nam 21, 11. e Democrito tradit Nyctegreton herbam vocari a quibusdam χηνόμυχον, quoniam anseres a primo ejus conspectu expavescant. At 11, 8. apes ex omnium arborum satorumque floribus confingere ceras, excepta rumice et chenopode. Porro χηναλώπεκες dicuntur ETIAM Χηνέλοπες, teste Hes. A quibus ET Χηναλωπέκεια ᾠὰ, Ova chenalopecum, ap. Athen.

(58.) ut ὀρνίθεια ᾠά. [* " Χηναλωπεκιδεὺς, Valck. Adoniaz. p. 401." Schæf. Mss.]

Χήνειος, Anserinus: ἥπατα, Athen. (384.) quæ Romæ præsertim περισπούδαστα et πολυτελῆ fuisse ait, vocans etiam χηνῶν ἥπατα, Anserum jecinora. Sed notandum est, dissoluta diphthongo ap. Gal. legi ETIAM Χήνεος, NEC NON Χήνιος, ap. Diosc. 1, 82. [Χήνειος, Lucian. 2, 221. " Χήνεος, Wessel. ad Herod. 131." Schæf. Mss. * Χηνώδης, Sext. Emp. adv. Math. 7, 329.]

Χηνίσκος, ὁ, Anserculus; plerumque ita dicitur τὸ νηὸς παράσημον: seu, ut Eust. tradit, χηνὸς τύπος ἐν τῷ ἄκρῳ γλυφόμενος. Solebant enim antiquitus in puppi anserculum effingere ad navis ornamentum, ut et arietum capita ac taurorum: unde ταυρόμορφον τύπωμα Lycophron dicit rapuisse Europam. Lucian. (3, 251.) Ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, Sensim assurgit inflexa, aureo anserculo ornata: (2, 134.) Ὁ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησε. [Apuleius: Puppis intorta chenisco. " Ad Charit. 627." Schæf. Mss. " Artemid. 110." Wakef. Mss. " Heliod. Ms. περὶ Καταρτισμῶν: Οἱ χηνίσκοι ἐπενοήθησαν πρὸς συνοχὴν ἀξόνων, ὡς ἐν τῇ λύρᾳ." Schn. Lex.] AT COMP. Ἀκροχηνίσκοι, οἱ, ut ap. J. Poll. (1, 146.) legimus, sunt Extremitates ejus partis jugi, quæ dicitur ζεύγλη s. ζεῦγλαι.

Χηνίον, τὸ, Anserculus. Athen. 14. fin. Καὶ εὐθέως περιεφέρετο περδίκια ὀλίγα καὶ χηνία ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ πλακούντων.

[* Χηνάριον, Boiss. ad Herodian. Epimer. 150. Etym. G. 563. 564. Bast. Ep. Cr. 195.]

Χηνιδεῖς, οἱ, Anserum pulli, quos Colum. vocat Anserculos. Legitur ap. Eust. 753., ubi similia affert hæc, περδικιδεῖς, κορωνιδεῖς, * ἱερακιδεῖς, περιστεριδεῖς, χελιδονιδεῖς: quos Achæus vocat χελιδόνων μόσχους, cum ait, Χάσκοντα λιμῷ, μόσχον ὡς χελιδόνος. [" Χηνιδεὺς, * Χηνίδης, Huschk. Anal. 102. Valck. Adoniaz. p. 401. ad Herod. 252." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 7, 47. Bast. Ep. Cr. 57.]

Χηνίζειν vero εἴρηται ἐπὶ τῶν αὐλούντων, de iis qui tibia canunt, Athen. (657.) afferens e Diphili Συνωρίδι, quo id probet, ἐχηνίασας· Ποιοῦσι τοῦτο πάντες οἱ παρὰ Τιμοθέῳ. Sed ibi forsan scr. ἐχήνισας, quod et metro convenientius est: alioquin anapæstus foret in ultima jambici regione, et statueretur THEMA Χηνιάζειν.

• Χηνέω, Irrideo, Illudo. Hes. enim χηνῆσαι exp. καταμωκήσασθαι, atque ita conveniret ἐγχαίνειν, ἐπεγχαίνειν, κατεγχαίνειν, καταχαίνειν, ἐπιχάσκειν: quæ significant Ore hiante et in cachinnos resoluto illudere ac deridere. Χήνημα, τὸ, Irrisio, Illusio; * καταμώκημα, Hes.: quæ supra est καταχήνη.

Χηνυστέω, Clamo, Vociferor. Hes. enim χηνυστεῖς affert pro βοᾷς, κέκραγας, addens significare interdum etiam στραγγεύῃ. Supra χανύειν et χανύσσειν ex Eod. in ead. signif. attuli: [Ionice χηνύειν, χηνύσσειν.] Affert Idem porro ET Χηνυστρᾶσθαι pro χασμᾶσθαι. ITIDEMQ. Χηνύστρα Eod. teste significat αὐτὴν τὴν χάσμην: interdum et τὸ στραγγεύεσθαι.

" ΧΑΙΟΝ, τὸ, Pedum, Baculum pastorale, incurvum; καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται, Schol. Apoll. Rh.: Callim. Ποιμενικὸν πίλημα καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα. HINC Ἐρυσίχαιον Alcman dixit, ut annotat idem Schol.: ap. quem plura vide in hunc versum Argon. 4, (972.) Ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηχύνουσα. Præcedit autem ποιμαίνεσκε." [" Matth. ad Gloss. min. p. 25." Schæf. Mss.]

" Χαβὸν, Incurvum, Angustum. Nam Hes. exp. καμπύλον et στενόν." [* Χαμὸς, Eid. καμπύλος, unde Lat. Hamus. * Χάβος, i. q. κημὸς, Schol. Aristoph. Ἱππ. 1147.]

ΧΑΙΡΩ, F. χαρῶ s. χαιρήσω, Lætor, Lætus sum, Lætitiam capio, Gaudeo. Od. T. (461.) Καρπαλίμως χαίροντα φίλην χαίροντες ἔπεμπον Εἰς Ἰθάκην, Gaudentes gaudentem, Læti lætum. Gaudium enim et
A lætitiam affert discessus in patriam. Eur. Cresphonte, Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον, Χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων. At qui labores morte finisset graves, Omnes amicos laude et lætitia exequi, p. 110. mei Lex. Cic. Idem hæc Plat. Epitaph. Οὔτε χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, sic vertit, Neque lætabitur unquam nec mœrebit nimis. Ubi nota χαίρειν et λυπεῖσθαι sibi opponi, sicut et ap. Aristot. Rhet. 1. cum dicit, Οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες, Cum læto sumus animo et cum mœsto. Copulatur autem cum γελᾷν: nam gaudii lætitiæque comes risus est. Plut. Θαυμάζοντες τὸν ἄνδρα καὶ χαίροντες ἅμα καὶ γελῶντες ἀπηλλάγησαν. Rursum Hom. ἐν θυμῷ χαίρειν dicit pro Animo esse læto, Gaudere animo, ut Plautus loquitur; vel, ut alii e Cic. interpr., Gaudere in sinu. Et e Propertio, In tacito cohibere gaudia clausa sinu. Il. Ω. (491.) Ἀλλ' ἤτοι κεῖνός γε σέθεν ζώοντος ἀκούων, Χαίρει τ' ἐν θυμῷ, ἐπί τ' ἔλπεται ἤματα πάντα Ὄψεσθαι φίλον υἱὸν
B ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντα. Alibi vero pro χαίρω ἐν θυμῷ dicit χαίρει μοι ἦτορ, Lætatur mihi cor. Illud enim est quod lætitiæ mœrorisve tangitur sensu. Il. Ψ. (647.) Τοῦτο δ' ἐγὼ πρόφρων δέχομαι, χαίρει δέ μοι ἦτορ, Lubens accipio et læto animo. Dicitur porro vel τινὶ vel ἐπί τινι χαίρειν. Od. (Λ. 247.) Χαῖρε, γύναι, φιλότητι: verba Neptuni ad puellam a se compressam: N. (358.) ad nymphas Naïadas, εὐχωλῇς ἀγανῇσι Χαίρετ'. Xen. K. Π. 8, (4, 6.) Πῶς ἂν εἴην δῆλος χαίρων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς; πότερον κροτεῖν χρὴ τὼ χεῖρε, ἢ γελᾷν, ἢ τί ποιεῖν; Quibus signis declarabo lætitiam, quam e rebus tuis prosperis percepi? Quomodo ostendam me gaudere et lætari plurimum rerum tuarum successu prospero? Aristot. Rhet. 1. Ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσιν, E quo lætitiam et gaudium percipiunt. Sic Dem. pro Cor. Ἐφ' οἷς ἔχαιρον οἱ ἄλλοι, ταῦτα ἐλυπεῖτο ὁρῶν. Paulo post vero dicit ταυτὰ λυπεῖσθαι καὶ ταυτὰ χαίρειν, pro ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν. Rursum omissa præp. ἐπὶ, simpliciter cum dat. Longin. (36, 4.) Χαι-
C ρέτω δ' ἕκαστος οἷς ἥδεται, Gaudeat et lætus sit unusquisque iis quibus delectatur. Aristot. Eth. 2, 3. Ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ. Xen. (Ἀπ. 2, 6, 35.) Οὐδενὶ οὕτω χαίρεις ὡς φίλοις ἀγαθοῖς, Nulla e re tantam capis lætitiam ac voluptatem, quantam e bonis amicis. Vel etiam, Nulla re tam delectaris quam amicis bonis. Sic Lucian. (1, 731.) Ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν, de Epicuro loquens, utpote qui summum bonum voluptate metiretur. Athen. 4. Χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις· καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις: ut et Aristot. Rhet. 1. Οὐδεὶς γὰρ φίλοινος ὁ μὴ χαίρων οἴνῳ. Ubi φιλεῖν οἶνον et χαίρειν οἴνῳ synonymws accipit pro Delectari vino, Vino deditum esse. Idem loquens de sensu olfactus et gustatus, qui animantibus inest, dicit οὐ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν χυμοῖς: pro quo Plin. Alios alia sapores appetunt. Idem hæc Theophrasti Χαίρει ὑφάμμοις χωρίοις ita reddidit, Sabulosis familiarissimum. Similem usum habent Lat. verba Lætari et Gaudere, idque tam in prosa quam in metro. Virg. apud
D superos furto lætatur inani. Et rursum, nimium gaudens popularibus auris. Et, Acri gaudet equo. Ovid. et nunc quoque sanguine gaudet. Horat. Carmine tu gaudes, hic delectatur jambis. Cic. Tuo isto tam excellenti bono gaude et fruere. Plin. Gaudet myrrha rastris. Nonnunquam cum partic. construitur. Dicor enim χαίρειν ποιῶν τι, quod magna cum lætitia facio, s. quod facere gaudeo, s. quod facere me delectat, quod lubens facio. Od. M. (380.) Χαίρεσκεν μὲν ἰὼν εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα: Il. T. (185.) Χαίρω σεῦ, Λαερτιάδη, τὸν μῦθον ἀκούσας. Athen. 1. Ἀλλά τινες χαίρουσιν ἐπαινοῦντες τὰ παρ' αὐτοῖς, Sunt quos delectet. Sic Xen. (K. Π. 1, 5, 7.) Χαίρω ἐπαινούμενος, Gaudeo laude, Laudibus delector. Et Plato de Rep. Χαίρω διαλεγόμενος. Et Plut. Popl. Χαίρω διδούς. Et Aristoph. (Πλ. 247.) χαίρω φειδόμενος. Virg. quoque hunc hellenismum imitatus est, Æn. 10. de leone, Gaudet hians immane: 12. de eod., gaudetque comantes Excutiens cervice toros. Et rursum eod. l. Poscit equos, gaudetque tuens ante ora

frementes. Item de Apennino, gaudetque nivali Vertice se attollens. Cum accus. quoque junctum affertur ex Aristot. Rhet. Χαίρω τινὰ ἡδονὴν pro Afficior quadam voluptate. Supra vero e Dem. habuimus Ταυτὰ λυπεῖσθαι καὶ ταυτὰ χαίρειν pro ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Item in comminationibus dicimus aliquem οὐ χαιρήσειν, Non lætaturum s. gavisurum eo facto, sed fore ut eum pœniteat, s. eum οἰμώξειν et pœnas daturum. Aristoph. Πλ. (64.) Οὔτοι, μὰ τὴν Δήμητρα, χαιρήσεις ἔτι. Sic ap. Lucian. sæpe, Οὐ χαιρήσεις, Non gaudebis eo facto, Ea res tibi lætitiam non afferet, sed futurum est ut te pœniteat. Quibus adde Il. Υ. (363.) οὐδέ τιν' οἴω Τρώων χαιρήσειν ὅστις σχεδὸν ἔγχεος ἔλθοι: Ο. (98.) οὐδέ τι φημὶ Πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν, οὔτε βροτοῖσιν Οὔτε θεοῖς, εἴπερ τις ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων, Non gavisurum illis animum. Ubi nota ἀναδιπλασιασμὸν in HOC Κεχαρησέμεν pro χαρῆναι, qualis est in λελάθοντο pro λάθοντο. Nota præterea fut. χαιρήσω tanquam a THEM. Χαιρέω. Ab inus. autem χαρέω est PART. Κεχαρηκὼς ET Κεχαρηώς: quorum illud ap. Aristoph. legitur, dicentem Σφ. (764.) ἐπειδὴ τοῦτο κεχάρηκας ποιῶν: hoc vero ap. Hom. Il. Η. (312.) Εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον κεχαρηότα νίκῃ, Gaudentem lætantemque victoria. Sic vero τυπτήσω dicitur pro τύψω, idque Attice. Alioqui regulariter dicitur χαρῶ: unde χαροῦσι, Gaudebunt et lætabuntur, Apoc. 11, (10.) Præterea neutro gen. et substantive DICITUR τὸ Χαῖρον pro ἡ χαρὰ, Gaudium, Lætitia, nisi malis, Ea pars animi quæ gaudium et lætitiam percipit. Epicurus in Epist. quadam, Τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ, Animi lætitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum, ut Cic. interpr. Sic Plut. Fab. Τὸ χαῖρον καὶ τεθαῤῥηκὸς τῶν πολιτῶν. SED ET Χαίρομαι pass. voce ac media usurpatum reperitur pro χαίρω, ut ὑστερέομαι pro ὑστερέω, et ἀπορέομαι pro ἀπορέω: unde ap. Alex. Aphr. Probl. 1, 11. οἱ χαιρόμενοι, Qui lætantur, gaudio ac lætitia perfunduntur: 20. Διὰ τί οἱ χαιρόμενοι ἀθρόως καὶ σφοδρῶς, ποτὲ καὶ ἐκλύονται; Aristoph. Εἰρ. (291.) Ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι καὶ τέρπομαι. Unde aor. 2. ἐχάρην, s. χάρην, Poëtice abjecto augmento. Od. Ψ. (32.) ἡ δ' ἐχάρη, καὶ ἀπὸ λέκτροιο θοροῦσα Γρηῒ περιπλέχθη: Il. Ε. (682.) χάρη δ' ἄρα οἱ προσιόντι Σαρπηδὼν, Lætabatur eo adveniente: Ν. (609.) ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι χάρη καὶ ἔλπετο νίκην, Animo suo gaudebat: Ζ. (481.) χαρείη δὲ φρένα μήτηρ. Nec non imp. modo in l. Thobiæ, χάρηθι, Gaude, Lætare: et subjunctivo χαρῆτε, Gaudeatis. Et infin. χαρῆναι, Gavisum esse: interdum etiam Gaudere, Lætari. Et partic. χαρεὶς, Gavisus, Lætatus, Gaudens, Lætus. Il. Κ. (541.) τοὶ δὲ χαρέντες Δεξιῇ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι. Et cum dat. ap. Eur. (Iph. A. 1525.) Χαρεῖσα θύμασι, Victimis gaudens, ut et ap. Aristoph. Ν. (274.) τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι. Sicut porro duplex fut. habet activum χαίρω, sc. χαρῶ, et χαρήσω, ita et duplex præt. pass., NIMIRUM Κέχαρμαι ET Κεχάρημαι. A quorum illo est particip. κεχαρμένος, Gavisus, Oblectatus, Gaudens, ap. Eur. Or. (1120.) Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην, Licet intus et in pectore gaudentem. Ab hoc vero præteritum plusquamperf. κεχάρητο ap. Hesiod. (Ἀ. 65.) κεχάρητο δὲ Κύκνος ἀμύμων, Gaudebat et lætus erat. Est autem hoc κεχάρητο quasi a THEM. Χαρέω, unde et FUT. Κεχαρησέμεν, habens Poëticam reduplicationem et terminationem Ionicam, pro χαρήσειν. A media vero voce est aor. 2. Ἐχαρόμην, pro quo Poëtæ itidem facta reduplicatione dicunt κεχαρόμην, ut λελαθόμην pro ἐλαθόμην, et κεχαδόμην pro ἐχαδόμην. Il. Π. (600.) μέγα δὲ Τρῶες κεχάροντο: (Od. Δ. 344.) κεχάροντο δὲ πάντες Ἀχαιοί: Β. (249.) Οὐ κέν οἱ κεχάροιτο γυνὴ μάλα περ χατέουσα Ἐλθόντ': Il. Α. (256.) μέγα κεχαροίατο θυμῷ, Ionice pro χάροιντο s. χαρεῖεν, Gauderent et lætarentur animo: Apoll. Rh. 2, (1159.) συνηβολίῃ κεχάροντο, ubi dat. nota, sicut in verbo activo supra.

Sequitur ut dicam de IMPER. Χαῖρε: qui duplicem usum habet: unum, in valedicendo; alterum in salutando. Cum enim accedebant amicum quempiam, aut etiam in ignotum hominem incidebant,

A salutem precantes, dicebant χαῖρε, læto esse animo et salvere jubentes: nonnunquam etiam ὑγιαίνειν κελεύοντες, uti supra docui. Testatur id Lucian. Is enim in Apologia quam scripsit ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ Προσαγορεύσει Πταίσματος (§. 2.) annotat τὸ χαίρειν esse quidem antiquam προσαγόρευσιν, verum non matutinam solum, nec ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν usurpari solitam, sed etiam eos qui primum se vidissent, uti ea consuevisse. Ut vero Idem annotat, primus Philippides ὁ ἡμεροδρόμος, Marathonicam nuntians victoriam, creditur dixisse πρὸς τοὺς ἄρχοντας καθημένους καὶ πεφροντικότας ὑπὸ τοῦ τέλους τῆς νίκης, Χαίρετε, νικῶμεν: atque e vestigio συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι. Cujus rei Plut. quoque meminit; sed paulo aliter eam narrans. Is enim in libello quo disputat utrum Athenienses Belli an Sapientiæ Gloria præcelluerint (T. 7. p. 368.) e quibusdam refert, Εὐκλέα δραμόντα σὺν τοῖς ὅπλοις θερμὸν ἀπὸ τῆς μάχης, καὶ ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν πρώτων, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, Χαίρετε, καὶ χαίρομεν·
B εἶτα εὐθὺς ἐκπνεῦσαι. Veruntamen et ante Marathonicam pugnam ea προσαγόρευσις in usu fuit. Dolius enim Od. Ω. (402.) gratulans Ulyssi reditum, Ὦ φίλ', inquit, ἐπεὶ νόστησας ἐελδομένοισι μάλ' ἡμῖν, Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, Salvus sis et lætus, quod Lat. uno verbo dicunt Salve. Itidemque Θ. (413.) Ulysses Alcinoum alloquens, sic exorditur suam orationem, Καὶ σὺ, φίλος, μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν: respondens sc. his illius ad se verbis, Χαῖρε, πάτερ ὦ ξεῖνε. Salutantem enim dicentemque χαῖρε, resalutantes dicebant καὶ σὺ χαῖρε, Salve et tu. Sic ap. Xen. K. Π. 7, (2, 4.) cum Crœsus captus in conspectum Cyri perductus esset, eumque salutans dixisset, Χαῖρε, ὦ δέσποτα, respondit ille, καὶ σύ γε, ὦ Κροῖσε, Tu quoque salve, Crœse. Utuntur vero et alii eod. modo, ut Tragicus quidam, Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας. Soph. Aj. (91.) p. 6. Ὦ χαῖρ', Ἀθάνα, χαῖρε διογενὲς τέκνον· Ὡς εὖ παρέστης. Aristoph. Β. (185.) Χαῖρ', ὦ Χάρων, χαῖρ', ὦ Χάρων, χαῖρ', ὦ Χάρων, Salve, o Charon: Εἰρ.
C (582.) Χαῖρε, χαῖρ', ὦ φίλταθ'· ὡς Ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες. Σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ. Plato Symp. Ἄνδρες, χαίρετε· μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέξασθε συμπότην. Et Theodectes visa sua amasia, eam salutans ait, Χαῖρε, φίλον φῶς, Salve, lux mea. Et ap. Xen. Ἑλλ. 4, (1, 13.) Ἀλλήλοις χαίρειν προσεῖπον. Rursum ap. Hom. Ulysses legationis munus erga Achillem obiens, et post prandium eum alloquens, (Il. Ι. 225.) Χαῖρ', inquit, Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς, Salve, Achilles. Sed et a se invicem discedentes alter alterum χαίρειν jubebat, (quod ap. Lat. est Valedicere,) nec non et ὑγιαίνειν, monentes ut valetudinem suam curaret diligenter, s. curaret ut valeret, velut Od. Ο. (151.) Χαίρετον, ὦ κούρω, Valete, o adolescentes. Et ap. Aristoph. Β. (164.) Hercules a Baccho ad inferos proficiscente discessurus, extrema hæc ad eum verba fatur, Καὶ χαῖρε πόλλ', ὦ 'δελφέ: et vicissim Bacchus ei valedicens ait, νὴ Δία καὶ σύ γε ὑγίαινε, Vale et tu. Ajax ap. Soph. (112.) p. 7. Χαίρειν, Ἀθάνα, τἄλλ' ἐγώ σ'
D ἐφίεμαι, Cupio ut valeas. Itidem qui moriuntur, amicos χαίρειν jubent, ut ap. Eur. (Phœn. 1462.) Polynices ἤδη τελευτῶν, inquit, Καὶ χαίρετ'· ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος. Et ap. Xen. K. Π. 8, (7, 3.) p. 141. Cyrus longam orationem sic clausit, Καὶ χαίρετε, ὦ φίλοι παῖδες, καὶ τῇ μητρὶ ἀπαγγέλλετε ὡς παρ' ἐμοῦ· καὶ πάντες δὲ οἱ παρόντες καὶ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρετε. Quibus dictis πάντας δεξιωσάμενος συνεκαλύψατο, καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν. Et in Epigr. quidam visum amissurus ait, χαῖρε, φίλον φῶς, Vale, cara lux. Porro et iis χαίρειν dicimus, quos in malam rem abire jubemus, quos in malam crucem relegamus, s. quos cum contemtu relinquimus, ut Lucian. quoque (1, 727.) tradit τὸ μακρὰν χαίρειν φράσαι denotare τὸ μηκέτι φροντιεῖν. Eur. (Med. 1044.) χαιρέτω βουλεύματα, Valeant consilia. Aristot. Post. Anal. 1. Τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω, Valeant. Et in Metaph. Χαιρέτωσαν ἰδέαι. Theocr. (16, 64.) Χαιρέτω ὅστις τοῖος. Terent. itidem, Valeant qui inter nos dissidium volunt, κατ' εὐφημισμὸν pro Pereant et ἐῤῥέτωσαν. Et

Horat. Valeat res ludicra. Sic vero et χαίρειν φράσαι dicitur aliquis alicui et χαίρειν προσαγορεύειν, nec non aliquem χαίρειν ἐᾷν. Aristoph. N. (609.) φράσαι Πρῶτον μὲν χαίρειν Ἀθηναίοισι. Idem, μακρὰν χαίρειν φράσας τῷ ναυπηγῷ, Longum valedicens. Quo sensu et Eur. Hipp. (1059.) dixit τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. Sic Cic. ad Att. de fuga Pompeii loquens, At ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens, pergit Brundusium, h. e. honestatis curam abjiciens, fugam arripit. Frequentissimum vero est χαίρειν ἐᾷν, Sinere valere, i. e. Valedicere et repudiare. Epicurus ap. Athen. Ἐὰν δὲ τὸ καλὸν ἡδονὴν μὴ παρασκευάζῃ, χαίρειν ἐατέον, Valedicendum ei est, Repudiandum est et dimittendum. Plato Phædone (§. 63.) p. 61. Τὰς μὲν ἄλλας ἡδονὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα εἴασε χαίρειν, καὶ κόσμους, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας. Itidemque de LL. 295. et in Ep. ad Dionys. 102. χαίρειν ἐᾷν usurpavit pro Contemnere et floccifacere, teste Bud. Sic Aristoph. Πλ. (1187.) τὸν Δία χαίρειν ἐάσας. Plut. Alcib. (12.) Τὸν Διομήδη χαίρειν εἴασε χαλεπῶς φέροντα, Diomedem valere jussit, neglexitque, indigne ferentem. Et Greg. Naz. Χαίρειν ἐᾶσαι τὰς εἰκόνας, Valedicere imaginibus. Rursum Plut. Camillo (17.) de Brenno, Εἴα χαίρειν Κλουσίνους, Relinquebat Clusinos, Bud. Porro ut redeam ad χαίρειν initio congressus et in salutationibus usurpatum, fuit id adhibitum etiam exordiis epistolarum, ut Cicero suis præmisit, M. T. Cic. S. P. D. vel S. D. vel S. Apud Dem. pro Cor. Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Et ap. Hippocr. Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Παίτῳ χαίρειν. Itemque, Ὑστάνης Ἱπποκράτει χαίρειν. Sic ap. Xen. K. Π. 4, (5, 12.) Κῦρος Κυαξάρῃ χαίρειν. Et Dem. aliquoties in suis Epist., Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Epicurus εὖ διάγειν uti solebat loco hujus χαίρειν, ut et Plato εὖ πράττειν, ut docui supra T. 3, col. 523. 524. ubi etiam habes quomodo Horat. hoc loquendi genus imitatus sit. Synes. vero dicit Χαίρειν κέλευσον παρ' ἐμοῦ, pro Meis verbis salutem dic, Meis verbis jube salvere. Vide et in Ὑγιαίνω quædam: quibus adde, Ptolemæum Lagi in Epist. ad Seleucum aperte invertisse ordinem consuetum; nam ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπὼν, ἐπὶ τέλει ἀντὶ τοῦ ἐῤῥῶσθαι ὑπέγραψε τὸ χαίρειν, ut refert e Dionysodoro Lucian. [1, 734.]

" Χαροῦσι, Gaudebunt, fut. verbi χαίρω, Apoc. 11, " (10.) Est alioqui usitatius fut. χαρήσομαι quam " χαρῶ."

[" Χαίρω, Thom. M. 908. Jacobs. Anim. 63. 251. Anth. 7, 187. Markl. Suppl. 886. ad Charit. 758. (276.) Callim. 1, p. 567. Toup. Opusc. 1, 274. Plut. Mor. 1, 85. Brunck. Phil. 1060. Valck. Phœn. p. 233. Heyn. Hom. 8, 467. Contentus sum, Lobeck. Aj. p. 234. Soleo, Ammon. p. 4. De constr., Valck. Hipp. p. 309. Callim. 249. 251. Cum dat., ad Adoniaz. p. 392. Cum accus., Musgr. Suppl. 328. Rhes. 390. Ion. 245. Wakef. Phil. 1314. Abresch. Æsch. 2, 124. Huschk. Anal. 28. Porson. Phœn. 716. Jacobs. Anth. 12, 22. Heyn. Hom. 5, 284. Brunck. Aristoph. 3, 32. Aj. 136. Hipp. 1350. Valck. p. 309. Toup. Opusc. 1, 563. Emendd. 2, 372. Cum inf., Jacobs. Anth. 12, 347. Cum partic., Boiss. Philostr. 307. Toup. Emendd. 2, 214. X. λόγοις, Valck. Phœn. p. 128.: κακοῖς, Valck. Anim. ad Ammon. 84. Οἷς χαίρει ὁ πόλεμος, ad Thom. M. 5. Χαίρω σε ἐληλυθότα, Valck. Phœn. p. 267. Diatr. 209. An pro χαίρω ποιῶ dici possit χαίρων ποιῶ, ad Herod. 616. Χαίρειν ἀπό τινος, Plut. Alex. 68. Schm.: ἔν τινι, Antip. Sid. 28. Χαίρειν ἐῶ, λέγω, κελεύω, Valck. Hipp. p. 178. Toup. Emendd. 3, 124. ad Herod. 337. 712. Χαίρειν ἐᾷν, Brunck. Aristoph. 1, 289. Jacobs. Anth. 12, 323. Heins. ad Plat. Theæt. 300. Χαίρειν, formula epistolaris, T. H. ad Plutum p. 101. Kuster. Aristoph. 58. Mœr. 417. et n. Χαῖρε, Jacobs. Anth. 9, 465. 10, 115. 12, 333. Valck. Phœn. p. 30. Musgr. Med. 1044. Biagi Monum. Nan. 273. Heyn. Hom. 8, 393. Cum partic., Wakef. Phil. 1060. Quando dictum, Jacobs. Anth. 8, 213. 10, 67. T. H. ad Plutum p. 381. Lucian. 3, 606. Καὶ χαῖρε,

A Wakef. Ion. 1383. Ὦ χαῖρε, Porson. Or. 470. Χαῖρέ μοι, Brunck. ad Hec. 426. Χαίρετε, Wakef. Eum. 1017. Χαίροιτε, Valete, Fischer. ad Anacr. p. 5. Valck. Phœn. p. 492. Χαίρων, ad Charit. 641. Eur. Iph. A. 885. Wakef. Ion. 176. Herc. F. 257. Phil. 1299. Impune, ad Xen. Eph. 270., ubi et de χαίρειν ejusque variis temporibus hac signif. positis; add. Arnzenii Epist. Crit. 93. Gratis, Impune, Toup. Add. in Theocr. 394. ad Longin. 319. et Ind., Abresch. Lectt. Aristæn. 29. Χαίρων, χαίρων γε, ad Xen. Eph. 201. Οὔτι χαίρων, Valck. Hipp. p. 281. Χαίρων ἴθι, Eur. Phœn. 928. Markl. Suppl. 248. Τὸ χαῖρον, Musgr. ad Hec. 299. De fut., Thom. M. 910. Simonid. 93. Jacobs. Anth. 9, 121. Lucian. 3, 660. Mœr. 403. et n. Ἐχαίρησα, Plut. 3, 233. Cor. (Lobeck. Phryn. 740.) Κεχαρηκώς, ad Herod. 665. Κεχαρηώς, Heyn. Hom. 5, 360. 7, 26. Χαίρομαι, Porson. Hec. p. 29. Ed. 2. Heyn. Hom. 6, 582. Valck. Adoniaz. p. 260. Herodian. Philet. 433. et n., Dawes. M. Cr. 247. Toup. Emendd. 4, 451. Κεχάρημαι,
B Heyn. Hom. 7, 26. Κεχαρημένος, Κεχαρμένος, Valck. Adoniaz. p. 253. Ruhnk. Ep. Cr. 276. Κεχαρμένος, Musgr. Suppl. 945. ad Charit. 523. Jacobs. Anth. 8, 208. Sabinus, Epigr. adesp. 692. Κεχάροντο, Brunck. Apoll. Rh. 199. Heyn. Hom. 7, 26. Ἐχάρην, 6, 583. 7, 26. Jacobs. Anth. 9, 431. Χαρείην, Wakef. Phil. 1314. Χαρῆναι, Simonid. 82. Χαρείς, Jacobs. Anth. 6, 182. Ruhnk. Ep. Cr. 281. Toup. Opusc. 2, 120. Χηράμενος, Jacobs. Anth. 7, 122. 12, 429. Brunck. Apoll. Rh. 199. Heyn. Hom. 6, 582. Adjectiva cum χαίρω composita, Græfe ad Mel. p. 122." Schæf. Mss. "Contentus sum, Philostr. V. A. 3, 26." Schleusn. Mss. Cum dat., Il. Ω. 705. Εἴποτε καὶ ζώοντι μάχης ἐκ νοστήσαντι Χαίρετε, Demosth. 748. Εἰ οὗτος χαίρων ἀπαλλάξει, Xen. Mem. 3, 13, 1. Προσειπών τινι χαίρειν. Soph. El. 1456. Ἡ πολλὰ χαίρειν μ' εἶπας, Aj. 112. χαίρειν τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι. Il. Ξ. 270. χήρατο δ' Ὕπνος, Schol. ἐχάρη. Χαιρόμενος, i. q. χαίρων, Alex. Aphr. Probl. 253. 255. 257. Χηράμενος, Simylus ap. Plut. Rom. 17. Χάροντο, Quint. Sm. 6, 315. Κεχά-
C ροντο, 11, 51. Apoll. Rh. 4, 999. Ἐχήρατο, Opp. K. 1, 508. 533. Χαρήσομαι, Χαρησοῦμαι, Greg. Cor. 262. Χήραντο et κεχάροντο conf., ad Apoll. Rh. 4, 1628. Τὸ χαῖρον, Schæf. ad Dionys. H. 205. Χαίρειν ἐᾷν, Meletem. Cr. 34. Τούτους μὲν τοὺς λόγους ἐάσομεν χαίρειν, Hæc mittemus, Æschin. Dial. Socr. 2, 38. Χαίρειν, in epistolis, Valck. Schol. in N. T. 1, 34. 596. 2, 17. 41. Χαῖρε, Percas, 1, 438. Χαίρειν ἡδονάς, Jambl. Protr. 127.: τὴν ἀπὸ ζωῆς ἡδονήν, 168. "Χαίρων, Impune, Celsus ap. Orig. 8. p. 404. Τὸν Διόνυσον ἢ τὸν Ἡρακλέα παρόντα εἰ ἐλοιδόρησας, οὐκ ἂν ἴσως χαίρων ἀπήλλαξας." Seager. Mss. * "Ἑκατονταχαῖρε, A hundred adieus, Eust. Ism. 77." Wakef. Mss. Χαρέω, Aristoph. Σφ. 764. ἐπειδὴ τοῦτο κεχάρηκας ποιῶν, cf. Schol. Theocr. 27, 70. * Χάρημα, Anacr. 51, 5. Τόδε καὶ βροτῶν χάρημα, ex emend. Salmasii.] " Καρχήματα, Hes. θέλγητρα, Illecebræ, " Mulcedines :" [an leg. Χαρήματα ?]

Χαιρέκακος, SIVE Ἐπιχαιρέκακος, Qui gaudet malis alienis, gaudium et lætitiam percipit ex alienis cala-
D mitatibus, ὁ χαίρων ἐπὶ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς s. ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρων. Utrumque ap. J. Poll. 5, c. 25. UNDE Χαιρεκακία, SIVE Ἐπιχαιρεκακία, ἡ, Lætitia et gaudium ex aliena calamitate, ut Stoici quoque ἐπιχαιρεκακίαν esse dixerunt ἡδονὴν ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. Unde Cic. Malevolentia, voluptas e malo alterius: quare ab Invidia s. Invidentia differt: φθόνος enim est λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, ut Cic. quoque invidentiam esse tradit ægritudinem susceptam propter alterius res secundas. Potest tamen unus idemque ἐπιχαιρέκακος esse et φθονερός: nam ἐφ' ᾧ λυπεῖται γιγνομένῳ καὶ ὑπάρχοντι, ἀναγκαῖον αὐτὸν ἐπὶ τῇ στερήσει καὶ τῇ φθορᾷ τῇ τούτου χαίρειν, ut Aristot. tradit Rhet. 2. Atque adeo sunt qui ἀπὸ μιᾶς κακίας καὶ τὸν φθόνον φύεσθαι καὶ τὴν ἐπιχαιρεκακίαν dicant, teste Plut. (9, 406.) Rursum Aristot. Eth. 2, 7. asserit νέμεσιν esse μεσότητα φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας: consistere autem omnia hæc tria vitia περὶ λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας: nam τὸν νεμεσητικὸν quidem, λυ-

πεῖσθαι ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι· τὸν φθονερὸν A autem, ὑπερβάλλοντα τοῦτον, ἐπὶ πᾶσι λυπεῖσθαι: at vero, τὸν ἐπιχαιρέκακον, τοσοῦτον ἐλλείπειν τοῦ λυπεῖσθαι ὥστε καὶ χαίρειν: ambo execranda et abominanda vitia: ut et Dem. pro Cor. ait, Πῶς οὐκ ἀπολωλέναι πολλάκις ἐστὶ δίκαιος εἰ ἐφ' οἷς ἔχθιρον οἱ ἄλλοι, ταῦτα ἐλυπεῖτο ὁρῶν; Ἐπιχαιρέκακος accipi tradunt etiam pro Eo qui malis artibus oblectatur, UT Ἐπιχαιράγαθος e Strab. (165=137=38.) affertur pro Eo qui honestis delectatur studiis, et virtutem amplectitur, s. pro Homine bonarum partium, ut Cic. appellat. [Χαιρέκακος, Valck. ad Ammon. 83. * Χαιρεκακέω, Philo 3. p. 44. P. Χαιρεκακία, Valck. l. c. * Ἐπιχαιρέκακος, Antiphanes Athenæi 688. "Jacobs. Anth. 6, 97. 115. ad Lucian. 1, 348. Valck. l. c. Ἐπιχαιρεκακία, ibid. Bentl. Opusc. 127." Schæf. Mss. * Ἐπιχαιρεσίκακος, Orig. Exp. ad Mart. 179. Euseb. H. E. 4, 7. p. 149. Lobeckio ad Phryn. 770. * ἐπιχαιρησίκακος scr. videtur. * Χαιρησιφόνος, unde * Χαιρησιφονέω, Nicet. Ann. 5, 7.]

Χαιρέφυλλον, τὸ, Chærephyllum, Herbæ genus: B forsan ex eo dictum, quod foliis gaudeat; est enim foliosum. [Colum. 10, 110. Plin. 19, 8.]

Χαιροθαλπὲς ὕδωρ legitur ap. Athen. 9. fin. in h. l. Philoxeni, Ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν σμήμασιν ἰρινομίκτοις χαιροθαλπὲς ὕδωρ * ἐπεγχέοντες. Quod χαιροθαλπὲς ὕδωρ, si mendosum non est, significabit, Ita θάλπον ut simul χαίρειν faciat, Cum voluptate quadam fovens et calefaciens, Ita calefaciens et fovens ut simul lætitia quadam et gaudio perfundat. Sed forsan scr. est * χειροθαλπές. [Schw. dedit * χλιεροθαλπές. * Χαιρομυσής, Æsch. Choëph. 71. φόνον, ubi Porsonus legit * χερομυσής. "Const. Manass. Chron. p. 105. * Χαιρομισής, 123. forte leg. χαιρομυσής." Boiss. Mss.]

Χαιρετίζω, Saluto, χαίρειν κελεύω, προσαγορεύω, Salvere jubeo. Tob. 7, (1.) de Sarra, Ὑπήντησεν αὐτοῖς, καὶ ἐχαιρέτισεν αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ αὐτήν. Diog. L. Platone p. 134. meæ Ed. Τινὲς τὸν ἐντυχόντα πάντα προσαγορεύουσι, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβάλλοντες χαιρετίζουσιν. Sed ut hic, ita etiam illic fortasse, plus C est quam προσαγορεύειν, φιλοφρονήσεως significationem habens, atque ita conveniens cum nostro Caresser. ["Valck. Phœn. p. 721. Χαιρετίζω, * Χαιρετισμὸς, Thom. M. 747. T. H. ad Plutum p. 254. * Χαιρετέω, ibid." Schæf. Mss. "Cf. Ascript. ad Hermann. Lex. p. 362." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * "Χαιρετισμὸς, Annuntiatio B. V. Mariæ; Montf. Palæogr. 253." Kall. Mss. Hist. Conc. Florent. 2, 26. 4, 11. * "Χαιρετιστικὸς, Schol. Æsch. Pers. 153." Boiss. Mss. * Ἀποχαιρετίζω, Glossa Soph. Tr. 532. Erf. Brunckio memorata, Schol. Eur. Phœn. 996. "Valck. p. 721. * Ἀποχαιρετισμὸς, * Ἀποχαιρετιστικὸς, ad Phryn. Ecl. 10(=24. Lob.)" Schæf. Mss.]

Χαιροσύνη, ἡ, Gaudium, Lætitia, τὸ χαῖρον: χαρὰ, Hes.

Χαιρηδὼν, όνος, ἡ, idem, ut et idem Hes. χαιρηδόνα exp. χαράν: quemadmodum Suidas quoque, qui ita a χαιρέω derivari scribit ut ἀλγηδὼν ab ἀλγέω. ["Huschk. Anal. 10." Schæf. Mss. Aristoph. 'A. 4.] D

Χάρμα, τὸ, Gaudium, Lætitia, etiam Id ipsum quod gaudium et lætitiam affert, Id ipsum ἐφ' ᾧ χαίρομεν. Od. T. (471.) Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα. Hesiod. 'A. (400.) Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος. Ubi nota hæc opposita χάρμα et ἄλγος s. ἄχθος, ut ap. Latinos quoque Lætitiæ et Gaudio opp. Dolor et Molestia. Rursum Hom. dicit Il. Γ. (51.) γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες Πατρί τε σῷ μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμῳ· Δυσμενέσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δέ σοι αὐτῷ: ut et Hesiod. Ἔργ. (2, 319.) μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς. Solent enim ἐπιχαίρειν eorum malis et infortuniis, quibus invident et male cupiunt. Rursum Il. Ψ. (342.) Χάρμα δὲ τοῖς ἄλλοισιν, ἐλεγχείη δέ σοι αὐτῷ Ἔσσεται, Gaudium et risus. Nec non aliquis inimicis suis et malevolis dicitur γίνεσθαι χάρμα. Z. (82.) πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν Φεύγοντας πεσέειν, δηΐοισι δὲ χάρμα γενέσθαι: P. (636.) ἠδὲ καὶ αὐτοὶ Χάρμα φίλοις ἑτάροισι γενοίμεθα νοστήσαντες. Affertur et Τὸ σὸν ἅρμα χάρμα καὶ γέλως, pro Ludibrium quod forsan Proverbiale est. ["Wakef. Herc. F. 383. Abresch. Æsch. 2, 132. Brunck. Soph. 3, 452. Valck. Diatr. 194. Wakef. S. Cr. 2, 40. Mitsch. H. in Cer. 185. Ruhnk. 269. Toup. Opusc. 1, 561. Jacobs. Exerc. 1, 88. Heyn. Hom. 7, 381." Schæf. Mss. Hom. Hymn. 4, 372. Pind. 'O. 2, 35. 179. 7, 80. 10, 26. Π. 1, 114. 8, 92. 9, 113. N. 3, 116. 7, 130. 'I. 5, 69.]

Χάρμη, ἡ, idem. Phocyl. (110.) Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν * ἐπιγάλλεο χάρμῃ, Neque malis indoleas supramodum, nec item gaudiis et lætitia exultes, in rebus secundis sc. || Homero autem peculiariter χάρμη est ἡ εἰς μάχην προθυμία, Animus ad pugnam promtus; nam strenui milites pugnare gaudent, et læti certamen cum hostibus ineunt, spe victoriæ et vindictæ de adversariis sumendæ, ut Ajaci Homerico Il. N. (77.) περὶ δούρατι χεῖρες ἄαπτοι Μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὦρορε, νέρθε δὲ ποσσὶν Ἔσσυμαι ἀμφοτέροισι, μενοινᾷ δὲ καὶ οἷος Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτι μάχεσθαι. Unde ipse et Ajax Oïlei dicuntur ibid. (82.) Χάρμῃ γηθόσυνοι τήν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ. Itidemque aliquis ab eod. Poëta dicitur μνήσασθαι χάρμης, cum ei in præcordia virtus redit, et ad pugnandum promtus fit; contra vero λανθάνεσθαι et παύεσθαι χάρμης, cum illius promtitudinis quasi oblitus pugnare desinit. Il. T. (148.) νῦν δὲ μνησώμεθα χάρμης Αἶψα μάλα: P. (103.) Ἄμφω κ' αὖτις ἰόντες ἐπιμνησαίμεθα χάρμης: Δ. (222.) Οἱ δ' αὖτις κατὰ τεύχε' ἔδυν, μνήσαντο δὲ χάρμης. Et P. sub finem, de Achivis cæsis, Οὖλον κεκλήγοντες ἴσαν, λήθοντο δὲ χάρμης. Ab Eod. dicitur aliquis alium χάρμῃ προκαλέσασθαι, item βιάσασθαι, nec non χάρμης παύειν: H. (218.) ἐπεὶ προκαλέσσατο χάρμῃ, Promtitudine ad certandum commotus provocavit ad pugnam: Π. (823.) Ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσατο χάρμῃ, P. (602.) σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ Υἱὸν Ἀλεκτρυόνος μεγαθύμου, παῦσε δὲ χάρμης. Accipitur tamen et simpliciter pro Pugna, Conflictu, Prælio, P. (161.) καί μιν ἐρυσαίμεθα χάρμης. Item E. (608.) εὖ εἰδότε χάρμης φῶτε δύο. Sed et præcedentium locorum nonnulli illam interpr. admiserint. ["Heyn. Hom. 6, 386. 388." Schæf. Mss. Pind. 'O. 9, 129. Ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι: vide Schol.]

Unde COMP. Χαρμόφρων dicitur ὁ Ἑρμῆς, teste Hes. Forsan quia gaudium et lætitiam affert hominum mentibus, utpote qui sit δώτωρ ἐάων, et ἐριούνιος, i. e. μεγάλως ὠφελῶν: ab ἐρι significante λίαν, et ὀνέω denotante ὠφελῶ: idemque rursum πάντων Ἀνθρώπων ἔργοισι χάριν καὶ κῦδος ὀπάζει. ["Ruhnk. Ep. Cr. 35. Ilgen. ad Hymn. 399." Schæf. Mss. Hom. Hymn. 2, 127.] ITEM Ἀκαματοχάρμης inde dicitur ὁ τῇ χάρμῃ ἀκάματος ὤν, Indefessus et infatigabilis bello, ut ap. Pind. ἀκαματοχάρμα Αἶαν, Pugna indefesse Ajax. [* Ἀκαμαντοχάρμης, Etym. M. sine Auctore.] ET Ἱππιοχάρμης, Qui gaudet re equestri, ex equo pugnat; nam Lex. meum vet. ἱππιοχάρμην exp. non solum χαίροντα τῇ ἱππικῇ, verum etiam ἱππόμαχον: at χάρμης vocabulo dici etiam τὴν μάχην, supra annotatum est. Sic vero et Eust. Od. A. (258.) Ἀμυθάονα ἱππιοχάρμην dici ait vel ἵπποις χαίροντα, vel ἐφ' ἵππων ποιούμενον χάρμην, i. e. τὴν μετὰ χαρᾶς μάχην: quem alibi ἱπποκορυστὴν appellat, et ἀφ' ἵππων μαρνάμενον. ["Ruhnk. Ep. Cr. 110." Schæf. Mss.] NEC NON Μενεχάρμης, i. q. μενεπτόλεμος significans, i. e. κατὰ πόλεμον καὶ μάχην ὑπομονητικὸς, Qui bellicos labores sustinere strenuo et infracto animo novit, ut supra ὁ ἀκαματοχάρμης Αἴας ap. Pind. Alii interpr. Promtus in bello, ut sit ὁ μενοινῶν s. μεμαὼς μάχεσθαι: sed prior exp. magis placet. Dicitur ET Μενέχαρμος, ut Il. Ξ. (376.) Ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ, Χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω. Alibi μενεδήϊος ead. signif. ap. Eund. [* "Πολύχαρμος, Jacobs. Anth. 7, 49. 12, 423. ad Charit. 295." Schæf. Mss. * Χαλκοχάρμης, Pind. 'I. 6, 39. Π. 5, 109.]

"Ἄγχαρμον, ἀνωφερῆ τὴν αἰχμὴν, Hes." [Idem: * Κάγχαρμον· τὸ τὴν λόγχην ἄνω ἔχειν. Μακεδόνες. Vide nott.]

[* "Χαρμὸς, Timarion in Notit. Mss. 9, 177."

Boiss. Mss. * " Χάρμιος, Lætitiæ plenus, Method. 314." Kall. Mss.]

Χαρμονὴ, ἡ, Gaudium, Lætitia. Xen. K. Π. 1, (4, 22.) Ὁ δὲ Κῦρος οὐδὲν μᾶλλον ἀνίει, ἀλλ' ὑπὸ χαρμονῆς ἀνακαλῶν τὸν θεῖον, ἐδίωκε. Legitur et ap. Soph. [Aj. 560. " Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 44. Schneid. ad Xen. Hier. 232. Wakef. Herc. F. 383. Jacobs. Exerc. 1, 88. Musgr. Phœn. p. 191." Schæf. Mss. * Χαρμονικὸς, Procl. Paraphr. Ptol. 274. " Theod. Prodr. in Lazerii Misc. 2, 566." Boiss. Mss.]

Χαρμοσύνη, ἡ, idem: supra χαιροσύνη. [Schleusn. Lex. V. T. Orph. H. 59, 4.] AT Χαρμόσυνα teste Hes. fuit Festum quoddam Athenis: [" ad Herod. 208. 665. (2, 27.)" Schæf. Mss. Plut. 9, 141. H. (de I. et O. 362.) * " Χαρμόσυνος, Eumath. 294. Planud. Ovid. Met. 15, 615. στέφανος." Boiss. Mss.]

[* " Αὐτόχαρις, (Ipsa per se gratia,) Diog. L. 3. 26." Schleusn. Mss. " Leon. Alex. 3, 43." Boiss. Mss. " D. R. ad Longin. 259. Bergler. Alciphr. (3, 43.) 369." Schæf. Mss. Greg. Nyss. Orat. 1. de Beat. T. 1. p. 764.]

Ἄχαρις, ιτος, ὁ, ἡ, Gratiæ omnis expers, Nullam gratiam habens s. venustatem, Invenustus, Illepidus, Ingratus, Injucundus, Insuavis: ut ἄχαρις λόγος, ap. eum cui Demetrii Phalerei nomen datur, Ὥστε καὶ ἄχαριν τὸν λόγον ἅμα καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι. Apud Eund. (Eloc. 302.) est quidam λόγου χαρακτὴρ ἄχαρις. Ex Herodiano (1, 11, 14.) Οὐκ ἄχαρις γνῶσις. Affertur etiam ἄχαρις ἐς τὰ ἐρωτικά. Cum infin. ap. Plat. Εἰ δὲ ἄχαρις ἐντυχεῖν, οὔτε κακοήθει ἔοικεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλαφρὸς καὶ εὐήθης. At vero ἄχαρις χάρις eo modo dicitur quo ἄγαμος γάμος. Plut. (8, 307.) Ἄχαρις γὰρ ἂν οὕτως ἡ χάρις, καὶ ἄτιμος ἡ κτῆσις. Legimus Epigr. εἰς ἀναθήματα, itidem dictum a Leonide, τὰν ἄχαριν χάριτα, ubi inducitur Mars ita loquens, Οὐκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα· τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας Ἄρηος ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα; Quæ λάφυρα cur vocet ἄχαριν χάριτα, exp. sequentibus versibus, Ἄκλαστοι μὲν κῶνοι κ. τ. λ. Quam autem difficilis sit Latino sermoni interpr. talium locorum, qui hujusmodi παρονομασίαν s. παρήχησιν habent, vel hujus Epigrammatis varii Interpretes ostendunt, qui ἀχαρίτως hanc ἄχαριν χάριν expresserunt. Ita enim Vido Baldus, Talia quis nostris affixit postibus arma? Ingratumque mihi composuit spolium? Ita Jacobus Colinus, Non sunt belligeri spolia hæc radiantia Martis: Quis posuit templis dona odiosa meis? Ita Bellicarius, Non spolia hæc mea sunt: quis nostro in pariete fixit? Non hæc Threicio munera grata Deo. At Benedictus Theocrenus ἄχαριν χάριτα non ἀχαρίτως interpretatus fuisset Ingratam gratiam, nisi hanc ingratam gratiam Marti tribuisset, cum ἄχαρις χάρις tribuatur iis qui illi talia spolia dicarant. Ita enim vertit, Non mea sunt spolia hæc: fixit quis talia Martis Arma tholo? ingrata est gratia habenda mihi. Perinde enim vertit ac si dictum esset ἕξω αὐτῷ vel εἴσομαι αὐτῷ ἄχαριν χάριτα.

A Sed maluit, (ut opinor,) ad exprimendam χάριν illam atque venustatem ἀχάριτος χάριτος, hac in parte peccare. At ego ita potius reddidissem, a Græcis minime discedens, ingrata hoc gratia munus erit. Totius autem pentametri spatium occupando, posset et aliter reddi. Extat et hic pentameter, in quo ἄχαρις χάρις legitur, (producta prima in ἄχαρις, sicut in ἀθάνατος et quibusdam aliis,) Ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρίς ἐστι χάρις, ubi itidem Gratia ingrata a me usurpatum fuit: ita vertendo, Ingrata officii quæ tardat gratia. Quæ autem addo, contra Si qua venit propere gratia, grata venit, pertinent ad hoc hemistichium l. 1 Epigr. Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι. Sed hæc aliis quoque modis a me interpretata habes in eo quem superioribus diebus edidi libro Epigrammatum Græcorum selectorum ex Anthologia, interpretatorum ad verbum, et Carmine. Ceterum illa vox Officii, qua ibi usus sum, aliam præterea illius ἀχάριτος χάριτος interpr. suggerit, sc. ut reddamus Inofficiosum officium, aut etiam Minime benefi-
B cum beneficium. Huic autem sermoni diutius immoratus sum, ut ostenderem difficilem quidem, uti dixi, esse locorum hujusmodi interpretationem, sed de qua tamen, præterquam in paucis, desperandum non sit. Adde quod nec omnes παρονομασίαι, si ita vocari debent, tantum negotii Interpretibus exhibent. Quod vel ea, quæ in proxime sequente Epigr. habetur, testari potest, κόσμον ἄκοσμον: horum enim verborum in promtu est interpretatio, Ornatum inornatum. Sic tamen ut magis ad verbum, sed prolixius, reddi possit, Ornatum ornatu carentem, ornatus expertem. At Ornatum inornatum, sonat proprie κόσμον ἀκόσμητον. Usus est autem Antipater verbis his κόσμον ἄκοσμον, loco illorum ἄχαριν χάριτα. Sed de his hactenus. Ut vero in explicandis nominis ἄχαρις signiff. pergam, sciendum est poni interdum non simpliciter pro Injucundo, sed etiam pro Tristi, et Duro s. Acerbo. Arrian. Ὁ δὲ πίστιν ἔδωκε τοῖς κατοικοῦσι, μηδὲν ἄχαρι πείσεσθαι ἐκ βασιλέως: [cf. 2, 14, 2.] Hes. habet ETIAM
C Ἀχαρὲς, quod exp. λυπηρόν: fuerit autem tanquam a masc. ἀχαρής. Ἄχαρις est etiam Ingratus, i. e. Immemor beneficii et gratiam non habens, si modo VV. LL. recte afferunt ex Herod. Ἀχάριτί τοι οὐκ ὀνειδίζω, pro Non ingrato tibi hæc exprobro, [1, 41. Συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάριτι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω.] Dicunt alioqui Græci passim ἀχάριστος in hac signif. || Ἄχαρις, ἡ, Quæ nondum per ætatem venereo obsequio apta est, q. d. Quæ nondum viro gratificari potest, Plut. (9, 11.) Καὶ τὴν οὔπω γάμων ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ προσαγορεύουσα, φησὶν, Ὅτι σμικρά μοι, παῖ, ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις, vel potius φαίνεαι, cum dicat προσαγορεύουσα. Qui locus et a Pindari Schol. affertur; sed in VV. Edd. perperam legitur λιθόχαρις pro ἄχαρις. [" Ad Lucian. 1, 698. Markl. Iph. p. 296. Musgr. Iph. T. 566. Tro. 836. Jacobs. Anim. 265. Anth. 7, 105. Porson. Phœn. 800. Eichst. Quæst. 58. ad Timæi Lex. 274. Thom. M. 135. ad Herod. 19. 98. Fœdus, Munck. ad Anton.
D Lib. 229. Verh., ad Herod. 594. 625. Larcher 5, 417. Toup. Opusc. 2, 67. Ἄχ. χάρις, Jacobs. Anth. 12, 104. Valck. Phœn. p. 583." Schæf. Mss. Aret. 78. Valck. Schol. in N. T. 2, 44. * Ἀχαριότης, Polyb. 18, 38. Λαβὼν γὰρ συνεργὸν τὴν ἀχαριότητα τὴν Χαριμόρτου καὶ τὴν μέθην, Etenim Charimorto, homine a gratiis omnibus destituto et ebrioso, Schw.]

Ἀχαρίτως, Absque ulla gratia, s. venustate, Invenuste, Illepide, pro qua signif. ex Hermog. Form. Orat. 2. p. 368. affertur. Est etiam Ingrate, Injucunde, Insuaviter. [" Argum. Aristoph. Ἀ., Ruhnk. ad Rutil. 88. Zeun. ad Xen. K. Π. 667." Schæf. Mss. Athen. 281.]

Invenitur autem et NOMEN Ἀχάριτος, pro ἄχαρις, ut ἀχαρίτους ἐπιπλοκάς, Plut. Solone (20.) p. 163. meæ Ed. Quo tamen in loco legitur etiam ἀχαρίστους, sed minus recte, meo quidem judicio. [Herod. 1, 207. 7, 156. " Schneid. ad Xen. Hier. 231. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 395. ad Lucian. 1, 689. ad Herod. 20. 98. 239. 417. 526. 577. Musgr.

Iph. T. 566." Schæf. Mss. 'Αχαριτώτατος, Demetr. A de Eloc. 130. Schneid. ad 131.]

'Επίχαρις, opp. præcedenti εὔχαρις, Cui gratia inest, Venustus, Lepidus, Scitus. Item Gratus, Jucundus. 'Επίχαρις, inquit Bud., Cujus est ap. homines magna gratia, Qui expetitur. Xen. de lepore, (K. 5, 33.) Οὕτω δὲ ἐπίχαρι τὸ θηρίον, Tantum homines oblectat ejus venatio. Alibi ἐπίχαρι vocat τὸ διὰ χάριτος ὄν, Quod gratiam conciliat, gratiose fit, gratum est omnibus. Idem scribit ἐπίχαρις Plutarcho esse Lepidus, Urbanus, quæ signif. convenire huic quoque Xenophontis loco potest, (K. Π. 1, 4, 4.) 'Εν δὲ ταῖς συνουσίαις ἐπίχαρις. Hinc ADV. 'Επιχαρίτως, Cum gratia, venustate, Venuste, Lepide. Exp. etiam Gratiose, quod minus mihi placet. Item, Ad gratiam, Xen. ('Απολ. 4.) 'Ε. εἰπόντας ἀπέλυσαν, Locutos ad gratiam absolverunt. Apud Aristoph. autem 'A. (867.) ἐπιχαρίτως, Schol. exp. * κεχαριτωμένως et κεχαρισμένως, subaudiendo, ἀπόλοιντο ἄν: in hoc versu, Νὴ τὸν 'Ιόλαον ἐπιχαρίτως ἄν γ', ὦ ξένε. ‖ 'Επίχαρις quæ Atticis ἅβρα, Hes. [" Thom. M. 873. Schneid. B ad Xen. Hier. (9, 4.) p. 256. Toup. ad Longin. 349. Wakef. S. Cr. 3, 129. Herodian. Philet. 441." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 916. " 'Επίχαρις λέξις, Dictio venusta, læta, amœna, quæ sc. exprimit res jucundas, lætas, τὴν χάριν ἐν πράγμασι, vel ἱλαρὸν πρᾶγμα, Demetr. §. 133. Sic et ap. Longin. 34, 3. cum τῷ ἐπαφροδίτῳ componitur, et a γελοίῳ, et ἀστείῳ, quod ad risum et jocum pertinet, distinguitur." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * " 'Ανεπίχαρις, Schol. Lucian. Deor. Dial. 15, 2." Kall. Mss. Τὸ ἐπίχαρι, Morum suavitas, Xen. K. 'A. 2, 6, 7. opp. τὸ στυγνὸν καὶ ὠμόν. * " 'Επιχάριτος, Schol. Pind. 'O. 6, 127." Wakef. Mss. Compar. ἐπιχαριτώτερος, Xen. K. Π. 8, 2, 2. Σ. 7, 5. et superl. ἐπιχαριτώτατος, Οἰκον. 7, 37. " Wolf. ad Hesiod. 136. ad Charit. 680. 'Επιχαρίτως, Brunck. Aristoph. 3, 96." Schæf. Mss. " Athen. 190. Isocr. 1, 462." Wakef. Mss.]

Εὔχαρις opp. itidem illi ἄχαρις, sed aliquid amplius videri potest significare quam ἐπίχαρις. Apud Plut. (9, 261.) ὁμιλία εὔχαρις, pro quo usurpari C posse et ἐπίχαρις, apparet e Xen. loco quem protuli: in quo legitur ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις ἐπίχαρις. Ex eod. Scriptore affertur σχῆμα εὔχαρι pro Eleganti. Idem personæ etiam tribuit, ubi loquens de joculari mendacio, dicit, (K. Π. 2, 2, 5.) 'Αστεῖοι καὶ εὐχάριτες δικαίως ἂν ὀνομάζοιντο, Urbani et lepidi. Gallice plane ad verbum, εὔχαρις, Qui a bonne grace. Dico autem, Plane ad verbum, quod etiam vis particulæ εὖ in eo loquendi genere exprimatur. Alioqui et alteri comp. ἐπίχαρις, nec non simplici χαρίεις eandem illam interpr. tribuere possumus. [" Toup. ad Longin. 349. Zeun. ad Xen. K. Π. 172. 181. Wakef. S. Cr. 3, 130." Schæf. Mss. " Diog. L. Bione p. 157. HSt. Καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν." Seager. Mss. " M. Anton. 1, 16. Τὸ εὐόμιλον καὶ εὔχαρι." Gataker. Mss. * " Εὐχάριτος, Demetr. Phal. 102." Wakef. Mss. Appian. B. C. 2. p. 443. * Εὐχαριτώτερος, Greg. in Hermog. 967. Reisk.]

[* " Περίχαρις, Admodum gratiosus, Amphil. p. D 39. περιχαρέστατος, 212. fors. vitiose." Kall. Mss.]

Χαρίεις, I. q. præcedentia compp. ἐπίχαρις et εὔχαρις. Est autem illius χαρίεις usus ap. Hom. quoque pro Venustus, Elegans, aut etiam Pulcer. Apud eum enim legimus εἵματα λεπτά τε καὶ χαρίεντα: item χαρίεντα νηὸν, nec non χαρίεν κάρη, et χαρίεν μέτωπον. Aristoph. (Σφ. 1399.) χαρίεντα λόγον appellavit Lepidam et bellam fabellam, s. Scitam. Sic certe plerumque χαρίεν dicitur esse aliquod dictum. Plut. (6, 31.) Τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἱπποκόμου, χαρίεν. VEL Χάριεν, ut hic alia exempla habent, assentientibus huic scripturæ et aliis plerisque Scriptorum locis, cum tamen Eust. tradat p. 1088. χαρίεν scribi paroxytone, cum est nomen: at vero χάριεν proparoxytone, esse Atticum, ponique adverbialiter pro χαριέντως. In qua sententia sibi constat et p. 1276. Interdum vero illius participii loco, vel alius ejusmodi, aut etiam nominis eund. usum præstantis, ponitur duntaxat articulus τὸ, veluti si ita loquar, ἀλλὰ χαρίεν τὸ τοῦ ἱπποκόμου: aut alio ordine, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἱπποκόμου, χαρίεν, interpungendo sc. post ἱπποκόμου. Hic autem aptissimum locum habet Gallicum illud loquendi genus, cujus supra memini, Qui a bonne grace. Dicimus enim, Le propos d'un tel a bonne grace. Vel, Le propos d'un tel est de bonne grace. Sic quoque dixeris, Mais la réponse que fit un tel, fut de bonne grace. Quin etiam immutata orationis structura, dicere possis, Mais un tel eut bonne grace, quand il fit cette réponse. Sed hoc præterea sciendum est, χαρίεν sæpe per ironiam dici, qua etiam in re optime ei cum nostro illo loquendi genere convenit. Lucian. (3, 565.) "Αλλου δὲ εἰπόντος, Τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος, Χαρίεν γε, ἔφη, τὸ τῆς κορυφῆς ποιεῖν τι ἐπάνω. Neque enim dubium est quin Socrates ὁ ἀπὸ Μόψου verbis hisce irridere voluerit eum, qui dicebat Τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος, superlativo sc. utens, cum positivo κορυφαῖος contentus esse deberet: ideoque dicit illum τῆς κορυφῆς ποιεῖν τι ἐπάνω, facere ut quid supra κορυφὴν sit, i. e. verticem: adeo ut illud κορυφαιότατος magis etiam ineptum videri possit quam si quis Latine dicat Summissimus pro Summus, Ultimissimus pro Ultimus: licet supra T. 1, 387. e Plut. attulerim illud κορυφαιότατος, scribente, Περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος, quod sane ludens dixisse videri queat: [cf. Plut. Pomp. 20. 77.] Latine potest per ironiam dici itidem, Lepidum vero, Festivum vero, Festivum sane, Res bella sane. At Gallice plane expressa vi hujus vocabuli et origine, Vraiment voilà qui est de bonne grace, vel, Qui a bonne grace, vouloir etc. Sæpe vero χαρίεν γε, s. χάριέν γε, ut ap. Lucian. scriptum est, licet non approbante hanc scripturam Eustathio, uti paulo ante docui, convenit cum eo quod dicimus, Vous avez bonne grace, vel Vraiment vous avez bonne grace. Extat autem iste nominis χαρίεν usus ap. Xen. quoque.

Χαρίεις etiam dicitur esse aliquis, quemadmodum Gallice Plaisant, ut annotavi supra, cum agerem de voce χάρις significante Plaisir, sed ea signif. qua de Beneficio dicitur. Atque ut Un plaisant homme est χαρίεις ἄνθρωπος, sic Un mauplaisant est ὁ ἄχαρις. Lat. autem Festivus homo dictus esse existimatur. Apud Aristot. χαρίεις est aliquis in dictis, Eth. 4, 8. 'Επιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες. Ubi χαρίεντες, quod vitio caret, sunt quos vocamus Plaisants: βωμολόχοι autem, quod in vitio ponitur, est potius Plaisanteurs. Quidam e posterioribus Interpretibus reddidit, Humanitate politi homines; quidam vero, Elegantes et politi homines. Sed χαρίεις ita redditum, latius patere videri queat, et idem esse cum eo quem appellamus Un galant homme: sicut sc. τὰ χαρίεντα vocamus Des galanteries: quæ ego non profero tanquam et ipsa cum Græcis, quod ad significationis originem attinet, conveniant; sed quia in exprimenda vi illorum magis mihi satisfaciunt quam Latina, quæ quidem nunc occurrunt: sc. Scitus s. Elegans homo. Isocr. ad Phil. Οἱ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου, σώφρονες καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς παντάπασιν ἀφυεῖς. Atque ut hic χαρίεντες et ἀφυεῖς inter se opp., ita fortasse ap. Aristot. Eth. 1, 13. Καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν, possint χαρίεντες videri esse οἱ εὐφυεῖς. Existimo certe χαρίεντας dici Qui artem suam cum scita quadam dexteritate exercent. Ideoque non placet ea interpr. quæ reddit, Clari nobilesque medici. Tolerabilior autem quæ vertit, Politiores medici. Ceterum idem Philosophus generaliorem usum huic voci tribuens, τοὺς χαρίεντας opp. τοῖς πολλοῖς, 1, 4. Τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι. Ubi unus e poster. Interprr. reddit χαρίεντες Politiores; alter, Expolitiores. Sed videri possit aliquid amplius significare vox illa, cum Aristot. statim post opponat χαρίεντας illos τοῖς σοφοῖς: scribens, Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τίς ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι, καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν. Videat igitur lector, (neque enim de mea ipsius interpretatione in tanta festinatione pronuntiare vel queo, vel volo,) num melius reddi possit

χαρίεντες in hujusmodi ll., Qui polito sunt judicio; aut certe, num quæri aliud quodpiam substantivum debeat quod illi participio jungatur. Opponuntur certe τοῖς πολλοῖς οἱ χαρίεντες ab Eod. in aliis etiam hujus operis locis. Sic vero et in Polit. 2, 5. Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ (στασιάζουσι) διὰ τὸ περὶ τὰς κτήσεις ἄνισον· οἱ δὲ χαρίεντες, περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι. Rursum vero in Eth. 1, 5. τοῖς πολλοῖς opp. τοὺς χαρίεντας καὶ πρακτικούς: quæ vox illi copulata ad intelligendam illius signif. adjumento nobis esse possit.

Hujus nominis χαρίεις casus VOCAT. Χαρίεν, VEL Χάριεν, ut e Gaza annotatur. Sed quod ad χάριεν attinet, magis exemplis confirmari necesse habet quam alter. Meminisse autem oportet et ejus usus, quem Eust. ei tribuit in illis quæ supra ex eo protuli: sc. ita scriptum proparoxytone, poni adverbialiter. Idem sane testatur etiam is, cujus extat libellus in VV. LL. inscriptus, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον Σημασίαν Λέξεων, cum inscribi debeat, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον Σημασίαν διαφόρως τονουμένων Λέξεων, in quo certe nonnulla bona sunt haud paucis permixta malis; vel, nonnulla vera multis permixta falsis. Sed et Suidæ testimonium illis addere possumus, scribentis, Χάριεν proparoxytone, pro χαριέντως: at χαρίεν paroxytone, ἐπὶ τοῦ ἐπιχαροῦς καὶ χαρίεντος: hoc enim reponendum hic est pro χαριέντως. Verum quid hic agas? dixerat idem in iis quæ proxime præcedunt, χάριεν esse Atticum, χαρίεν autem, κοινόν: nequaquam illud adverbium esse addens. Atque adeo in loco Aristoph. in quo χάριεν proparoxytone legit, nullo pacto adverbialiter positum dici possit. Est enim hic Πλ. (144.) Καὶ νὴ Δί', εἴ τι γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται. Assentiuntur autem Suidæ hac in scriptura vulgatæ etiam Edd.: qui assensus illi præcedenti observationi, χάριεν proparoxytonum poni adverbialiter dicenti, manifeste repugnat. Etym. quoque Auctor tradit ex Herodiano, χάριεν scribi, acuendo tertiam a fine; sed non addens esse adverbium. Est certe aliud minime controversum ADV. Χαριέντως, quo et Plato usus est, de Rep. 1. Χαριέντως γὰρ τοῦτο ἐκεῖνος εἶπε, Lepide hoc dixit, s. Scite, Festive. Sic autem Herodianus sermoni hoc adverbium tribuit, 2, (10, 14.) Ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι. At de corpore ap. eund. Plat. Phæd. extat, (29.) Χαριέντως ἔχων τὸ σῶμα, pro ᾧ χαρίεν ἐστὶ σῶμα, Cui venustum est corpus s. elegans, aut scitum. Cui loco plane similis est hic ap. Athen. Χαριέντως, ὦ νεανίσκε, τὸ σωμάτιον διάκεισαι. [Gl. Eleganter. " Abresch. Lectt. Aristæn. 327." Schæf. Mss. " Schol. Il. H. 118. Clem. Alex. Hes. Suid." Wakef. Mss.]

COMP. Χαριέστερος, Venustior, Lepidior, etc. Item Gratior, Jucundior: sequendo signiff. positivi. Aristot. Eth. 4, 7. Οἱ δ' εἴρωνες, ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται. Q. l. unus e poster. Interprr. sic vertit, In dissimulatoribus autem, cum sua ipsorum illi extenuant, lepidorum morum species apparet. Alter ita, Dissimulatores autem, qui sua omnia verbis elevant, moribus videntur illi quidem esse politioribus. Possit autem et ex iis quæ in Χαρίεις dicta sunt, de hujus χαριέστεροι signif. ferri judicium. ADV. Χαριεστέρως, VEL Χαριέστερον. E quibus illud quidem prius affertur ex Aristot. pro Elegantius, Urbanius; at χαριέστερον extat ap. Isocr. Or. adv. Soph. Ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον φαίνεσθαι λέγοντας. SUPERL. Χαριέστατος, Venustissimus, Lepidissimus, Gratissimus, Jucundissimus. Od. K. (279.) νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη. Hinc ADV. Χαριέστατα, Venustissime, etc.

[" Χαρίεις, Wolf. Prolegom. 180. Steph. Dial. 40. Jacobs. Anth. 10, 23. ad Lucian. 2, 24. Boiss. Philostr. 312. 368. Heyn. Hom. 5, 552. 7, 270. 8, 330. Wassenb. ad Hom. 23. Wakef. S. Cr. 3, 130. Diod. S. 1, 357. Χαρίεις ὀφθῆναι, ad Lucian. 1, 20. 308. Χαριεν, de accentu, Ammon. 117. ad Il. X. 403. Schneid. Anab. 186. Οἱ χαρίεντες opponuntur τοῖς πολλοῖς, ad Diod. S. 1, 470. 2, 322. Casaub. ad Athen. 4. Gail ad Traités de Lucien, 493. Τί τοι χαριέστερον; Leon. Tar. 79. Οἱ χαριέστεροι, Marcell. de V. Thuc. p. 7. Οἱ χαριέστατοι, Diod. S. 258. 323. ad Dionys. H. 4, 2316. H. Steph. de Dionys. Legat. p. 6. fol. Probatissimi, ad Charit. 215. cf. Plut. Mor. 1, 357. 872." Schæf. Mss. " Χαρίεις, de fluvio, Dionys. P. 370." Wakef. Mss. Schæf. ad Dionys. H. 185. * Ἐπιχαρίεις, superl. ἐπιχαιριέστατοι, Schol. Aristoph. Θ. 1159. Schneidero susp.]

VERBUM Χαριεντίζομαι e nomine χαρίεις factum est; sed formando e neutro χαρίεν. Nam ut χαρίεις illis est qui a nobis vocatur Un homme plaisant, ita χαριεντίζεσθαι dicunt quod nos Plaisanter. Schol. Aristoph. Πλ. init. Ἀλλ' οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν Πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον: annotat, τὸ σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν εὐνούστατον· παίζων Κωμικῶς ἅμα καὶ χαριεντιζόμενος διὰ τὸ τῆς κωμῳδίας * μειδιαστικόν. Χαριεντίζεσθαι, inquit Bud. Comm., est Jocari, et Facete cavillari, Lepida urbanitate uti. Quibus addere possis, Facetiis uti s. Salibus, Facete aliquid dicere s. Salse. Plato de Rep. 4. Καὶ εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος, ὡς οἵ γε στρόβιλοι ὅλοι ἑστᾶσί τε ἅμα καὶ κινοῦνται, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πήξαντες τὸ κέντρον περιφέρωνται. Idem alibi interpr. etiam, Cum gratia loquor et venustate ac lepore, Ludibunde scribo ad venustatem sermonis aucupandam, e Dionys. H. de Lysia, (14.) Οὐδὲ ὡς ἡδῦναι καὶ πεῖσαι καὶ χαριεντίσασθαι δύναται, οὕτω βιάσασθαί τε καὶ παραναγκάσαι. Subjungit hæc Ejusdem, tanquam e Theophr. afferentis, Ταῦτα γὰρ εἰ μὲν Λυσίας τῷ ὄντι ἔγραψε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο, χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ, quod dicit propter παρισώσεις et παρομοιώσεις. In loco serio jocis et festivitate sermonis utens. Affertur et vox ACTIVA Χαριεντίζω, ex Aristoph. ab Etym. Χαριεντίζεις, καὶ καταπαίζεις ἡμῶν, καὶ βωμολοχεύῃ: quæ verba Suidas quoque habet, et quoniam illis subjungit nomen Δαμάσκιος, annotatur in VV. LL. eorum auctorem esse Damascium, cum illud Δαμάσκιος non ad illa verba, sed ad sequentia pertineat. [" Toup. Opusc. 1, 258. ad Timæi Lex. 19. Aristoph. Fr. 233. Σπουδῇ χαριεντίζεται, Plato Apol. Socr. p. 149. Heind. 153." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Εὐχαριεντίζομαι, M. Anton. 1, 15. sed leg. aut cum Coraio εὖ χ., aut cum Gatakero οὐ χ.: vide etiam Lobeck. ad Phryn. 625. * " Χαριέντισμα, Heind. ad Plat. Theæt. 371." Schæf. Mss. Schol. Aristoph. Ἀ. 380. " Eumath. 325." Boiss. Mss.] Hujus verbale NOMEN est Χαριεντισμὸς, Lepos et venustas sermonis. Dionys. H. in Isocr. Vita, Χαριεντισμὸς γὰρ ἅπας ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γινόμενος, ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέῳ. Sed priorem illam verbi χαριεντίζομαι signif. sequendo, χαριεντισμὸς est Cavillatio faceta, Dictum salsum et facetum s. lepidum. Redditur etiam Urbanitas; sed hoc videndum an simpliciter pro Urbano dicto poni queat. E Rufiniano etiam affertur, Χαριεντισμὸς, s. Σκῶμμα, Figura est qua festiva dictio fit cum amœnitate mordax. [Plut. 6, 39. " Ad Xen. Mem. 2, 7, 10. Fischer. ad Anacr. p. 18." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * " Χαριεντιστέον, Clem. Alex. 167(=196.)" Kall. Mss.] Est præterea e Χαριεντίζομαι factum BICOMP. Ἀντιχαριεντίζομαι, Vicissim jocor, facete cavillor, et q. d. Recavillor. Dicitur ἀντιχαριεντίζομαι πρός σε, s. ἀντιχαριεντίζομαί σοι: quod in VV. LL. affertur e Bud. Ep. post. pro Contrariis in te jocis et salibus utor. Eadem nobis interpretantur etiam Vicissim nugor: quæ interpr. nugatoria mihi videtur. [* Ἐπιχαριεντίζομαι, Lucian. Conviv. 1042.] AT VERO Χαριεντότης Nomen est e χαρίεις fictum ap. Plut. [7, 735. * " Χαριεντὴς, Wassenb. ad Hom. 91." Schæf. Mss.]

Χαριτία, ἡ, Lepidum aliquod factum s. jocosum, aut joculare. K. Π. 2, (2, 6.) p. 28. meæ Edit. Αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς ὁ τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν διηγησάμενος. Ubi tamen Bud. Facetiam, et Urbanum ridiculum, nec non Ridiculum commentum de manipulo, interpr.: Philelph. Facetam historiam de manipulo. At ego non video quomodo χαριτία de alio quam de facto τοῦ λόχου intelligi queat, cum Xen. non scripserit τὴν περὶ τοῦ λόχου χαριτίαν, sed τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν: adeo ut χαριτία τινὸς videatur esse quod dicere-

mus La galanterie de quelqu'un, vel Un tour de bonne grace, expressa vi et origine vocis Græcæ. Nec tamen dubito quin χαριτία de dicto quoque usurpatum inveniri queat. Suida autem teste χαριτία est ἡ χαρμονή.

[* Χαρίτιον, Lapis Reinesii Classis vii. No. 29. p. 503. ubi vulgatur χαρίτιν.]

[* Χαριτόεις, Herodian. Epimer. 209." Boiss. Mss. Anacr. in Dindorfii Gramm. Gr. 1, 14.]

Χαρίζομαι, F. ίσομαι, Pr. ισμαι, Gratificor, Rem gratam alicui facio, Beneficium confero, Obsequium aliquod præsto. Ab Hes. dicitur χαρίζεσθαι esse τὸ δρᾷν τὰ κεχαρισμένα, a Suida, χάριν τίθεσθαι, ab Eust. τὰ πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν ποιεῖν. Od. A. (61.) οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων Τροίῃ ἐν εὐρείῃ; Nonne tibi gratificabatur sacrificando? Possis etiam, mutando structuram orationis, verbum in nomen vertere, interpretando, Nonne tibi grata sacra faciebat? Nonne tibi grata ejus sacrificia erant? Il. O. (449.) P. (291.) Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος: Od. Θ. (538.) Οὐ γάρ πως πάντεσσι χαριζόμενος τάδ' ἀείδει. Apud eund. Poëtam cum dat. personæ, itemque alio, qui velut instrumentalis est, Od. Ξ. (387.) Μήτε τι μοὶ ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε, ubi annotat Eust. illud ψεύδεσσι χαρίζεο dictum esse ἀκριβῶς. Variis enim modis χαρίζεσθαι nos posse, sc. δώροις, δεξιώσεσιν, ἀληθείαις, ψεύδεσι, aliisque multis. At vero in ejusd. Poëmatis lib. A. (140.) χαριζομένη jungitur genitivo; ita enim ibi canit, Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα, Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων, ubi miror Eust. χαριζομένη exposuisse τὰ πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν ποιοῦσα: nam χαρίζομαι quidem id alibi significare constat, sed quomodo cum gen. illo talis expositio cohærebit? Accuratius certe brevium Scholl. Auctor, χαριζομένη παρεόντων esse dicit, ἐκ τῶν παρεόντων ἐπιδιδοῦσα: sed ego post ἐπιδιδοῦσα adderem εἰς τὸ χαρίζεσθαι, vel tale quid, ut vis verbi melius exprimeretur. Is autem, cujus extat prima ad verbum interpr. Latina hujus Poëmatis, recte quidem vertit, Gratificando apposuit; sed in interpretando participio παρεόντων lapsus est. Ita enim totum locum reddidit, Proma sedula panem ac cibos plurimos præsentibus gratificando apposuit. Quasi nimirum esset scriptum παρεοῦσι, aut certe loco ejus dativi gen. ille poneretur, et de personis, non de rebus diceretur. Nisi forte illum non Præsentibus, sed De præsentibus scripsisse putandum sit. Dicitur certe et Gratificari de aliqua re, ut ap. Cic. legimus, Deque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. Venio ad verbi χαρίζεσθαι exempla e soluta oratione petita: Isocr. Ægin. Ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτ' εἰπεῖν ἐξ ὧν ἐκείνῳ χαριζόμενος, αὐτὸς ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιέπεσον. Xen. K. Π. 4, (1, 9.) Ἤλθομεν, σοὶ χαριζόμενοι, μακρὰν ὁδὸν, ubi videtur σοὶ χαριζόμενοι resolvi commode posse in σὴν χάριν, et reddi In gratiam tuam Idem K. Π. 7. Τί ἂν σοι ποιήσας χαρίσαιτο; Apud Plut. ambo quoque ista verba simul posita vides, sed in alia orationis forma, Ποίει δὲ ὡς λέγω, χαριζόμενος ἡμῖν. Apud Eund. χαρίζεσθαι ad dicta, non ad facta, refertur, de Discern. Adul. ab Amico, Ὀλίγοι μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν εἰσὶν οἱ παῤῥησιάζεσθαι μᾶλλον ἢ χαρίζεσθαι τοῖς φίλοις τολμῶντες. Ut autem hic χαρίζεσθαι et παῤῥησιάζεσθαι velut opposita sunt, sic ap. Dem. Χαρίζεσθαι et τὰ βέλτιστα λέγειν, Philipp. 3. Χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους. Redditur χαρίζομαι et quibusdam aliis verbis s. loquendi generibus præter illa quæ supra attuli, sc. Gratiam ab aliquo ineo, s. apud aliquem, Gratiam concilio, Demereor. Verum si quis χαρίζεται aliquid τῷ ἀχαριστοῦντι, quomodo illa de eo dici possunt? Χαρίζεσθαι, inquit Bud., Obsequi, Beneficium gratiamque conferre, Dem. Ὅ τι τούτων μὲν οὐδεὶς εἴσεται τὸν ἑαυτῷ κεχαρισμένον, Quia nemo istorum scire poterit quis sibi beneficium gratiamque contulerit, eum absolvendo. Calculi enim judicum occulte ferebantur. Χαρίζεσθαι τῷ ἑαυτοῦ θυμῷ, Animo suo indulgere. Antipho (693.) Ἥ τε ἀπειρία τῆς μέθης ἐπαίρει τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι. Et χαρίζεσθαι ἔρωτι, Indulgere amori. Plut. de Cæsare et Pompeio, Ἦν δέ τι καὶ τροπαίων καὶ θριάμβων ἔρωτι βουλομένους χαρίζεσθαι, καὶ διψῶντας. His autem, quæ a Bud. afferuntur, addi possunt, τῇ ἡδονῇ χαρίζεσθαι, et τῇ γαστρὶ χαρίζεσθαι: verbo χαρίζεσθαι significante itidem Indulgere. Addi et quod his generalius est, χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ τοῖς πάθεσι: ex Aristot. Eth. 9. Οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. Invenitur autem et ἑαυτῷ χαρίζεσθαι redditum Animo suo obsequi. Invenitur χαρίζομαι et cum accus. χάριτας, veluti ap. Dem. (306.) Εἶτα κενὰς χαρίζῃ χάριτας τουτοισὶν, ἐμὲ συκοφαντῶν, ubi quidam interpr. Gratiam inanem ac frivolam inis. Isocr. autem ad Dem. (4. p. 7. Cor.) dixit Τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενοι.

Χαρίζομαι, Dono, Largior. Moschus in Idyllio quod Ἔρως Δραπέτας inscribitur, i.e. Amor fugitivus (fin.) Ἢν δὲ λέγῃ, Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα. Esse autem χαρίζομαι i. q. δωροῦμαι, vel proxime sequens versus aperte ostendit, in quo legitur, Μήτι θίγῃς, πλάνα δῶρα. Sed permutatus est verborum ordo, ut de hoc lectorem obiter admoneam; dicendum enim fuisset alioqui, Χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα, λάβε ταῦτα. Ad hanc certe signif. pertinet partic. χαριζομένη, quod paulo ante ex Hom. protuli. Invenitur porro et in soluta oratione χαρίζομαι pro Dono, Largior, Dilargior. Herodian. 3, (10, 12.) Τῶν ἀναιρουμένων χαριζόμενος τὰς οὐσίας: 1, (17, 3.) Τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας. Plut. autem cum accus. διήγησιν usus est verbo χαρίζεσθαι, de Def. Orac. Οὐχ ὁρῶ χαρίζεσθαι, (sed pro ὁρῶ reponendum puto οὐκ ὀκνῶ,) βαρβάρου διήγησιν ἀνδρὸς, Vobis narrationem illam muneris loco referre. Veruntamen cum hoc etiam accusativo aliisque hujusmodi locum habere queat fortassis et verbum Gratificari.

Χαρίζομαι, Condono. Qua in signif. usus est Paulus 2 Ep. ad Cor. 2, (10.) Ὧι δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς: cum dixisset paulo ante, Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι. Usus est et in Ep. ad Ephes. 4. fin. Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. Ubi subaudiendus relinquitur accus., quem expressit noviss. Interpres, Condonantes vobis mutuo offensas. At vet. Interpres vertit Donantes: Erasmus, Largientes. Affertur et χαρίζεσθαι τὸ ὄφλημα.

Χαρίζεσθαι dicitur etiam mulier, quæ viro turpe obsequium præstat, sui copiam ei faciens, sicut sc. χάριν de illo obsequio usurpari docui: χαρίσασθαι, inquit Hes., παρασχεῖν· λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ πρὸς συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. Ad hanc signif. respiciens Aristoph. dixit Ἱππ. (516.) Κωμωδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων. Πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. Sic ap. Philostr. Epist. usurpatur aliquoties, ususque ita fuerat ante illum Xen. de meretrice, non ita tamen ad συνουσίαν restringens. Licet autem verbum Obsequi ad hunc usum convertere, exemplo Sallustii in Cic., (aut ejus, quicunque est illius Orationis Auctor,) Filia matris pellex, tibi jucundior atque obsequentior quam parenti par est. Alioqui et verbo illo Indulgere, quod hujus χαρίζεσθαι, interpretationi paulo ante adhibuimus, hic quoque uti possumus. Dicitur enim mulier se alicui indulgere ea signif. Forsan autem et dedere se, s. dare dici queat.

Præt. PARTIC. Κεχαρισμένος, (sicut et AOR. Χαρισάμενος in activa signif.) frequentissime, pro Gratificatus, Qui rem gratam alicui fecit, beneficium aliquod contulit, etc. sequendo interprr. verbo χαρίζομαι datas. Sed affertur κεχαρισμένοι e Xen. Ἀπ. 1, (2, 10.) passiva etiam signif., nimirum pro Affecti beneficio, cui interpretationi non temere credendum est, Οἱ δὲ πεισθέντες ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν. [" In h. Xen. l. active explicem: sic explicat et Schn." Schæf. Mss.] Habet alioqui κεχαρισμένος, passive positum, alium potius usum, fitque e participio nomen, quod ad signif. attinet, eod. modo quo Latine Acceptus, cum pro Gratus ponitur. Quod si quis expressius reddi velit, existimo posse verti, In gra-

tiam receptus. Vertere etiam possumus participio A itidem passivo, Placitus. Manavit autem hic usus jam inde ab Hom., ap. quem aliquoties occurrit, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. Sic et in soluta oratione. Xen. ('Απ. 1, 3, 3.) Τοῖς θεοῖς κεχαρισμένα. [* Κεχαρισμενώτερος, Ælian. H. A. 12, 7. * Κεχαρισμενώτατος, Alciphr. 3, 65. " Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 9." Schæf. Mss.] Hinc ADV. Κεχαρισμένως, Grate, Accepte, Jucunde, Ita ut placeat. Vel, Ad gratiam, Ad voluptatem: Κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν, Isocr. ad Nic. Ita imperare illis ut sis gratus et acceptus, s. ut illis placeas. Idem dixit etiam κεχαρισμένως εἰπεῖν, quod alicubi admittere talem interpretationem videtur, alicubi vero esse potius, Loqui ad gratiam. Sic Plut. (6, 19.) Ὁρῶ δ' ἔγωγε τοὺς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρεστῶς καὶ κεχαρισμένως ἐπιτηδεύοντας λέγειν. Apud Diod. S. autem, Παρ' ᾧ τὴν ἐπισταθμίαν ἐπεποίητο κεχαρισμένως, Ex animi sui sententia. [" Marin. V. Procli 13." Boiss. Mss. Κεχαρισμενώτατα, Gratissime, Xen. Ἱππαρχ. 1, 1. Θεοῖς κεχαρισμενώτατα—σαυτῷ καὶ φίλοις προσφιλέστατα ἄρξειας.]

[" Χαρίζομαι, Thom. M. 912. Musgr. Herc. F. 890. Jacobs. Anim. 230. Anth. 6, 99. 9, 431. Villois. ad Long. 202. Heyn. Hom. 5, 192. Xen. Mem. 1, 1, 18. K. Π. p. 57. Pierson. Præf. ad Mœr. 27. Timæi Lex. 274. et n., Ammon. 63. Lennep. ad Phal. 65. ad Charit. 267. Dono, 279. Villois. ad Long. 65. 67.: τινί τι, Achill. Tat. 33. De coitu, ad Charit. 570. Villois. ad Long. 182. Jacobs. Anth. 11, 318. Kuster. Aristoph. 109. Heind. ad Plat. Phædr. 189. Eichst. Quæst. p. 58. ad Anton. Lib. 282. Verh., Meurs. ad Apoll. Dysc. 54. Teuch., Eldik. Suspic. 19. Timæi Lex. 274. et n., ad Charit. 279. T. H. ad Lucian. Dial. p. 104. De quant., Jacobs. Anth. 9, 197. De fut., Brunck. Aristoph. 1, 135. Χαρίσομαι, χαριοῦμαι, ad Mœr. 106. * Χαριξοῦμαι, Valck. ad Röv. p. 61. X. γλώσσῃ, ad Phœn. p. 128. Jacobs. Anth. 11, 328. Χάρισαι, χαρίζοιο ἄν, Boiss. Philostr. 310. Ἵνα σοι χαρίσωμαι, Heind. ad Plat. Gorg. 239. Χαριζεόμενοι, Lucian. 3, 473. Κεχαρισμένος, Boiss. Philostr. 609. ad Herod. 44." C Schæf. Mss. " Χαρίσομαί τινί τινος, Theocr. 25, 188.: τινά τινος, Schol. ad 7, 53." Wakef. Mss. " Xen. Mem. 3, 11, 10. Ἐμβλέπουσα χαρίζοιο ἄν, καὶ ὅ τι ἂν λέγουσα εὐφραίνοις: 4, 3, 16. Τοῖς θεοῖς χαρίζεσθαι, i. q. ἱεροῖς τοὺς θεοὺς ἀρέσκεσθαι. Il. E. 243. Z. 49. N. 633. Y. 298. Od. B. 54. Z. 23. Θ. 538. N. 15. P. 452. Eur. Or. 1528. Aristoph. Ἐκκλ. 629." Schn. Lex. "Theogn. 995. Παντοίων ἀγαθῶν γαστρὶ χαριζόμενοι." Seager. Mss. Valck. Schol. in N. T. 2, 132. χαρίζεσθαι et χωρίζεσθαι conf., Greg. Cor. 183. 749. * " Εὐχαρίζεσθαι. Nusquam id legere meminit Bentl.; v. Olear. ad Philostr. p. 11. In Charitone p. 179. legitur εὐχάριστον: v. D'Orv. p. 616. Liban. p. 70. Ὥσπερ ἂν εἴ τις χειμῶνι χρησάμενος, ἐκ τῶν σκευῶν ὑπὲρ σωτηρίας ἐκβαλών τινα, εἰς χαριστήριον ταῦτα τῷ Ποσειδῶνι λογίζοιτο. Ita Reiskius e Codd. Wolf. et Par. εἰς εὐχαριστήριον. Mor." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon. " Εὐχαρίζομαι, Donor, Clem. D Alex. 526." Kall. Mss. * Εὐχάρισμα, Gl. Corollarium.]

Χάρισμα, τὸ, Quod aliquis gratificatus est, gratificando donavit, aliquis largitus est, Donum. Usi sunt hoc vocabulo non raro Christiani Theologi post Paulum: ap. quem ad Rom. 5. vetus Interpr. reddit Donum, at is, qui novissime est interpretatus, vertit Id quod Deus gratificatur. Gregorio Naz. Baptisma est χάρισμα, dicenti ita vocari ὡς καὶ ὀφείλουσι διδόμενον. Idem χάρισμα προφητικὸν appellat Donum prophetiæ, ut tradit Bud., a quo affertur etiam e Chrys. pro Gratia gratis data. Ex alio autem ejus loco hæc de caritate verba affert, Τοῦτο γὰρ τῶν χαρισμάτων ἀνωτέρω κεῖται. Quin etiam pro Stipendio et mercede accipi tradit ap. Suid. in Ὀψώνιον. [Gl. Donativum, Donum, Munus. Schleusn. Lex. N. T. Valck. Schol. in N. T. 2, 290.]

Χαρίσιον, vide in substantivo Χαριστήριον, quod habes post proxime sequens adjectivum Χαριστήριος.

Χαριστήριος, ὁ, ἡ, adj., ut χαριστήριος λόγος, Oratio qua gratiæ aguntur. Apud Julian. de morte Gregorii loquentem, χαριστήριος λόγος, Oratio qua gratiæ Deo aguntur. Sic χαριστήριοι ὕμνοι dicuntur a Synesio, Χαριστηρίους ὕμνους τῷ θεῷ ἀποθύσαντες, ὥσπερ εἰώθαμεν, Qui gratiarum actionem continebant, beneficia dei commemorabant, simulque de iis gratias agebant. Quidam vero χαριστηρίους ὁμολογίας et χαριστηρίους εὐχὰς ap. Philon. interpr. Votivam gratulationem: quæ interpr. non video qua ratione nitatur. [" Ad Phalar. 314. ad Dionys. H. 4, 2030. 2135. ad Charit. 662." Schæf. Mss. Marm. Oxon. p. 94. τὸν χ. νεών. " Cyrill. Alex. 14. Athan. 1, 602." Kall. Mss.] At Χαριστήριον substantivum, Munus quod datur ab eo qui simul gratias agit. [LXX. 2 Macc. 12, 45. Jambl. V. P. 138.] At idem ille, qui χαριστηρίους ὁμολογίας et εὐχὰς vertit Votivam gratulationem, χαριστήριον interpr. Munus gratulatorium: de qua interpr. idem dico, quod et de altera. Multo frequentior est num. PLUR. Χα- B ριστήρια, quo usus est et Xen. K. Π. 4. non procul ab initio, ubi postquam dixit, Νίκης τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ σωτηρίας· τούτων μὲν οὖν χρὴ χαριστήρια ὧν ἂν ἔχωμεν τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. Ubi redditur Gratiarum dona. Sic ap. Arrian. χαριστήρια sunt pro duobus illis, sc. pro victoria et pro salute, 6, (28, 4.) sed alio verbo, sc. θύσαι, ibi jungitur. Scribit enim, Θύσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης· καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γεδρωσίων. Quidam χαριστήρια θύειν interpr. Pro beneficiis acceptis sacrificare, Per sacrificium gratias agere. Itidem νίκης χαριστήρια ap. Plut. cum verbo ἑορτάζειν. Apud Herodian. autem χαριστήρια cum verbo ὁμολογεῖν Polit. vertit simpliciter Gratias agere. Sic, Χαριστήρια τροφῶν ἀποδιδόναι τῇ πατρίδι, affertur pro Reddere gratias patriæ nomine educationis. [" Ad Phalar. 304. 314. T. H. ad Plutum p. 475. Valck. Phœn. p. 18. Diatr. 157. ad Herod. 332. Callim. 184. Bibl. Crit. 3, 1. p. 106." Schæf. Mss.] Dici vero ET Χαρίσιον pro C Χαριστήριον, testatur Suidas, quem vide. Idem affert ETIAM Χαρίσιοι ex Aristoph. pro Quodam placentarum genere. Hes. autem non χαρίσιοι, sed illud χαρίσιον exp. πλακούντων εἶδος, addens, οἱ δὲ ἄρτον ἀπὸ τῶν λημμάτων: quo pertinet exp., quam supra voci ἀρτοχάριτες, ex Eod. tribui. Vide et Athen. 15. dicentem χαρίσια esse πεμμάτια: [" Aristoph. in Δαιδαλεῦσιν ap. Athen. 646. ἐγὼ δέ σοι Πέμψω πλακοῦντ' ἐς ἑσπέραν χαρίσιον." Seager. Mss. Vide Eund. 668. Schol. Pind. 'O. 8, 19. Callim. Fr. 193. et nott., Aristot. Mirab. 174. βοτάνη. " Τὰ χαρίσια, οἱ χ., Toup. Opusc. 1, 560." Schæf. Mss. " Χαρίσια, τὰ, Gratiæ, Suid. v. Ἀσκληπιόδοτος, X. ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν ἀποδιδόντι." Schleusn. Mss. AT VERO Χαρίστια, Solemne festum, quo convivia agitabant una propinqui, et dona ultro citroque mittebant. Ita VV. LL., sed absque Auctoris nomine.

[* " Χαριστὸς, Dandus, Donandus, Philo J. 2, 326. Pf. ubi loco χαριστοὶ nonnulli conjiciunt * χαριστέα leg. esse, aut secundum Jo. Monach. * χαριστητέον." Schleusn. Mss. " D'Orv. ad Charit. 397. Illud χαριστὸν est nihili. Leg. χρηστόν. Wernsdorf. ad Himer. 508. leg. χαριστήριον." Bast de VV. nihili vel dubiis ad calcem Scap. Oxon. " Χαριστέον, ad Timæi Lex. 274." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 443." Kall. Mss. Plato Phædro 227.]

Ἀχάριστος, ὁ, ἡ, Qui gratiam referre non solet s. non curat, Beneficii accepti immemor, Ingratus. Xen. (K. Π. 1, 2, 7.) Τοὺς γὰρ εὖ παθόντας, ὅταν δυνάμενοι χάριν ἀποδοῦναι, μὴ ἀποδῶσιν, ἀχαρίστους καλοῦσι. Herodian. 6, (9, 1.) Τοῦ τε Μαξιμίνου, ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου, κατηγόρει. Dicitur autem ἀχάριστον εἶναι πρός τινα, ut ap. eund. Xen. ('Απ. 2, 2, 14.) Πρὸς τοὺς γονεῖς ἀχάριστον εἶναι. Idem (K. Π. 8, 3, 19.) usus est et compar. ἀχαριστότερα, ei copulans ἀγνωμονέστερα. E Plut. Galba affertur etiam ἀχάριστα cum partic. πεπονθὼς, diciturque ἀχάριστα πεπονθὼς esse Qui ingrati animi vitio laborat, et qui meritis indigna refert. [Æschin. Dial. Socr. 3, 10. Herod. 8, 92.] UNDE Ἀχαρίστως, In-

grate, Animo ingrato, et immemore beneficii. [Xen. K. 'A. 7, 7, 13. Hesych. 'Αχάριστα· ἀχαρίστως, ἢ * ἀνευχαρίστως.] ITEM 'Αχαριστία, quæ vulgo Ingratitudo, sed non Latine. Quidam interpr. Ingrati animi vitium. Bud. Ingrata memoria, et Memoria non grata. Sed malim Animus ingratus s. beneficii immemor. Extat autem ἀχαριστία ap. Xen. Dem. Polyb. et alios. NEC NON 'Αχαριστέω, Ingratus sum, Ingratum me præsto s. exhibeo, Gratiam non refero, Xen. ('Απ. 2, 2, 2.) 'Αχαριστεῖν πρὸς τοὺς φίλους ἄδικόν ἐστι. Interdum vero opp. τῷ χαρίζεσθαι, significans Non obsequi, Bud. 1071. Nota autem hunc usum verbi ἀχαριστῶ, secundum quem et nomen ἀχάριστος verbalis significationem obtinebit magis quam in eo usu quem habere dictum est. Invenitur et PASS. 'Αχαριστοῦμαι, Gratia debita fraudor ab aliquo ingrato, et beneficii immemore, Animus beneficii memor mihi negatur, ut idem ille vertit ibid. 'Αρετῆς ἀχαριστουμένης θεὸς μὴ παραμελεῖ, e Plut. Cam. E Phal. autem affertur ἀχαριστηθεὶς et pro Affectus contumelia.

'Αχάριστος habet et alteram nominis Ingratus signif., sc. pro Injucundus, veluti cum Lucian. ἀχάριστος et ὁ μὴ κεχαρισμένος pro uno eodemque ponit. Idem usus est pro Molestus, et Minime gratiosus, Bud. afferens (1, 689.) Ὡς δὲ καὶ ἀχάριστός εἰμι καὶ ἥκιστα συμποτικός. Usus est autem ante alios Hom. nomine ἀχάριστος hac in signif. Od. Θ. (236.) Ξεῖν', ἐπεὶ οὐκ ἀχάριστα μεθ' ἡμῖν ταῦτ' ἀγορεύεις, ubi Eust. lapsus memoria esse videtur, cum annotavit ἀχάριστον ap. Homeri posteros non poni ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος, sed ἀχάριστον appellari eum duntaxat οὗ ἀποῤῥέει μνῆστις εὖ πεπονθότος. Nisi forte omnes ll., in quibus ἀχάριστος illius posteri habent, præsertimque solutæ orationis Scriptores, in altera illa signif. usurpatum, mendi suspectos habere debemus, ut supra in quodam Plut. loco pro ἀχαρίστους alia exempl. ἀχαρίτους habere docui. Sed illud nequaquam assentiri possim, licet illi Plut. loco ἀχαρίτους multo convenientius esse videatur. Ex illo autem ἀχάριστον ait esse vocem gradus COMP. 'Αχαρίστερον, quo utitur idem Poëta, Il. Υ. fin. Δόρπον δ' οὐκ ἄν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο, ubi exp. ἀηδέστερον, ejusque τύπον esse ait, qualem τοῦ λαλίστερον et τοῦ κλεπτίστερον. Sic ADV. 'Αχαρίστως interdum ponitur itidem pro Ingrate, Injucunde, Moleste, pro qua signif. affertur e Xen. K. Π. 7, (4, 7.) ubi tamen ego reddiderim potius Gravate, Non libenter, Τοὺς δὲ ἑώρα ἀ. ἑπομένους.

[" Thom. M. 804. Jacobs. Anth. 6, 119. Coray Theophr. 313. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 395. Fischer. Ind. Palæph., Herodian. Philet. 441. et n., ad Herod. 20. 46. 98. 526. 577. Zeun. ad Xen. K. Π. 172. ad Callim. 1. p. 250. Valck. 240. Alciphr. 426. Conf. c. ἄχρηστος, Schneid. Anab. 90. χάρις ἀχάριστος, Valck. Phœn. p. 583. 'A. πρὸς δωρεὰν, Achill. Tat. p. 35. 'Αχαρίστως, Wolf. Proleg. 225. Act. Traj. 1, 219. Zeun. ad Xen. K. Π. 667. 'Αχαριστέω, Timæi Lex. 56. et. n., ad Herodian. Philet. 441. Lennep. ad Phal. 13. 89. ad Phryn. Ecl. p. 8. 'A. τινί τινος, Dionys. H. 3, 1455. In passivo, Plut. 6, 143. Hutt. 'Αχαριστία, Herodian. Philet. l. c., Lennep. ad Phal. 13." Schæf. Mss. 'Αχάριστος, Lex. Xen. 'Αχαριστέω, Plut. Phocione 36. Cat. Min. 12. Bekk. Anecd. 1, 473. " Non obsequor, oppositum τῷ χαρίζεσθαι, Plato Symp. 181, 24. Ed. Bas. 1." Seager. Mss. " Apud Suid. v. Χαρίζεσθαι, ira appellatur ἀχάριστον νόσημα, Morbus ingratum reddens." Schleusn. Mss. 'A. κολλούριον, Alex. Trall. 2. p. 46.: ἀ. ἀντίδοτος, 12. p. 238. * " 'Αχαριστοσύνη, i. q. ἀχαριστία, Epigr." Scapulæ Lex.]

" Δυσχάριστος, Parum gratus, Hes. ἀχάριστος. " Apud Plut. (Discr. Am. 28.) Ὦ δυσχάριστε τῶν πυ- " κνῶν φιλημάτων." [Æsch. Athenæi 13. p. 181. Schw. " Porson. Med. p. 60." Schæf. Mss.]

Εὐχαρίστος, oppositum præcedenti ἀχάριστος, Gratus, i. e. Beneficii memor. Non solum de persona, sed et de re, ut εὐχάριστος διάθεσις, ap. Philon. [" Ad Charit. 680. ad Diod. S. 2, 279. Herodian. Philet. 441. et n., Toup. Opusc. 1, 570. Zeun. ad

A Xen. K. Π. 172. 181. (2, 2, 1. 8, 3, 49.) ad Phryn. Ecl. p. 8." Schæf. Mss. Lex. Xen.] Εὐχαρίστως, Animo beneficii memore, [Eur. Heracl. 379. Herod. 1, 33. Εὐχ. τὸν βίον τελευτᾷν.] Εὐχαριστία, Grata beneficii recordatio s. beneficiorum, Grati animi significatio. Philo V. M. 1. Τοὺς μὲν εὐνοίαις, τῷ φιλεῖν ἐκθύμως, τοὺς δ' εὐχαριστίαις ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθεν, ἠμείβετο. Redditur etiam Gratiarum actio. Christiani autem Theologi εὐχαριστίαν vocarunt Mysterium cœnæ Dominicæ, quod una e præcipuis ejus partibus sit gratiarum actio, cum qua necessario conjuncta est Dei beneficiorum commemoratio et celebratio. Unde factum est ut ap. Evangelistas εὐχαριστεῖν et εὐλογεῖν, et ap. quosdam Theologos postea εὐχαριστία et εὐλογία pro eod. usurpentur: e loco illo Pauli, in quo sacrum poculum appellat poculum εὐλογίας. Videntur autem hæc omnia expresso Christi mandato niti, quo dicimur in illo mysterio mortem Domini καταγγέλλειν, i. e. cum solemni gratiarum actione promulgare et celebrare. [" Ad
B Phalar. 13. 296. 306. Valck. Callim. 93. ad Charit. 406." Schæf. Mss. Suicer. Thes. Eccl. " Εὐχαριστία, δέησις, προσευχὴ, ἔντευξις, cf. Lomeierii Dies Gen. Diss. 9." Boiss. Mss. " Ad Charit. 406." Schæf. Mss. * " Εὐχαριστικὸς, adv. * " Εὐχαριστικῶς, Grato animo, Philo J. 1, 166. 2, 390. Pf." Schleusn. Mss.] Εὐχαριστέω, Gratum me præbeo, Beneficii immemorem me non esse ostendo, Gratias ago. Extat tam activum εὐχαριστῶ quam εὐχαριστοῦμαι, ap. Paul. Quod εὐχαριστοῦμαι Bud. e Dionys. Areop. affert pro Gratiæ mihi aguntur. Φιλόδωρος δὲ καὶ εὐχάριστος, inquit J. Poll., ἐπὶ γὰρ τούτῳ τάττεται τοὔνομα. Quibus subjungit, Καὶ εὐχαριστεῖν, ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν, οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι. [" Ad Phalar. 314. Thom. M. 913. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. p. 8. Ed. vet. 1. p. 188. ad Diod. S. 1, 664. 699. 2, 430. ad Lucian. 1, 650. 3, 618. Munck. ad Anton. Lib. 194. Verh., Herodian. Philet. 441. et n. Alberti Peric. Cr. Præf. (p. xxiii.) Lennep. ad Phal. p. 12. Phryn. Ecl. p. 8(=18. Lob.)" Schæf.
C Mss. Εὐχ. τινὶ, sequ. gen., Greg. Cor. 685. " Schol. Lucian. Catapl. 28." Boiss. Mss. * " Εὐχαριστητέον, Orig. c. Cels. 411." Kall. Mss. " Ad Phryn. Ecl. p. 8." Schæf. Mss.] 'Εὐχαριστήριον, τὸ, Gratiarum actio. Quæ signif. illi datur in h. Greg. Naz. loco, Τοῦτό σοι γενέσθω ὧν τετύχηκας εὐχαριστήριόν τε καὶ φυλακτήριον. Item εὐχαριστήριον pro ea, quæ ab aliis dicta fuit Eucharistia, e Can. 13. Conc. Niceni. [" Ad Phalar. 314. T. H. ad Plutum p. 475. 478. Diod. S. 2, 621." Schæf. Mss. Vide Εὐχαρίζομαι.] Invenitur ETIAM Εὐχαριστήριος adjective, veluti cum dicitur εὐχαριστήριος ὕμνος, qui idem est cum χαριστήριος, de quo dictum fuit supra. [" Ad Phalar. 314. Dionys. H. 4, 2030." Schæf. Mss. * Εὐχαριστηρίως, Socr. H. E. 7. p. 372. " Lex. Ms. Hafn. Χαριστήρια· εὐχαὶ ἐπινίκιοι εὐχ. ἔχουσαι." Osann. Auct. Lexx. Gr. * Εὐχαριστητικὸς, adv. * " Εὐχαριστητικῶς, Philo J. 1, 273." Wakef. Mss. * 'Αντευχαριστέω, Porph. de Abst. 2, 37. p. 170. * 'Απευχαριστέω, Phot. Bibl. c. 80, 197. " Jo. Euchait. in Fest.
D 108. Theod. Diac. Exp. Cr. Acr. 3, 113." Boiss. Mss. " Amphil. 179. * 'Επευχαριστέω, Clem. Hom. 10, 26." Kall. Mss. * " Προσευχαριστέω, Dionys. Alex. ap. Routh. Reliqq. SS. 3, 202." Boiss. Mss. Basil. 3, 60. * " 'Υπερευχαριστέω, Euseb. H. E. (7, 14.) p. 341." Kall. Mss.: " de Mart. Pal. c. 11. Basil. 3, 260." Schleusn. Mss.]

[* " Χαριστικὸς, T. H. ad Plutum p. 193. ad Charit. 326." Schæf. Mss. " Phornut. 26." Wakef. Mss. " Democrates p. 630." Boiss. Mss. " Plut. Opp. Mor. 2, 361. Wytt." Seager. Mss. Idem Q. S. 2, 1, 5. Phryn. Bekkeri 12. Epiphan. 1, 663. Symm. Ps. 111, 5. " Qui alicui gratificatur, Athan. 1, 392." Kall. Mss. " Eudocia p. 430. Prodigus, Suid. v. Προετικός: vide quoque Phot. h. v." Schleusn. Mss.]

'Αντιχαρίζομαι, Gratiam refero s. repono, Beneficium rependo; vel uno verbo, Remuneror. Verbum hoc non memini me ap. ullum tam sæpe legere, quam ap. Xen.: ut K. Π. 4, (1, 9.) Καὶ σὺ οὖν ἡμῖν

-δίκαιος εἶ ἀντιχαρίζεσθαι, (2, 5.) Οἱ δὲ, ὅτε ἐτρέφετο ἐν Μήδοις, εἴ τινι ἀγαθὸν συνέπραξεν, ἀντιχαρίζεσθαι ἐβούλοντο, 8, (3, 19.) Τοῖς τε χαριζομένοις πειρωμένους ἀντιχαρίζεσθαι. Ἀποχαρίζομαι, Elargior, præp. ἀπὸ hic ἐπίτασιν indicante, ut in aliis quibusdam verbis. [" Tzetz. Exeg. in Il. p. 60, 30. * Διαχαρίζομαι, Diod. S. 2, 333. * Ἐγχαρίζομαι, Parmenio 8." Schæf. Mss. * Ἐπιχαρίζομαι, Xen. Ἱππ. 6, 12. * Ἐπιχαρίττα, Dorice pro ἐπιχαρίζου, Aristoph. Ἀ. 884. et Brunck. * Προσεπιχαρίζομαι, Xen. Ἱππαρχ. 3, 2.] Καταχαρίζομαι, Gratificor, i. e. Condono, Gratiose condono et remitto, Bud. e Lysia (1033.) Idem in h. Dem. l. Ὥστ' οὐκέτι ταῦτα Πολύευκτος πεισθεὶς ἐμοὶ κατεχαρίζετο, interpr. κατεχαρίζετο, In gratiam meam fecit. Ab Isocr. autem poni tradit pro Populariter et ambitiose loqui, ut qui populi gratiam captant. In VV. LL. e Plut. Popl. (7.) Καταχαρίζεται ταῖς γυναιξὶ τοὺς προδότας τῆς πατρίδος, Patriæ proditores mulieribus per gratiam concedit, e Plat. Apol. (24.) Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστὴς ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια. [" Dionys. H. 2, 1110. 3, 1461. Plato Gorg. p. 231. Plut. 3, 69. Cor., Valck. Anim. ad Ammon. 108." Schæf. Mss. Ælian. V. H. 14, 5. " K. τὰ πατρῷα, Paterna bona elargior, Mich. Apost. Prov. 15, 87." Schleusn. Mss. " Schol. Soph. El. 544." Boiss. Mss. Æschin. 61.] " Καταχαριστικὸς, Largitor, Bud." [* Προσχαρίζομαι, Gl. Gratificor, Arrogo, Schol. Soph. El. 710. Ant. 86. Xen. Œc. 13, 9. Strabo 7. p. 506. " Cum dat., Andr. Cr. 33. Concedo, Clem. Alex. 514. (* Προσχάριστος, unde) * Ἀπροσχάριστος, Const. Apost. 8, 11." Kall. Mss.] Προχαρίζομαι, q. d. Ante s. Prius gratificor. [* Προχάρισμα, Orac. Sib. 5. p. 615.] UNDE Προχαριστήρια, τὰ, Dies quo magistratus omnes, fructibus germinare incipientibus, sub finem hyemis, Minervæ sacrificabant: eratque huic sacrificio nomen προχαριστήρια. Suid. e Lycurgo. [" T. H. ad Plutum p. 475." Schæf. Mss. In Bekk. Anecd. 295. est * Προσχαριστήρια· ἡ μυστικὴ θυσία τῆς Ἀθηνᾶς ὑπὲρ τῶν φυομένων καρπῶν.] Apud Hes. vero EST Προχαρισία, quo nomine Thetidem alicubi honorari ait. [* Συγχαρίζομαι, Plut. 6, 191. Τοῦ λόγου τὸ συγκεχαρισμένον καὶ προσφιλές. " Simul dono, gratiam confero, Athan. 1, 261." Kall. Mss.]

